 Satellites extrahentes reum e templo
 pag. 132. & 155
 Satisfactionis definitio. 4. Necessario im-
 ponenda poenitenti. 184
 Satisfactoria opera supra poenitentia
 Scandalum actuum, & passivum. 92

Schismatici, excommunicati. 97. 128
Scholaris, seu Discipulus, Audiens, studens cum confitetur. 47. **conducens cubricula aliorum Bonon.** 115. 151. lege supra August. Magister, &c.
Scientia potissimum est necessaria confessarij 1
Scientia canonum etiam necessaria, supra confessarius,
Scriba, seu Notarius cum confitetur, & alia vide supra Notarius.
Sedē vacante seu interregno, usurpare nomen dignitatis. 131. **sedes Apost. supra Apostolica.**
Seminatio discordiæ 90
Senator Rom. non potest eligi sine licentia Pontificis max. 111 151
Sensus corporis in confess. quomodo examinabuntur 84
Septem annorum pœnit. vnde sit dicta, & quare sit aucta. 6
Sepulcrum D. non potest visere aliquis, infcio papa 114. & 157. **inducens aliquem, vt eligat sepulturam in suo templo** 143. 142 143. & 146. **sepulcr. Hæreticorum, & sepultura excomm. usurariorum vide supra cadaver**
Sequestrationem fructuum beneficij prohibens, vel occupans. 99. 117. & 159
Seruus occidens herum 9. cum confitetur. 69
Sigilla adulterans. 176
Signum mittens ad conclauem. 116. & 154
Simonia. 62. 64. 67. 122. 124. 142. 144. 153. 194 & inde.
Sodomia supra luxuria
Sorores duas cognoscere. 8. bis
Sortilegus. 13. 133. 175. 216. 228. & 230
Species peccatorum variæ in genere 89
Spa
Spectacula supra ludus.
Spiritualis filia 8. opera misericordiæ pag. 84
Sponsam alienam accipere 8. sponsalia

filiorum dirimere 119. **Clandestina** 8. 117. 228. **ab initiatis** 175. **tempore interdicto** 176 **de futuro si cognouerunt se ante tempus** 176. & alia vide supra **Matrimonium.**
Spurij filij 175
Status pœnitentis cognoscendus Confessario 34
Status Ecclesiæ Romanæ supra Cliens.
Statuta contra libertatem ecclesiasticam. condens. 101. vide supra ecclesia.
Sterilitas procurata, vide supra Mulier.
Stultiloquium, quandoque peccatum mortale 90
Subdiaconus dissimulans venditionem sacr. 13. **Initiandus** 19. **occidens subdiaconum** 10. & vide supra **Clericus Sacerdos.**
Subditus supra cliens.
Succensus fortuiti non possunt sciri. pag. 135
Summæ necessariæ sacerdoti 24. 17
Summistarum error de recitandis homis pag. 165
Superbia eiusque filia 80. 89. **pœnitentia pag.** 34
Superstitio 71. 175. 216. 228. 229
Suspensionis sententiam extorquer 116. 158. **absolution.** 174. 215. 227
Suspicio, aut iudicium aliquando mortale 89
Synodus cogenda 209

T

T **Abellio supra Actuarius, Notarius scriba.**
Tabernarius supra caupo, Hospes,
Tactus vnus ē quinque sensib. 84. 92
Tædium boni, nonnumquam pec. mortale 89
Taurorum ludj prohibiti, nec à clericis conspiciendi 36. 123. 150. & 105
Templum supra ecclesia clericus
Tentatio octaua filia superbiæ 81
Termini agri ecclesiæ non mutandi. 176
Testamenta, & legata ad pias causas im imppe.

Impedire, occultare, non exequi. 47
 177 216
Testimonia seu prophetiæ, & vaticinia
 ex sacra libri verentes in religiosos
 114. & 147
Testis falsus 10. 11. 76. 79. 90. **encommu-**
nicati 121. 176. 216. 228 & 229
Theologiæ supra Doctor Canonista.
Thomas Aquinas semper legendus 25.
 singulis fere paginis citatur.
Timor malus aliquando peccatum mor-
tal. 89
Tropolæ Civitatis privilegia servanda
 pag. 129
Tonsura prima 18. tonsuram non defe-
 rens clericus, vide supra clericus.
Tractatus generalis audiendæ confessi-
de x. præceptis legis 71
Transmarinas partes petere Religiosum
 sine licentia, vide supra Religiosus.
Treuer. Pontifex, & mendicantes. 229
 151
Tribunal profanorum non habet ius in
Religiosos, supra Clericus Religio-
sus.
Tridentinum Concilium circa confes-
sores decernit de eis Clemen. & ex-
trau. 3. De pœnitentia imponenda. 5
Non possunt fieri glossemata, neque
commentarij in illud 123. **Quid iudi-**
carit de exemptione clericorum 172
excommunicationes, quæ habentur
eo 118. **supra casus referuatos** 178. **su-**
pra confessionem 183
Trinitarij hæretici, excommunicati 95
 & 122
Tristitia sæculi, cum est peccatum 89
Turca supra Hostis.
Typegrapæi supra impressores;

V

V **Anagloria de bonis naturæ** 89
Vaniloquium 90
Vasa sacra, hoc est tractare manib. polla-
tis, vide supra Christma
Vaticinia, Divinationes, vide supra

Divinatio.
Vbi vna circumstantijs necessarijs. 85.
 & 89
Vestigalia supra Gabella Publicanus,
& car.
Venationes bestiarum 38. 61. **supra**
ludus.
Venena, & venefici. 72. 177. & **supra**
Divinatio
Venialia peccata sunt materna, & pro-
pria sacramenti pœnitentiæ 28. **supra**
peccatum
Verba garrula proferre, quandoque
mortale 90
Verecundia seu pudor de pauperibus
 pag. 89
Veritati impugnare 90
Vgonotti, vel Hugonotti hæretici ex-
communicati 95
Vicarij nomèn vsurpans aut recipiens
illum, aut obediens, sede vacante 137
Episcoporum quâdo possunt absolue-
re 162
Viceclauis, seu Vicephitis hæretici
damnati 95
Vitualia supra Annona.
Viennense concilium de immunitate
cleric. 272
Villicus supra Agricola
Violatio dierum festorum, votorum so-
cis suis. (licrum
Virginis raptor vide supra Raptores mu-
Vis illata seu violentia cognoscenda
conseruatorib; 116
Vitus corporis sensus 84. 92
Vitium innominatum supra luxuria, so-
domia.
Vitia capitalia, & horum interrogatio-
nes 80
Vituperatio non numquam mortale
 pag. 90
Vinctio extrema, supra extrema vinctio
Vniuersitas permittens docere, aut pro-
mouens sine fidei professione 123 124
Parisiensium 135 156
Voluntas peruersa nonnumquam mor-
talè 89

I N D E X.

Votum violare 8.72.77.88. Commuta-
tiones Votorum 175.217.227
Urbanus quintus de simonia 196
Vitz, seu Huffiz hæretici damnati. 95
Viura, scœnus, & intereffe 17. 36. 45. 51
53. 76. 115. 117. 143. 149. 175. 205. &
inde 216. 228
Vocmac. Pontifi. & mendicantes. 129.
& 152
Vxorem ducere quæm adulteravit 8. oc
cidere 9. vtrum maius peccatum est,
occidere vxorem, an matrem ibidem
adulteratam cognoscere 14. vxore
aliena abuti 75. 79. Desiderate 77. 79
machinans mortem viri, seu cum eius
mors machinatur 175. feri religio-

sum iugite vxore 175, lege plots su-
pra mulier.

X

Xyfti IV. casus dupliciter inueniuntur
pag. 103
Xyfti V. in admittentem mulieres in
monasteria 126. contra recipientes
hospicio exules 127. 128. & 160. in
Borbonios 133. in astrologos, & ma-
thematicos 133. quoad priuilegia re-
ligiosorum 182

Z

Zuingli hæretici damnati 20

F I N I S.

Errata quædam notabilia, & prætermiffa.

C O R R I G E N D A.

Fol. 1. verso 16. facerogio corrigi facerdotio. ibid. vers. 21. requiratur alias reatū peccati, requiratur alias reatum peccati. ibid. vers. ultimo collig. colligi. fol. 3. vers. 6. Antonius, Antoninus. ibidem vers. 40. quartus, quarto. fol. 4. vers. 27. deunde deunde. ibidem vers. 30. poenitontiales, poenitentiales. fol. 8. vers. 1. lioe, siue. ibidē vers. 3. mitimom, miticum. ibidem vers. 34. nuptij, nuptijs. ibidem vers. 44. homicida, homicido. fol. 9. vers. 33. ipsæ, ipsa. fol. 10. vers. 28. duoe, duode. ibidem vers. 41. cano, annos. fol. 13. vers. 20. vigesimus, trigesimus. fol. 15. vers. 33. post, postest fol. 17. vers. 30. aā, ab. ibidem vers. 32. D. B. quod t. V. B. Thomam quo lib. 5. ibidem vers. 18. foluo ab te absoluo te. fol. 19. vers. 10. fratis, fraus. ibidem vers. 22. ac, hac. fol. 21. vers. 20. vre, iure. fol. 22. vers. 31. fol. 18. fol. 26. ibidem vers. 35. fol. 35. fol. 20. fol. 26. vers. 5. cum, eum. ibidem vers. 17. per Rom. Pontif per Roman. Pontif, nisi. ibidem in imagine mulier percutitur, mulier non percutitur. fol. 29. vers. 20. consentim, consistentibus. ibidem vers. 22. Bullz, Bulla. ibidem vers. 23. excommunicationis, excommunicatus. ibidem vers. 36. num. 17. num. 21. fol. 32. vers. 23. Nauarrus, stilus, Nauarrus, & stilus. fol. 33. vers. 14. Bullarom, Bullarium. fol. 35. vers. 17. dominum, dominium. fol. 36. vers. 8. excommunicat, 9. excommunicat, 9. ibidem vers. 45. promist, permisit. fol. 37. vers. 26. exilij, exilio. ibidem vers. 35. impedit, impondit. fol. 39. vers. 35. AD, DE. fol. 40. vers. 28. tenetur, tenetur. fol. 43. vers. 27. prohibitus, prohibitos. ibidem vers. 31. theologus theologos. fol. 44. vers. 8. tenetue, tenetur. fol. 46. vers. 34. siminiam, simoniam. fol. 49. vers. 18. pretiosij, pretiosis. fol. 51. vers. 8. vita, vitia. ibidem vers. 16. comme fatiobus, commestationibus. fol. 53. vers. 33. peccat, peccauit. fol. 54. vers. 33. fuisse debitorum necessitate, fuisse debitorum necess. as. ibidem vers. 34. si prohibitum, sit prohibitum. fol. 55. vers. 14. autem, artem. ibidem vers. 35. Thomæ, Div. Thomam. fol. 56. vers. 19. fecit iustas, fecit & iustas. ibidem vers. 30. pag. 94. pag. 94. fol. 57. vers. 37. hospirum, hospitium. fol. 58. vers. 39. tu maledixit acominatus, male dixit aut cominatus. fol. 60. vers. 40. contriuiuit, contriuit. fol. 61. vers. 2. & percussio, & si percussio. fol. 62. vers. 11. an, ac. fol. 66. vers. 18. ipsa ipsæ. ibidem vers. 19. de equitatum de suo, de equitatu suo. fol. 67. vers. 23. Vrbanus, Vrbanum. fol. 74. vers. 17. occidens, occides. ibidem vers. 22. incarceration, incarcerationi. fol. 75. vers. 10. inordinariē, inordinatē. ibidem vers. 23. deliberare, deliberatē. fol. 87. vers. 11. spem, speciem. ibidem vers. 34. peccati, peccati. fol. 103. vers. 33. obstant, obstarē. fol. 104. vers. 6. continebatur, continebantur. ibidem continetur, continentur. ibidem vers. 3. lib. cap. 25. § 9. pag. 46. & 53. lib. 1. cap. 25. § 9. pag. 30. ibidem vers. 36. quam, quod. fol. 106. vers. 30. regi, legi. fol. 111. vers. 4. violentia, violenta. fol. 117. vers. 30. officialem, officiales. fol. 119. vers. 35. ordines, ordinis. fol. 120. vers. 10. excom. 114. excom. 115. ibidem vers. 27. & exco. 117. & excom. 114 & 117. fol. 122. vers. 8. vide excom. 116. in, vide infra excom. 117. & in. ibid. vers. 26. excom. 113. excom. 114. fol. 124. vers. 19. Neapolitanum, Neapolitanam. ibidem vers. 20. editum, editam. fol. 126. vers. 30. pag. 125. pag. 113. fol. 128. vers. 20. paulum, pauli. fol. 135. vers. 30. fuerit, fuerint. ibidem vers. 38. ordini, ordinis. ibidem vers. 40. post, per. fol. 136. vers. 40. prædidatorum, prædicatorum.

fol. 141. vers. 42. multis, multas. fol. 142. vers. 9. excommunicatio, excommunicato
 fol. 143. vers. 11. diaconus, diaconos. fol. 145. vers. 38. hic, hæc. fol. 151. vers. 13.
 duos, duobus. fol. 154. vers. 14. licentias, licentijs. fol. 164. vers. 16. comicio, conij
 cio. fol. 169. vers. 23. executiones, executione. ibidem vers. 38. opinionis, opinio
 nes. fol. 170. vers. 10. irregularitis incurrit, irregularitatis incurri. fol. 172. vers. 10.
 pag. 171. pag. 99. ibidem vers. 36. immutitatem, immunitatem. fol. 175. vers. 18. Ar
 chiep. Neap. vel, sui ordinarij, vel. ibidem vers. 43. abeuntes, abutentes. fol. 177.
 vers. 54. poriones, potiones. ibidem in imargine esse, essent. fol. 178. vers. 28. pag.
 95. 46. 50. 111. & 112. 177. pag. 17. 28. 29. 103. & 139. fol. 179. vers. 29. absoluere,
 absolute. fol. 180. vers. 21. emanat, emanant. ibid. vers. 41. seueritatem, securitatē
 ibidem vers. 42. neque is poenitentes, neque poenitentes. fol. 181. vers. 8. manda
 fo editum, editum. fol. 183. vers. 24. iurissæ, iuristæ. ibidem vers. 33. vides, videns
 fol. 189. vers. 33. iuuare, iuuare. fol. 190. vers. 30. tenetur, tenentur. fol. 192. vers.
 36. ipsumet illis, ipsumet bullis. ibidem vers. 41. commodum erit haud fuerit. com
 modum haud fuerit. fol. 195. vers. 7. tum propter incautum, tum propter iustitiã
 distributiã, tum etiam propter incautam. ibidem vers. 10. ruent, ruunt. fol. 197
 vers. 23. præcedere, præcederent. ibidem vers. 43. decernemus, decernimus. folio
 201. v. 27. verlimata, verlimata. fol. 203. vers. 12. & quãdo ratus, & quãdo actus
 nullus, & quando ratus. fol. 211. vers. 15. dominum, dominium. fol. 221. vers. 2. hic
 hoc. ibidem vers. 13. monasterium, monasteriorum. fol. 234. vers. 35. perducat ad
 perducat ad,

LIBER PRIMVS

CATECHESIS DIOECESIS NEAP.

E D I T A E

A. R. P. Magistro Io. Baptista Antonucio, Eugubino,
Ordinis Eremitarum S. Augustini, olim Theolo-
go apud Illustriss. ac Reuerendis. D. D. Car-
dinalem Paulum Aretium, & Anniba-
lem Capuam Archiep. Neap.

De scientia Sacerdotibus. Cap. I.



VONIAM, vt vetus adagium est, & Sancti Patres
in suis monumētis scriptum semper reliquerunt, igno-
rantia est cunctorum mater errorum; iccirco sanctus
Propheta Oseas cap. 4. vice omnipotentis Dei auribus
nostris insonat, & comminatur sacerdotibus, ac præ-
sertim confessarijs dicens: Quoniam tu scientiam re-
pulist: ecce ego repellam te, ne sacerdotio fungaris
mihi, & habetur transumptiue in cap. nisi cum pridem. de ienūc. vbi sub-
ditur, Scientiam circa spiritalium administrationem esse potissimum
necessariam.

Et quamquam clavis iurisdictionis, præter ordinis potestatem, in con-
fessionibus audiendis, prorsus necessaria sit, ac ætem integritas vitæ re-
quiratur, alias, reatum peccati mortalis, secundum Theologorum sen-
tentiam incurreret sacerdos, qui letali crimine inuolutus quodcumque
sacramentorum administraret) tamen non hæc sola sufficiunt: sed &
ratione sui, & ratione poenitentis, debita etiam scientia necessario exi-
gitur. Hoc autem, non solum à iure humano, ac positiuo (prout in Cõc.
Trid. sess. 23. cap. 11. & sequentibus est videre) emanat, sed etiam à di-
uino proficiscitur, vt volunt Theologi, & probat Abbas in cap. extirpan-
dæ extra de præben. Not. 2. Quo etiam in loco ait, quod nulla peritia,
& modica peritia æquiparantur. Immo, modica, inquit, aliquando ducit
in errorem, quia credit verum sentire, quod tamen ignorat. At Nauar-
rus in suo Manuali cap. 4. probat hoc esse etiam de iure naturali. Pro quo fa-
cit carmen Persij dicentis.

Publica lex hominum, naturaq. continet hoc fas.

Vt teneat veritos incitua debilis actus.

Quod autem necessario doctus esse debeat Confessarius, facile colli-
git potest ex his, quæ dixit B. August. & recitat Magister sent. lib. 4. & ha-

A

betur

In Cõcil.
Tolet. ha-
betur.
Ose. 4.

Capit. nisi
cũ. de Re-
nunc.

*Theolog.
sententia.*

*Concilio
Trid.
Abbas.*

*Nauar-
rus.
Carmen
Persij.*

B. Aug.

betur de pœnit. dist. 6. dum ait. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem, qui sciat ligare, & soluere. Ideam habetur, de pœnit. dist. 1. Quem pœnitent. & in cap. aliquando. §. non sunt, & in cap. cum sit ars artium, de ætat. & qualic. ord. Et ad hoc propositum extat sententia Origenis super psalm. 15. sic dicentis. Circumspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris ex ponere, qui sciat infirmari cum infirmante, vt ita deum, si quid ille dixerit, si quid consilij dederit, facias, & sequaris; & perito medici illius consilio totum tibi procurandum erit. Sacra autem scriptura timens ne ipsi pœnitentes confessarios ignaros eligant, sic præcipit Ecclesiastic. cap. 4. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato.

*Origenes
Notabilis sententia.*

Eccles. 4.

*Arg. à mi
nore ad
maius.*

Et quidem cum videamus, corporum medicos quotidie libros euoluere medicinales, in quibus moritura corpora curari edocentur, crimen certè non leue erit sacerdotum, si assidue libros sanctorum medicinales animarum, in quibus animas in æternum victuras sanare edocentur, percurrere neglexerint. Quandoquidem maius est vnus tantum animæ damnum, quam innumerabilium corporum interitus. 2. 4. q. 3. si habes.

*Quanta saltem debeat esse peritia sacerdotis confessarij.
Cap. I I.*

*D. Th. in
4. sent.*

St autem quæras, quanta saltem debeat præditus esse doctrina sacerdos ad confessiones audiendas exponendus, Sanctus Thomas lib. 4. sent. distin. 17. sub vicinis verbis hunc in modum respondet. Hæc scientia, & si non sit maior tamen tanta debet esse, vt sciat distinguere, inter peccatum, & non peccatum, & peccatum mortale, & veniale, ac item (subintellige) inter vnum mortale, & aliud mortale, & si in aliquo esset dubitatio, possit ad discretiores recurrere. Ponuntur autem multæ aliæ condiciones, quæ in confessario requiruntur, vt confiteptes alliciat, quæ his versibus continentur.

Carmen.

Confessor dulcis, affabilis, atque suavis,
Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus.

Hæc Diuus Thomas, & elicitor ex cap. Qui vult, de pœnit. distin. 6. §. sacerdos.

Igitur oportet sacerdotem prius legisse, ac relegisse, vt dubitare sciat.

*Albertus
Magnus
Nota bene.*

Albertus Magnus super eandem distin. lib. 4. inquit Sacerdotem prædicta ignorantem, audiendo confessiones, mortaliter peccare, & eum infitentes magis peccare, quam ipse, & subdit. Quid permittentes talem sic institutum ministrare, etiam mortaliter peccant, si tamen sua prohibere interfit Nec mirum quidem. Nam si Episcopi, subditos suos

SACERDOTVM.

suos non corripiendo, dicuntur animas occidere, & apertissime habetur in capit. Ephesijs 43. distin. multum certe magis occidere dicendi sunt, si omni studio, cura ac diligentia non utantur, ut ad audientiam confessionum sacerdotum, & si non eminenter, saltem sufficienter periti, ac docti exponatur, & concordat Martinus de Fria insignis Theologus, & Diuus Antonius 3. part. titul. 17. cap. 16. §. 1. Vnde Abbas in capit. præterea de vsur. inquit. Episcopi peccant patiendos alios peccare. Nam, inquit, melius esse ante tempus occurrere, quam, post causam vulneratam, medicinam querere. l. final. C. in quibus caus. in int. r. st. non est necess.

*Dist. 43.
c. Episcopis.*

Et hinc est, quod Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. oppositum eius, quod olim in Clemen. cap. dudum de sepulturis, & in extrauaganti Benedicte Papæ XI. quæ incipit, Inter cunctas, de priuilegijs, sancitum fuerat, ordinauit. Cognouit enim, non aliter huic tanto malo, in tantam animarum perniciem redundanti, posse prouideri. Quocirca, non nisi cum graui conscientie suæ discrimine, quidam Episcopi in tali, ac tanto negotio aliorum conscientias solent onerare; cum tamen interim re ipsa perspicere valeant, ac oculis ipsis intueri, qualis, ac quantæ sint peritiæ sacerdotes illi, qui sacris audiendis confessionibus sunt præficiendi; hinc enim fere pendet principalis cura.

*Concil.
Trident.
Clement.
Benedict.
Pap. XI*

Debent ergo confessarij scire, peccata ipsa discernere, & eorum differentias, ac necessarias circumstantias minime ignorare.

*Cognitio
confess.
c. 3.*

Alias, cum ingenti animarum suarum periculo audiunt confessiones, ut ait Durandus in summa sua. At, qui amat periculum, peribit in illo. ut Ecclesiast. ci, capit. 3. dicit Scriptura. Et asserit idem Durandus Minorita (prout refert, ac sequitur Sanctus Anton. ut supra) quod, quoties confessor se ingerit ad confessiones audiendas, toties se offert ad respondendum de quolibet, & interdum de casibus inopinatis, & alias inauditis, de quæstionibus perplexis valde; & subdit idem Sanctus Anton. quod confessor scire debet, an bella Principum, & ipsorum exactiões sint licita, an non, & utrum contractus, quos faciunt, sint liciti, an non, & infra sic ait. Vnde si confessor non est expertus in casibus, ita quod nec per se scit iudicare, nec nouit dubitare, cum periculo animæ suæ audit confessiones. Quia, si confessor iudicat licitum, quod est illicitum, itam ipse quam pœnitens in foream cadunt, &c. ex quibus colligitur, minime esse tutum, si quilibet uicunque Sacerdos ad confessiones audiendas admissus quorumlibet hominum indifferenter audiat confessiones, nisi cuiuslibet status hominum peccata discernere sciat. Nauarrus in suo Manuali cap. quartus numero secundo, inquit, quod ultra prædicta, debent Sacerdotes præfati nosse non solum casus excommunicationi subiectos, ac restitutioni obnoxios, aut saltem dubitare circa eos, sed etiam casus, in quibus suspensio, aut irregularitas inturatur; si tamen Clericorum Confessiones debeant audire. Et subdit, quod quamuis Confessori eminentis scientia necessaria non sit, tamen sufficiens peritia est illi necessaria secundum Innocent. in cap. cum in cunctis, de election. & Panormitanus in d. cap. cum pridem.

*Qualitates
eligendi
confess.
Vide etiam
Nauarrum
de pœnit.
dist. 6. c. 1.
S. Caueat.
Innocent.
Panorm. c.*

▲ ▲ At vero

omnis vtr.
de pœnit.
& remiss.

At vero in ép. omnis vtriusque, de pœnitentijs, & remiss. de confessario Sacerdote dicitur, vt more periti medici; Inper infundat vinum, & oleum vulneribus fauciat, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati, quibus, prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis vten do ad saluandum ægrotum, & dist. 37. cap. ideo. habetur, q̄ imperitia sacerdotibus, vt ignorantiam a se, quasi pestem abijciant. Et B. Aug. in lib. quæstionum aiebat. Illis ignosci non poterit, qui habentes a quo disce rent, operam non dederunt, & dist. 38. cap. si in laicis, sic dicitur. Si in laicis videtur intolerabilis incitia, quanto magis in his, qui præ sunt, nec excusatione est digna, nec venia? & ne decipiari, nota, quod nescit saltem dubitare ille, qui aliquando dubitanda non legit, ac relegit. Quo circa qui nunquam tractatum excommunicationum, aut vsurarum, aut huiusmodi legit, profecto nesciet vniquam dubitare, nec, ipsum hoc pos se, præsumi debet, nec rationabiliter cogitari potest. Pro hoc facit, de pœnit. dist. 6. post medium: B. Augusti, qui, loquens de sacerdotē confes sario, aiebat. Diligens inquisitor, subtilis inuestigator, sapienter, & quasi astute interroget a peccatore, quæ forsitan ignoret, aut præ verecundia velit occultare. Cognito crimine, & varietate eius, non dubitet in vesti gare, & locum, & tempus, &c. ex quibus verbis B. Aug. elicit S. Ant. vbi sup. c. 17. §. 2. quod non sufficiat confessor, ea, quæ sibi dicuntur a consi tente, auidere, ac de alijs ipsum interrogare, (nisi esset persona benè in his perita, & bona conscientia ornata, quæ ex se ipsa sciat dicere, sicut oportet) sed necesse est etiam subtiliter, & sapienter peccata, & peccatorum circumstantias perscrutari, quod quidem, absq; saltem sufficienti scientia, neuiquam potest quis adimplere. Igitur legisse, & relegisse casus ipsos, sacerdotem oportet, vt deinde circa eos sciat saltem dubitare, & concordat Caietanus in summula, in ver. confessor, ibi, De scientia autem &c. & in ver. exccmm. in principio. Debent item Canones pœnitentiiales sanctorum Patrum confessores non ignorare, aliàs, minimè dece t eos ad hoc munus promoueri. Vnde dist. 38. cap. quæ ipsi, dicitur, (& sunt ipsa Augustini) quod inter necessaria ad sciendum sacerdotibus, sunt ipsi Canones pœnitentiales, quos si quis ignorauerit, vix sacerdotis nomen in eo constabit, quia valde periculosa euangelicæ minæ sunt, si cæcus cæco ducatum præster, ambo in foueam cadunt, & concordat sanctus Anton. 3. par. tit. 17. c. 21. §. 5. Quas quidē pœnitentias a Canone taxatas, licet nostra tempestate non de beat sacerdos semper imponere, regulariter tamē eas debet confessarius pœnitenti sæpe insinuare, prout testantur doctores, & Nauarrus cap. 26. summario secundo, num. 9. quod ipse pœnitens gratitatem culpæ agnoscat, vt diuus inquit Bonauentu ra. Oportet enim eas moderari consideratis circumstantijs personarum, temporum, locorum, ætatum, qualitatum criminis, & id genus aliorum, vt ex cap. consideret, de pœnit. dist. 5. & 26. q. 7. cap. tempora, & cap. de his, quasi per totam colligitur, & ex gloss. Ibidem.

Gratia-
nus.
B. Aug.

Nota q̄
sit qui sci
at dubi
tare.

Nota br
ne.

Nauar-
rus.
D. Bona
uent.
De pœ-
nit. dist.
3. c. 26.
q. 7.

Immo alias pœnitentias, quas potius ad suum beneplacitum, quam secundum auctoritatem sanctorum Patrum, non pro qualitate criminis confessarij imponunt, falsas, remeras, & dolosas doctores appellant, & ha-

& habetur in cap. falsas, de poenit. dist. 5. Quo tamen in loco, siccirco B. Gregor. tales poenitentias falsas appellat, non quidem, quod confessio facta, & absolutio deinde secuta, non fuerit rata, & valida, sed quia deceptionis occasio ipsi poenitenti esse possunt, Vt videlicet putet se quia amplioris satisfactionem in alia vita, praeter illam sibi impositam, non teneri, prout etiam Nauarr. in suo Manuali c. 26. nu. 2. declarat, ac etiam, quia facilius reincidunt ipsi peccatores in eadem crimina, quod quidem confessarij, ne id accidat, magnopere aduertere debent. Quandoquidem non sine causa à Theologis ita etiam satisfactio dinoscitur: est, nempe, quod sit, peccatorum causas excindere, & earum suggestionibus aditum non indulgere. hoc est, omnes in posterum occasiones peccatorum amputare, & ipsas peccatorum reliquias, idest derelictas inclinationes ex praecedenti malo habitu submouere, ac refecare.

In cap. nulli. 18. dist. dicitur. Nulli presbytero liceat aliquid facere, quod possit patrum regulis obuiare. Et hinc est, quod Concilium Tridentinum sess. 14. c. 9. & de operibus satisfactorijs loquens, inquit, satisfactioes fore quidem confessoris arbitrio imponendas, sed tamen pro mensura delicti, &c. Quae quidem mensura non nisi ex Patrum regulis, & antiquis canonibus poenitentialibus elici potest. Quapropter insignis ille Theologus Abulensis super Matth. c. 18. q. 49. circa finem, col. 3. asserit, confessorem peccare si ad libitum suum, atque alia consideratione, poenitentias imponat: & pro hoc facit cap. si is. 23. q. 4. vbi sic dicitur, ea vero quae in Deum commissa sunt, cum magna discretionem, nec sine poenitentia possumus relaxare. Ad idem facit Concilium Coloniense in tractatu de satisfactione, §. ex praedictis. At Hadrianus Papa in 4. sent. vbi agit de clauibus q. 2. col. 6. sic inquit. Non debet Sacerdos, nisi magna, cum discretionem, & poenitentia remittere peccatoribus offensas in Deum commissas, & Major. in 4. sent. dist. 20. col. 6. Idem sentit: Diuus autem Tho. lib. 4. sent. dist. 18. q. 1. att. vlt. q. vlt. post multa praclare dicta, subdit hunc in modum. Et quia poenitentiae satisfactoriae intelligendae, vt medicina sunt, sicut medicinae in arte determinatae non omnibus competunt, sed variandae sunt secundum arbitrium medici, non propria voluntatem sequentis, sed medicinae scientiam, ita poenitentiae satisfactoriae in canone determinatae non competunt omnibus, sed variandae sunt secundum arbitrium Sacerdotis, diuino instinctu regulatum. Quia, vt ipse superius ibidem dicit, Sacerdos operatur in vsu clauium, sicut instrumentum, & minister Dei. Nullum autem instrumentum habet efficacem actum, nisi secundum quod mouetur à principali agente. Et ideo dicit Dionysius in sipe Eccles. Hierarch. quod Sacerdotibus vtendum est virtutibus hierarchicis, quando diuinitas eos mouerit, In cuius signum Matth. 16. ante potestatem clauium Petro traditam, fit mentio de reuelatione et facta diuinitatis, & Io. 20. praemittitur. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Haec D. Thom. vbi supra. At Catechismus Romanus praclarissimam hanc rem demonstrat sub finem Sacramenti Poenitentiae, sic inquit In interroganda autem satisfactionis poenitentiae, sacerdotis, nihil sibi suo arbitratu statuendum esse, sed omnia iustitia, prudentia, & pietate, dirigenda existimabunt.

Dist. 5.
B. Greg.

Expositio val.
Vide etiam Nauarru de poenit. dist. 5.

Dist. satisf.

Cocilium Trident.

Abulensis:

Cocil. Colon.

Hadrianus Papa.
Major 4. sent. & D. Thom.

Nota quale debeat esse arbitrium Sacerdotum Dionys.

Matth. 16.

Io. 20.
Catechismus Rom.

CANONES PÆNITENTIALIS QVORVM
notitia est viris Ecclesiasticis valde necessaria: sunt enim quaedam regula directiua ad pænitentias delinquentibus imponendas. Cap. III.

Conferendum est de canonibus pænitentialibus, Ad quorum intelligentiam prænotandum est, quod sicut est in scientijs practicis, quæ versantur circa opera, quod sermo in vniuersali est incertus & dubius, sed cum applicatur ad singularia incipit quodammodo habere certitudinem, vt qui non considerat circumstantias particulares, potius deuiet, quam se rectificet, vt patet in medicina, & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, quod canones instruunt in generali quomodo est pænitentia imponenda: sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui cõsiderant circumstantias personarum, attendentes ad canones sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero iacet facere aliquid quod possit Patrum regulis obuiare, dist. 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur pænitentia quo ad tempus, & magis quàm quo ad modum: quia illa determinatio est certior, & communior, hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter, sicut dictum est supra, septenis est pro peccato mortali pænitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moyfi lepra percussa, separata fuit extracæstra septem diebus Maria significat pænitentem. Interpretatur enim amarum mare. Hæc pænituit septem diebus; sed nunc pænitet septem annis, quod significatum est Ezech. 4. Diem pro anni dedi tibi.

NU. 12.

Si quærat, quare pænitentia sit aggravata, cum lex noua sit lex misericordiæ? Respon. quod hic est maior ingraticudo propter maiorem gratiam, & maior contemptus propter maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et vltorius, satisfactio in lege noua debet esse perfecta, vt in pristinum statum reducat. Et quia sol in vno die non redit in idem punctum, sed in anno, ideo dies conuersus est in annum. Rursum, Quia perfectum remedium est in lege noua, ideo annus multiplicari debet per septem, propter septem dona Spiritus Sancti recuperanda, & propter septem dotes, scilicet tres animæ, & quatuor corporis obtineudas. Huiusmodi autem pænitentia nou est omnibus imponenda, nec tamen est infirmanda sed est insinuanda, vt cognoscatur, quam grauis est culpa, hæc Bonauentura. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pænitentia, debet tamen imponi magis vel minus aspera prout maioritas vel minoritas criminis cum ceteris circumstantijs hoc exposcit, vt in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus propter dignitatem peccantis, vel criminis enormitatem imponitur pænitentia

tentia maior, aliquando etiam ex varijs caussis minor. Ad hoc ergo quod presbyter circa pœnitentias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur, quos scilicet canones tenetur presbyter scire, vt dictum est supra. Sunt autem isti.

Primus est, quod si presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum faciat hoc modo scilicet, quod sit inclusus, siue à ceteris in aliquo loco remotus, sacco indutus, & humi prostratus misericordiam Dei ingiter implorans, primis tribus mensibus continuus à vespere in vesperam pane, & aqua utatur, exceptis Dominicis diebus, & festis præcipuis, in quibus modico vino, pisciculis & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat ne populus in eum scandalizetur. Et per hoc videtur, quod in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, vnum annum & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis & alijs præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ovis, & caseo poterit uti. Finito sic primo anno & dimidio particeps sit corporis Domini, & ad pacem veniat, & ad psalmos cum alijs fratribus canendos in choro vltimus recipitur ad cornu altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat, deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam, & sextam, exceptis diebus Paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane, & aqua ieiunet, secundam tamen feriam vno psalterio, vel denario si sit operarius redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleverit, potest eum Episcopus ad gradum pristinum reuocare, ita tamen quod in tribus annis sequentibus sine vlla redemptione omni sexta feria in pane, & aqua ieiunet.

Feriaz legi
t max quæ
sunt.

Et eadem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus alijs peccatis, quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia 82. dist. presbyter si fornicationem, quod intelligunt quidam de simplici fornicatione alij forte melius secundum Ray. de adulterio, vel incestu, puta, qui cognouit coniugatam, consanguineam vel affinem.

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spiritualem, quam scilicet baptizauit, vel in baptismo, vel in confirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere duodecim annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum, & peregrinando quindecim annis pœniteat, & postea monasterium intret totam vitam suam moraturus ibidem. Episcopus vero qui talia commisit, pœniteat quindecim annis. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire 30. q. 1. si quis sacerdos, &c. non debet.

Tertius est, quod quicumque filiam suam spiritualem, vel matrem cognoscit, septem annis pœniteat, & similiter ei consentientes 30. q. 3. non oportet.

Quartus est, quod qui contrahit cum aliqua alij desponsata per verba de præfenti, ipsa dimissa quadraginta diebus ieiunet in pane, & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat extra de spon. duor. accepisti.

Quin-

Quintus est, quod qui cognoscit duas commatres, vel sorores, si ex
 vxor viuat, siue non; ad minus septem annis p̄niteat, licet plus deberet
 30 q. 4 si presbyter.

Sextus est, quod qui cognouerit monialem siue deo deuotam decem
 annis p̄niteat & similiter ipsa secundum formam traditam 27. q. 1. de fi-
 lia &c. deuotatur. In quorum primo c. dicitur, quod si filia episcopi, vel
 presbyteri, vel diaconi post votum sollempne contraxerit matrimonium,
 non admittitur ad communionem, nisi marito defuncto, p̄nitentiā ege-
 rit, si autem eo viuente decesserit & p̄nitentiā egerit, & communione
 petierit, tantum in fine vitæ recipiet eam. In secundo c. dicitur quod de-
 uota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit, & desi-
 nens egerit p̄nitentiā x. annis, postea recipiatur ad communionem, &
 ante quam in ecclesia admittitur ad orationem, ad nullius conuiuium
 Christianæ mulieris accedat.

Septimus est, de eo qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel ma-
 trem, & filiam, vel amitam & neptem, p̄niteat vij. annis. Si autem scien-
 ter, perpetuo priuetur coniugio. 34. q. 1. si quis cum duabus.

Octauus est, quod qui duxit vxorem eam, quam polluit per adulte-
 rium, p̄niteat v. annis. 31. q. 1. si qua vidua.

Nonus est, quod qui contra naturam peccauit, si sit clericus, debet de-
 poni, vel religioni tradi, si corrigibilis appareat ad perpetuam p̄nitenti-
 am peragenda. Si vero sit laicus à cœtu fidelium vsque ad condignā
 satisfactionē debet fieri alienus, extra de excessu praelat. cleric. Hoc enim
 vitium maius est, quàm cognoscere matrem. 32. q. 1. quæst. 7. adulterij & hæc
 Ang. Adulterij, inquit, malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab in-
 cestu fornicatio, peius enim est cum matre, quam cum aliena vxore cō-
 cubere: sed omnium horum pessimū est, quod contra naturam fit, vt si vir
 mēbro mulieris non ad hoc concessio voluerit vt hæc Augustinus Quo-
 cumque autem modo tale factum exerceatur præterquam inter virum
 & feminam ordinate, & in vase debito, vitium contra naturam & sodo-
 miticom iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, quod qui coierit cum brutis p̄niteat plusquam vij. an-
 nis, & similiter pro incestu 32. q. 1. hoc ipsam & § seq.

Vndecimus est, quod presbyter, qui interest clandestinis nuptij, trieni-
 o suspenditur, & si culpa exegerit, grauius puniatur. extra de clandest.
 responsa. cum inhibitio.

Duodecimus est, quod qui votum simplex violauerit, p̄niteat tribus
 annis. 27. dist. si vir.

Decimustertius est, quod qui excommunicatus celebrauerit, debet
 trienio p̄nitere, & per ij. iij. & vj. feriā à vino & carnibus abstinere. 11.
 q. 3. de his. De pena vero degradati celebrantis habetur dist. 50. accedēs.

Decimusquartus est, quod homicida voluntarius sine spe restitutionis
 deponitur, & p̄niteat vij. annis. 50. dist. miror.

Decimusquintus est, quod homicidia casualis p̄niteat v. annis & hoc
 secundum Ray. si culpa casum præcessit: aliter non, nisi forte ad caute-
 lam dist. 50. eos, & duobus c. sequentib.

Decimus sextus est, quod si quis fecerit homicidium propter necessi-
 tatem.

tatem euitabilem, pœniteat duobus annis distinctio. 50. cap. de his clericis, quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. distinctio, quia te. Quod verum est, quo ad culpam, sed bonum esset, quod pœniteret quoad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam, extra de homicid. c. 2. §. ult. Et secundum Ray. forte distingui potest in homicidio necessario sicut in casuali, & utrum culpæ præcesserit necessitatem vel non. Arg. dist. 50. de his not. extra de homicid. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur 3 q. 4. iudicis, quin etiam qui inuita disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur, extra de homicid. presbyterum 15. quæst. 1. si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur, extra de homicid. suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem vinum comprehendere potuit, 40. diebus non intret in ecclesiam, & alias pœnitere debet, extra, eod. tit. c. 2. vbi de hoc dicitur. Qui vero Paganum, vel Iudæum occidit, pœniteat 40. diebus distinctio. 50. c. qui vero odij.

Decimus septimus est, quod matricida pœniteat decem annis secundum formam satis aperte traditam, trigesimalertia quæstione secunda, latorem. Vxorica dæ vero grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim, & qui Dominum occidit numquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit: vsque ad decem annos carnes non comedit, nec vinum bibit & alia, quæ habentur trigesima tertia quæst. 2. admonere, & cap. quicumque Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ, non quia illud peccatum sit grauius isto, sed quia homines propiores sunt ad occidendum vxores, quam matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quam vxorem, vt dicit Bonauent. in 4. sententiarum, & communiter omnes doctores Gulielmus vero Durandus tenet contrarium in repertorio, pro eo quod vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet sententia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent qui filios occidunt? Respon. Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerunt, & sic debet eis imponi pœnitentia maior, quam pro alio homicidio. Arg. extra eodem cap. ultimo, in tex. & glos. & de homicid. cum iuramento, de pœniten. dist. 1. aut facta. In hoc tamen casu vir vxorem recuperat, quam coactus abstrauerat, & ipse pœnitentiã agit secundum arbitrium Episcopi, ita quod si habet alios filios, pacifice gubernare possit eos vxor extra eo. Intelleximus, quod si virum non habet, induci debet vt intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licentiam nubendi, vt extra eod. veniens. Et hoc quando timetur de incontinentia, alias non, vt patet 3 1. q. 2. in adolescentia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quam laico, non tamen publica (nisi veniat in publicum) pœnitentia debet imponi, vt extra de pœniten. quæsitum. Aut certum est, quod non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed calu furtiuo contingit, & sic de stricto iure in nullo tenentur. Arg. extra de homicid. ex literis 2. cap. Ioannes, & cap. ultimo. Nisi velint ad cautelam pœnitere, in dubio tamen præsumitur, quod non hoc ex certa scientia, sed potius ex incuria prouenerit, extra de præsumptio afferre. Aut certum est, quod non exhibuerunt omnem diligentiam, quam potuerunt, & debuerunt, & sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, vt si posuit puerum in medio

vtriusque secundum arbitriū pænitentiarij imponitur pænitentia quinque-
 vel sextem annorum s̄o dist. si quis femina, & c. seq. & c. si quis sponte. occul-
 tal, si sit occultum, publica si sit publicū, & maior si in lecto suffocetur, quam
 si incunis, & maior presbytero Græco, quam laico, vt habetur extra de
 pæn. Quæst. i. n. Et licet dispensetur quo ad pænitentiam, quæ est arbitraria,
 vt dicitur ibidem, non tamen quoad ordines propter horridum, quod est
 delictum enorme, & indispensabile. dist. 50. Miror. Si autem culpa, quæ præ-
 cessit casum sit leuis, vt si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen à se,
 imponitur pænitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra
 eod. de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, quod tam tenellos secum
 in vno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente, oppriman-
 tur, & suffocentur, vt 2. q. 5. consuluisti Et hoc modo distinguit. Host. & Ber,
 extra de infantibus. Quid de illis qui filios vel seruos suos infantes, vel et-
 iam adultos languidos, relegata pietate, exponunt, id est, extra se ponunt
 ante Ecclesias, vt aliqui moti misericordia colligant eos? Resp. Tales grati-
 ter peccant, quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contra-
 here possent matrimonium cum sorore, vel consanguinea, ideo exponens te-
 netur de hoc peccato pænitere, & est puniendus, sicut expositus si scienter
 cum tali contraheret, puniretur: extra de pæn. officij. secundum Hostien. Ta-
 lis enim secundum Ray. est tamquam homicida iudicandus, qui hominem
 sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circum-
 stantijs, & vtum ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit, pænitentia
 moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, secundum Ray. si mors
 inde sit secuta, quia scilicet fuerunt in culpa, eos exponendo, vel ali-
 menta negando. Tamen secundum Rom. si in nulla culpa fuissent, quia forte
 nec eleemosynas querendo, nec aliter eos alere possent, irregulares non
 essent, nec peccarent.

Decimus octauus est, quod qui presbyterum interfecit, pæniteat duode-
 cim annis, extra de pæn. & remiss. c. 2. De pænitentia vero eius qui occidit
 monachum, vel clericum, subdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q. 4. Qui
 occiderit. De pænitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui
 vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. §. si quis.

Decimus nonus est, quod qui iniuste alium ad mortem accusat, quadra-
 ginta diebus in pane, & aqua per septem annos ieiunet, & pæniteat: &
 hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdidit, trien-
 nio pæniteat. extra de accusa. Accusasti. Hostien. vero, & Ioann. de Deo, in
 ieiunando intellexerunt, quod primus pæniteat per septem annos, quoli-
 bet anno ieiunando quadraginta diebus in pane, & aqua, secundus vero
 per tres annos. Goff. vero Duran. intellexit prout littera magis sonat. sci-
 licet quod primus ieiunabit quadraginta diebus in pane, & aqua, siue
 continue, siue interpellate, & per septem anno ieiunabit, & pænitebit, non
 tamen in pane, & aqua, sed ad arbitrium presbyteri, secundus vero per tres
 quadragesimas, prima ante natalem Domini, secunda, ante Pascha, tertia
 ante Sanctum Ioannem. has enim instituit Beatus Petrus, vt habetur in
 chronici. Ieiunabit autem tuac in pane, & aqua. Probantur hæc secundum
 Host. 23. q. 5. c. 1. 2. & 3.

Vigésimus est, quod periurus quadraginta diebus in pane, & aqua ieiun-
 net, &

net, & septem annis sequentibus pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia, scilicet interiore. 6. q. 1. Quicumque.

Vigessimus primus est, quod qui compulsus conditionaliter à domino scienter peierat, si liber sit, quadraginta diebus in pane, & aqua, & hoc secundum glo. intellige, vel continue vel interpellate pœniteat 7. annis sequentibus, non tamen in pane, & aqua, vt dicit glos. Si vero seruus sit eius, qui eum coegit, tribus quadragesimis, & legitimis ferijs, tollit, 2. 4. & 6. c. 22. q. 1. Qui compulsus.

Vigentesimus secundus est, quod qui peierat in manu Episcopi vel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis Si vero in cruce non consecrata, vno anno Qui vero coactus, & ignorans ignorantia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis. 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda, vel qualibet causa vel necessitate peierat (quia corpus plus quam animam dilexit) tribus quadragesimis pœniteat. ead. q. 5. c. si quis coactus. Alij inducunt tres annos; & vnum ex his in pane, & aqua.

Vigessimus tertius est, quod qui falsum scienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus quadraginta pœniteat in pane, & aqua: & sequentibus annis nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiore. Alios etiam si conscij fuerint similiter pœniteat. 22. q. 5. si quis conuictus.

Vigessimus quartus est, quod qui mensurat in falsa mensura, 30. diebus in pane, & aqua ieiunet. extra de contrah. emp. vt mensuræ. De pœna vero falsarij literarum, habetur extra eo. ad audientiam, & c. dura. & c. ad falsariorum. & de verb. signifi. nouimus.

Vigessimus quintus est, quod qui frangunt pœnitentiam solemnem, siue redeundo ad crimina priora, vel similia: siue redeundo ad negotiationem, vel militiam sæcularem, quæ sibi fuerant interdici: sola inter Ecclesiam fidelibus oratione iunguntur, à communione suspenduntur, à catholicorum conuiuijs separantur, & pœnitere debent decem annis, & communicent in fine vt. 33. q. 2. de his vero. & de pœn. dit. 5. si quis vero.

Vigessimus sextus est, quod qui canit missam, & non communicat: debet vno anno pœnitere, & interim missas non cantare. de consecrat. distin. 5. relatum.

Vigessimus septimus est, quod presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensibus 5. diaconus vero triennio, & dimidio, de cons. dist. 1. nemo per ignorantiam.

Vigessimus octauus est, quod qui committit sacrilegium, ecclesiam violando, vel chirma siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, vel similia sacrilegia committit, pœniteat septem annis. Primo anno extra cœmeterium, quod violauit, consistat. secundo anno ante fores ecclesiæ. tertio in ecclesia, & in hoc triennio carnes non comedat, vinum non bibat, nisi in Pascha, vel Natali, non offerat, nec communionem accipiat. quarto anno communicabit, & in illo, & in 5. & 6. & in 7. tribus ferijs à carnibus, & vno abstineat ieiunando. 12. q. 1. dæmon. Comburens autem ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eam restituat. 17. q. 5. si quis. in versiculo maius. De pœna vero raptoris, siue furis rei ecclesiasticæ, & de pœna furis, & effractoris tam clerici, quam laici, habetur eadem quæst. 5. peccata, & c. si quis clericus.

Vigésimus nonus est, quòd si parentes frangunt sponsalia filiorum, a communione triennio separentur, & similiter filij si sint in culpa: si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur utique, scilicet quo ad poenam ecclesie, sed non quo ad reatum, ex quo detulerunt operam in contrarium. 1. q. 3. si qui parentes, argu. de p. di. 1. si cui.

Trigésimus est, quòd qui blasphemauerit publice Deum, vel aliquem Sanctorum, & maxime Beatam Virginem, illi debet Episcopus hanc poenitentiam iniungere, scilicet, ut septem diebus Dominicis præ foribus ecclesie in manifesto dum missa cantatur existat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigam ligatam circum collum habeat, & septem præcedentibus sextis ferijs in pane, & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, vel duos, vel saltem vnum reficiat si potest, & si non potest, hæc poena in aliam commutetur, quod si reuerit agere omnia supradicta, interdicator sibi ecclesia, & in morte priuatur ecclesiastica sepultura, extra de maled. statuius. Item blasphemus, si diues fuerit 40. alioquin 30. vel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum vsualis monetæ poena mulretur, nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, scilicet quin soluat quinque solidos, quos si non habet, currat per civitatem, vel commutetur in poenam aliam temporalem. Hæc autem poena soluetur ei, qui condemnatus, id est, potestati seculari, hanc enim poenam temporalem præcepit Papa imponi per potestatem temporalem, quod si neglexerit, per Episcopum præcipitur cogi. hæc Host. habet autem prædicta poena locum secundum Goff. cum quis blasphemat non ex ira, vel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. q. 3. si quis iratus. Notandum. Secundum vero Host. hæc poena est specialiter inducta contra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deum nisi iratus. Tanta tamen possit esse iracundia, quod æquipararetur dementia, & tunc illud quòd dicit Goff. locum possit habere, hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, vel per ventrem, vel per corpus, vel capillum? Respondet Host. quòd si faciat hoc affirmando, vel iurando, non habet locum hæc poena; secus est, si faciat hoc detestando, vel vituperando, licet iratus. Item secundum Goff. & Host. hæc, quæ dicuntur de poena temporali, sunt iudice pro tribunali sedente. In iudicio autem animæ presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit ex causa circa poenam spiritualem superiorem 25. q. 6. poenitentibus, hæc Host. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. dist. 46. clericus.

Notandum vero quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, ut in a. h. ut non luxu. contra naturam circa medium. colla. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus; & laicus excommunicandus 25. q. 1. Si quis per capillum. Hodie vero laicus agit poenitentiam supradictam, scilicet illius canonis, statuius, & hoc si publice blasphemavit. Si enim occulte, non poenitebit publice, ut puto. Clericus vero hodie est corrigendus, poena arbitraria, & occulta; non illa quæ est publica, Clericum enim publice non debet poenitere. Si autem rebellis fuerit, vel sapius hoc commiserit, locum habet poena legis, scilicet, ut laicus decapitetur.

tertio foro quili, & in canonico anathematizetur, id est, ecclesie ingressus illi interdicitur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. Clericus vero degradetur, hæc Hostien. tit. de maledictis.

Trigesimus primus est de presbytero, qui reuelat confessionem, quod de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari, de pœn. dist. 6. Sacerdos.

Trigesimus secundus est, quod qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs diuini discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesie, 6. mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 27. dist. de his.

Trigesimus tertius est, quod Episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inuitum, aut reclamantem, vel penitus inuitum, absolute suspenditur anno vno, 7. dist. cap. 1.

Trigesimus quartus est, quod Episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus; presbyter 4, diaconus 3, subdiaconus, & ceteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. 1. q. 1. quidquid inuisibilis.

Trigesimus quintus est, quod sortilegum quadraginta diebus pœniteat. extra de sortile. requisiti.

Vigesimus sextus est, quod qui videt furtum in astrolabio pœniteat duobus annis, extra de sortil. ex tuar.

Trigesimus septimus est, de stilla sanguinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyterum pœnitere quadraginta diebus. Si cecidit super pallio altaris pœniteat quatuor diebus, de consec. dist. 2. c. si per negligentiam.

Trigesimus octauus est, quod si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem, & voracitatem; si laicus, pœniteat quadraginta diebus. Si clericus, vel monachus, vel presbyter, vel diaconus, peniteat septuaginta diebus. Si Episcopus, pœniteat nonaginta diebus. Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si vero causa infirmitatis euomuerit, septem diebus pœniteat. de consecratio. distinctio 2. si quis propter ebrietatem.

Trigesimus nonus est, quando mus corrodit vel comedit Corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, vbi sit notata. de consecr. dist. 2. circa finem.

Quadragesimus est, quod qui domum, vel aream voluntariè succendit, sublata, vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniu. si quis domum. Canon tamen dicit, quod si ex odio, vel injuria hoc fecerit, excommunicari debet; nec absolui, donec satisfecerit, & iurauerit, quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem illi, vt Hierosolimam, vel in Hispaniam vadat, in Dei seruitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxauerit, damnum restituat, & ab officio Episcopali per annum abstineat, vigesimatertia questione octaua, pessimam. Hodie autem postquam sunt denuntiati non possunt citra sedem Apostolicam absolui extra de senten. excommunicat. Tua nos. Immo rex loquitur de incendiarijs indistincte, postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse, & Grat. extra de senten. excom-

muat.

municeat. quicumque. & Goff. licet Rom. contrarium dicitur. **Secundum autem** leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit; si sit humilis, subiicitur bestijs, si sit in aliquo gradu, decapitatur vel in insulam relegatur. **Ita** de incen. rui. nau. l. fin. Qui vero alibi, vt in villis, vel castris remissis ibidem ædes postas combusserit; si hoc dolo fecerit. comburetur. Et hoc intelligendum secundum Hostium. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciat damnum, vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

Quadragesimus primus est, quod qui dederit vel acceperit communionem ab hæretico. & nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem sciuit & neglexit pœniteat decem annis; vel secundum quosdam septem, vel secundum alios, quinque. **Qui vero** permittit hæreticum missam celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris pœniteat quadraginta diebus. Si pro reuerentia eius, per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholiæ, & pro consuetudine Romanorum, projiciatur ab ecclesia, sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioquin pœniteat decem annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transferit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat duodecim annis, tribus extra ecclesiam, septem inter audientes; duobus extra communionem, & sic duodecimo anno communionem siue oblationem percipiat. 24. q. 1. si quis dederit.

Quadragesimus secundus est, quod patronus, qui res ecclesiæ dilapidat, vno anno pœniteat decimasex a quæstione septima. c. filijs.

Quadragesimus tertius est, quod qui domum suam magicis, & incantatoribus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consuluit, annis quinque pœniteat 16. q. 5. qui diuinatores, & c. non liceat.

Quadragesimus quartus est, quod qui pacem cum proximo suo non facere iurat, anno vno pœniteat, & ad pacem redeat 23. quæst. 2. qui sacramento.

Quadragesimus quintus est, pro periurio, adulterio, homicidio dantur pro pœnitentia regulariter septem anni, & similiter pro fornicatione: licet non ita aspera pœnitentia iniungatur, vigesima secunda quæstione prima. prædicandum. 33. q. 1. hoc ipsum, & § seq.

Quadragesimus sextus est, quod qui scienter rebaptizatur, septem annis pœniteat, & feria quarta, & sexta in pane, & aqua ieiunando tres quadragesimas faciat, & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro munditia, id est; pro salute corporis obtinenda, vt extra do. aposta. cap. 2. tribus annis pœniteat. de consecrat. distin. 4. qui bis, & talis, qui bis baptizatur vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis. distinctio 84 dictum est. De poena autem talium habetur de consecrat. distin. 4. eos. Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.

Quadragesimus septimus est, quod qui vxorem adulteram cognoscit antequam pœniteat, tribus annis pœniteat vigesima prima, quæstione secunda, si quis. **Qui vero** cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam præactam, pœniteat duobus annis eadem quæst. Si quis primus. **Quomodo** ve-

do vero pœnitentia iniungenda sic mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra de pœnitent. & remissio. officij.

NOTANDA CIRCA PRÆDICTOS CANONES
Pœnitentiales. Cap. IIII.

Confessarius ad regulas igitur prædictas inspiciendo, potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias pro diuersis criminibus secundum canones imponendas: & ex causa consideratis circumstantijs, vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ; principaliter tamen qualitates personæ, & præcipuè, vtrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo seruitutis. Nam circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis quibus sunt adstrictæ præiudicium fiat, maxime circa coniugatos, quare si seruus sit, & timore peccauerit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus, vigesima secunda quæst. quinta. Qui compellus. Obadire tamen non tenebatur in talibus, vndecima quæst. tertia. Si Dominus. Si autem voluntarie peccauerit, corpore punietur etiam acrius, quam alius, vigesima quarta quæst. prima. Qui contra pacem. Nec est seruo iniungenda peregrinatio, per quam dominus eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur. extra de sentent. excommun. relatum. Si vero liber sit tota pœnitentia canonis, si potest facere, debet imponi decima sexta quæstione prima. sacerdotes pœnitentiam. Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

1 Considerandum etiam erit vtrum sit persona noua in fide; quia nouis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi. extra de pœnitent. & remissio. Deus qui Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circumstantiæ; de quibus ad præsens supersedeo breuitatis gratia.

3 Sciendum autem quòd in foro pœnitentia dicuntur legitimæ feriæ, secunda, quarta, & sexta, distinctione 81. presbyter, de consecra. distinct. 3. ieiunia. Aliqui tamen, vt dicit Ro pro secunda feria ponunt sabbatum.

4 Insuper notandum est, quod si pœnitentia in pane, & aqua imponatur non habenti panem, post loco panis leguminibus & pisciculis, aut alijs cibarijs refici, si necessitas illud requirat. extra de pœnit. & remissio. licet in tex. & glo. alias non licet.

5 Nota etiam secundum To. si pœnitentia sit imposita à canone, liberatur quis à ieiunio dando denarium, (quod est decima pars aurei) vel legendo psalterium propria auctoritate. Innoc. vero dicit, quòd ieiunia necessaria, vt quatuor temporum, & huiusmodi non possunt redimi, nisi sub rationabilis causa; voluntaria vero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris.

6 Ad hoc etiam nota, quòd vbi imponitur pœnitentia aliquot annorum, siue quadragesimarum, nec additur quomodo quemquam debeat pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ sint arbitrariæ

*Ieiunia
an possint redimi.*

*Nota ta
men, a-*

liud esse (vt dictum est supra) ipse enim presbyter arbitrabitur, eam per ferias legitimas faciendam, secundum canones. 50. dist. de his clericis. extra de homicid. cap. 2 & in multis alijs iuribus. Et sic intelligitur illud, extra de

accu. accusast & de spon. dilectus, & similia.

7 Cum in his non nulla minus clare tradi videantur, animaduertendum est, ubi certum tempus à Canone præscribitur, vt pote trium, septem, pauciorumue, seu plurimum annorum, nullo certo prænitentiæ modo, vel genere explicato, id confessarij arbitrio relictum esse, vt is, perspecta prænitentiæ qualitate, ac dispositione, prænitentiam ipsam prudentia, scientia, iustitia ac bonitate aggruet, aut moderetur. Satisfactio autem legitimarum feriarum secundæ, quartæ, & sextæ ferie intelligenda est, [vt superius dictum est] Ieiunia vero trium quadragesimarum ei significantur, quæ ante diem Natalem Domini, & quæ ante Pascha Resurrectionis, & quæ per dies

13. ante festum diem Sancti Ioannis Baptistæ olim celebrabantur, vt supra dictum est, reliqua per se satis aperta sunt.

8 Scito hunc rigorem patrum in castigandis subditorum delictis, ac item feruorem, & obedientiam eorum, qui peccatorum cicatrices condigna prænitentia sanauerunt, & præfatos canones prænitentiales ad vnguem obseruauerunt, vt que ad Innocentium primum perdurasse: Postea vero paulatim à septingentis annis cœperunt languere: & quantum canones prænitentiales decreuerunt tantum indulgentiæ Pontificum, & Episcoporum creuerunt quo circa tales relaxationes Indulgentiæ dictæ sunt, vt Ioannes Echius testatur in tractatu de prænitentia, & confessione, & satisfactione. cap. 5. circa fin.

Quæ, & quot olim esset quadragesima prænitentium
Tempore
Aug. & Cyp. vigebat isti Canon.
Ioan. B. chus de penit. & confess.

CAPITA QUÆDAM PRÆCIPVA, QUÆ QUIBET SACERDOS AD CONFSSIONES AUDIENDAS EXPONENDUS NOSSE DEBERET, HÆC SUNT. QUÆ ETIAM DISERUIUNT PRO HIS, QUI ASSUMENDI SUNT AD BEELESAS PAROCCHIALES, VLTRA EA, QUÆ NOTANTUR INFERIUS. Cap. V.

1 **Q**UÆ, & quot sunt Confessoris partes, & quanta saltem debeat necessario esse eius scientia. Quæ forma vti debeat in absoluen-do. Quot item, & quales libros habeat pro hoc obeundo munere, & an habeat Bullam in coena domini, arque casus Episcopales reſeruatos, & an legerit edicta sanctissimæ Religionis, seu Inquisitionis, quæ sicut quotannis publicari cum reſeruatione casuum in aliquibus diocesisbus Christiani orbis.

2 Qui, & quot sint in genere casus Papales in cœna domini, & alibi in iure, & quomodo inter se differant, enumerentur saltem crassiore modo, aut secundum partem An sacerdos possit in aliquo casu absolue-re a casibus, etiam Papæ reſeruatis, & quem ritum seruabit, si contingat quempiam absolui ab excommunicatione quacunque, & præsertim ab illa, quæ continetur in bulla cœnæ domini, in articulo mortis, aut alias ex concessione.

3 Quid sit prænitentia, & quoruplex. Quid sit contritio, confessio, satisfactio, &

fatio, & eius partes. Quam satisfactionem imponet pro grauioribus quibusdam criminibus, & præsertim pro blasphemia. An legerit aliquando canonicos pœnitentiales. An aliquis debeat, aut possit eadem peccata sæpius vti liter confiteri, & an quispiam teneatur aliquando sæpius in anno confiteri. Quibus casibus sit confessio iteranda, & quæ sint eius conditiones, & circumstantiæ, & an quælibet circumstantia sit necessariò confitenda, & item numerus peccatorum an sit, necessario confitendus, & quomodo quis teneatur peccata cordis cum circumstantijs eorum confiteri, ac tandem quomodo præcedens alias confessum peccatum teneatur quis confiteri, si recidat in idem, & alteri sacerdoti confiteatur.

4 Quid sit peccatum, & quoduplex. Quot sint peccata capitalia in genere, & quot eorum rami, seu filii. Quot sint peccata in Spiritu Sanctum, & peccata clamantia vindictam in cælum, & quomodo discernatur lepra à lepra, idest, peccatum mortale à veniali. Quales demum sint interrogationes faciendæ circa præcepta Decalogi.

1 Quot sint casus restitutioni obnoxij. Quid sit vsura, & quomodo differant vsura, interesse, & an legerit casus vsurarum, & an vsurarij mentales teneantur restituere. An non recitantes horas canonicas, etiam si fuerint pensionarij tantum, item non residentes in suo beneficio curato. Insuper qui non intersunt horis canonicis, & percipientes quotidianas distributiones, & an habentes beneficia simoniace, ac exactores datiorum, seu pedagogiorum prohibitorum, teneantur ad restitutionem, & quomodo, & quibus. An defendentes scienter vsurarios in iudicio, teneantur ipsi ad restitutionem parti lesæ, nisi dicti vsurarij restituerint.

*'Datis
Pedagogia*

6 Quid sit excommunicatio, & quoduplex. Quæ prohibeantur excommunicatis, & quibus casibus liceat participare cum eis: An omnes excommunicati sint euitandi. Et tandem potuerunt supersciterenus saltem interrogari de impedimentis matrimonium impediens, & dirimentibus, & de impedimentibus tantum & quis dispense in illis. Postremo interrogetur aliquid de sigillo confessionis, & de modo petendæ auctoritatis à Episcopo super aliquo casu reservato, ac demum, quid prosit addere in absolutione, in fine, Quidquid boni feceris, &c. pro quo vide D. B. Quod l. v. Nau. de pœnit. dist. 6.

PœNITIORES CONFESSARIJ POTERVNT ADHVC *super sequentibus interrogari, si expedire visum fuerit.*

Cap. V I.

1 **A**N pœnitentia remittat omnem culpam, & pœnam, & an pœnitens de attrito fiat contritus virtute clauium. An sit dicat sacerdos, soluo Ab te ab omnibus peccatis tuis confessis contritis, & oblitis, bene faciat, & an sacerdos absoluat ab oblitis. An absolutio data ab Episcopo super peccatis reservatis tantum, sit sacramentalis, & item sit dicenda confessio integra, & absolutio dari possit cum conditione.

2 An in articulo mortis ille, qui nullo modo potest confiteri, possit absolui à peccatis, si alias ostendat signa contritionis: & an sine confessione sacramentali possit quis vquam saluari, & quid seruandum sit, cum infirmus non confessus non potest loqui, & tamen retinet auditum.

C

3 Quot

3 Quot sint censurae ecclesiasticae, & quibus casibus incurrantur, & an irregularitas sit censura, & quibus casibus incurratur: & an recipiens sacros ordines ante legitimam aetatem, aut sine dimissorijs, & ministrans sacro altari, sit irregularis, ac proinde indigeat dispensatione.

4 Quare, & quomodo aliquod peccatum dicatur irremissibile; & an sacerdos absolvens remittat culpam; & quomodo, & quid oportet ut ipsa absolutio in penitente iam contrito, & qualis, ac quantus debeat esse dolor pro habenda contritione, An peccata semel dimissa à Deo redeant propter ingratitude, & an vnum peccatum sine alio remitti possit.

PRO INITIANDIS PRIMATONSURA
Interrogatorium. Cap. VII.

*Concilij
Trid. sess.
23. c. 4.
& 6.*

1 **A**N sint confirmati, & qui fuerint eorum Patrij: & an sint de legitimo matrimonio pro creati, & de hac re fidem authenticam habeant poenes se, ac fidem status, vitæ, & prok sionis, prout habet Genus Neapoli, iuxta intentionem Sacri Concilij Tridentini fieri contineuit & hæc eodem tempore secum deferant.

2 An sciant orationem dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, Præcepta Dei, & Ecclesiæ, & Salve Regina; & nouerint in seruire Missæ,

3 An sciant alia rudimenta fidei, & an accedant singulis diebus festis ad doctrinam Christianam discendam, vel docendam.

4 An sciant legere, & scribere, & comprobentur de hac re.

5 An intendant fieri clerici, & perseverare, & quare, an vitandi fori sæcularis causa, an vero propter fidelem cultum Deo præstandum.

6 Quotum annum agant.

7 Cui ecclesiæ sint adscribendi ad inferniendum; & an decreuerint deferre habitum, & tonsuram.

PRO ASSUMENDIS AD ORDINES MINORES
Interrogatorium. Cap. VIII.

*Concil.
Tri. sess.
23. c. 5
& 6. &
11.*

1 **V**ltra aliqua ex prædictis, interrogentur, an habeant inscriptis testimonium bonæ vitæ suæ à parcho, & à magistro scholæ.

2 An habeant cortam, seu supercilium, & vestem clericalem, & tonsuram.

3 An consecretur saltem semel in mense, & ubi.

4 An discant, aut doceant doctrinam christianam diebus festis in ecclesia coadiuuando parochos.

5 An intelligant latine, de qua re fiat experimentum.

6 Cui ecclesiæ ad inferniendum sint adscripti.

7 An de hac re testimonium in scriptis habeant, videlicet quod infernerint.

8 Quotum annum agant.

9 Quot

9 Quot sint ordines minores, & quale sit vnus cuiusque eorum munus, nempe ostiarij, lectoris, exorcistæ, & acolythi.

10 An intendant post hac recitare horas canonicas Beatæ Virginis sibi iniungendas ab Episcopo, iuxta Synodi Diocesanae statutum, aut aliud iuxta consuetudinem diocesis.

Nota, quod nullus alienæ diocesis potest ordinari, nisi iam probatus & examinatus fuerit a suo Episcopo, & de hac re habeatur mentio in ipsis dimissorijs. Pro quo vide Concilium Trid. sess. 23. cap. 3. ex refer. Potest tamen iterum examinari, vt Episcopi ordinantis conscientia satisfiat, & fratris amnis absit.

Sic etiã Romæ seruuatur.

PRO ASSUMENDIS AD SUBDIACONATVS, & diaconatus ordines Interrogatorium. Cap. IX.

1 **V**ltra aliqua ex ijs, quæ hic superius proponuntur, interrogari debent.

Concilij Tri. sess. 23 c. 12. 13. 14. 17. Sess. 21. de ref. c.

2 Ad quem titulum cupiant promoueri, & constare faciant Episcopo aut deputatis quæcunque responderint, ita vt sine vlla fraude, quidquid super hac re à Synodo Diocesana sancitum fuerit, plenariè obseruetur: ac si ad titulum patrimonij promoueri petierint, necesse erit, propriij Episcopi dispensationem interuenire iuxta Sacri Concilij Tridentini hodie dispositionem.

3 An sint irregulares, & inhabiles quomodocunque.

4 Quotum annum agant, & de ac re fidem authenticham deferant, & ostendant, & quandiu sit cum alium ordinem susceperint.

5 An habeant litteras testimoniales de confessione facta saltem semel in mense, & de perceptione Eucharistiæ, & de seruitio præstito ecclesiæ, cui sunt adscripti, & quod inceserint in consura, & habitu clericali, & an habeant superpellicium iuxta ordinationes editas in Synodo Diocesana, & de reuerentia exhibitij sacerdotibus (iuxta Concil. Trident.) interrogentur.

Concil. Tridens.

6 An desideria, & nomina eorum publicè in ecclesia à suis parochis fuerint proposita, & populo intimata super eorum natalibus, ætate, moribus, & vita, & à fide dignis inquisitionem factam per Parochum ad Episcopum procurauerint transmitti, & an sperent Deo auctore se posse perpetuam continentiam seruare, & an intendant hoc vouere.

7 Proponantur eis aliqua ex difficilioribus collectis Missalis declaranda, & postea Catechismus Romanus, quem nisi saltem latinè bene (grammaticaliter construendo) intelligant, nullatenus se admittendos sperent: satis etiam erit, si Breuarij, homilias omnes se improviso eis assignatas rectè construere nouerint.

8 Quot sint sacramenta ecclesiæ, & quomodo inter se differant, & quot sint ex eis reiterabilia, & quid sit ordo, & quot sint ordines, & quomodo distinguantur inter se, & an sit vnum sacramentum, an plura.

9 An legerint aliquando eum libellum, qui dicitur EXAMEN ordinandorum, aut etiam eum, qui dicitur cura clericalis, aut alium huiusmodi.

10 Quale sit proprium munus subdiaconorum, pariterque Diaconorum.

11 Vbi, & quando fuerit institutum sacramentum ordinis, & an conferat gratiam.

12 Quæ sit materia singulorum ordinum, an quilibet ordo imprimat characterem, & quid sit iste character.

*vide sum
missas in
vtr. cleri
cus.*

13 Quos libros spirituales legendos habeant, aut huiusmodi; & quales debeant esse partes clericorum, & an habeant Breuiarium, ac didicerint per se ipsos recitare horas canonicas, & in quale peccatum incurrant non recitantes.

14 An didicerint per se ipsos confiteri peccata sua sacerdoti, & an doceant Doctrinam Christianam pueros in ecclesijs, quibus ipsi inferuiunt, aut alibi diebus festis.

15 An ordinati in sacris ante legitimam ætatem sint ipso iure suspensi, & ministrantes in eis sint irregulares, ac item beneficiorum incapaces.

16 An dederint operam Catechismo Romano, & sub cuius disciplina modo litteris vacent.

PRO ORDINANDIS AD SACERDOTIUM INTERROGATORIUM hoc erit, quod quidẽ deseruire debet etiam pro his, qui sunt promovendi ad ecclesias parochiales vitra alia, quæ notabuntur inferius, nisi aliqua ex his illis contineantur. Cap. X.

1 Quot sint sacramenta ecclesiæ, & à quo fuerint instituta, & quæ sit differentia inter sacramenta veteris testamenti, & nouæ legis.

2 Quæ sint de essentia cuiuslibet sacramenti, declarando singula, & qui sint effectus cuiuslibet sacramenti, aut saltem eorum, quæ contueuerunt ministrari per curatos.

3 Quis sit effectus Sacramenti Baptismi, & quæ etiam eius forma, & materia, & sic de Eucharistia, ac de Pœnitentia interrogentur, atque de Extrema Vnctione; & quibus dari possit, & an sit Sacramentum necessitatis.

4 Quæ sint sacramenta reiterabilia, & quæ non, & quare; & an omnia sacramenta sint de necessitate salutis, & quæ sint diffinitiones sacramentorum.

5 Quæ, & qualis pœnitentia esset regulariter imponenda peccatis, & item quomodo ordine fieri debeant interrogationes in confessione.

6 Quis ætate pueri admittendi sint ad sacramentum communionem; & qui carere debeant ecclesiastica sepultura.

7 Interrogentur de præceptis decalogi, & ex eis, quæ sint, quæ ordinant homines ad Deum, & quæ ad inuicem.

8 Quæ differentia sit inter affirmatiua, & negatiua, & quæ sint præcepta

cepta ecclesiz, & qui sint dies festi de præcepto, & quare sint instituti.

9 Quibus temporibus nuptiæ prohibeantur, & quid propriè tunc sint prohibitum.

10 Interrogentur tandem de articulis fidei, de virtutibus, de donis Spiritus Sancti, & de operibus misericordiz.

11 Quæ contineantur in Eucharistia sub vna, & altera specie, & an ipsa sit Sacramentum simul, & sacrificium in ipsa Missa, & qua ratione.

12 Qui sint casus, qui possunt accidere sacerdoti in Missa sacrificio; & quæ sint significata eorum, quæ ibi gerentur, & an liceat sacerdoti, statim post Missam salivam emittere, aut parum post comedere, & quomodo debeat illo die esse ieiunus, antequam celebret, & quando incipiat ille dies, & quale dicatur esse tale ieiunium.

13 An omnes sacerdotes recipiant potestatem clauium ab Episcopo in ipsa ordinatione, & quales sint hæc clauæ, & in quo consistant, & ita quale sit proprium officium sacerdotum, & an intendant pro Dei gloria, & eorum salute saltem diebus festis celebrare.

14 An habeant litteras testimoniales de vita, & moribus, de confessione, & perceptione Eucharistiz saltem semel in mense, & de seruitio præstito ecclesiz, cui sunt adscripti, & de ætate legitima, ac cæteris de iure requisitis.

15 An sacerdotes teneantur esse apti, & idonei ad docendum populum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & ea pariter, quæ ad sacramentorum administrationem spectant, & vbi hoc legerint.

16 An intendant frequenter celebrare, & præcipue diebus festis, etiam si non habeant beneficium, aut alias obligationes, iuxta ea, quæ habeantur in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 14.

Sess. 23.

cap. 24.

Sess. ead.

6. ead.

*Concil.
Trid.*

PRO ASSUMENDIS AD ECCLESIAS PAROCHIALES Interrogatorium, & primo in generali.

Cap. X I.

1 **Q**uale sit parochorum proprium munus, & in quid incurrant illi qui simoniace consequuntur beneficia: & quid sit simonia, & quor modis committatur.

2 An liceat curatis ruralibus, & copia confessorum carentibus, celebrare sine præuia confessione, & quo casu, & quando.

3 An teneatur ad restitutionem curatus, si ecclesiz suæ bona dilapidet.

4 An habentes beneficia teneantur ad amplas eleemosynas, & reparationem fabricæ ecclesiz, & ad augenda ea, quæ ad diuinum cultum pertinent.

5 An clericus, qui consentit, vt Principes, aut alij quicumque nobiles laici occupent, aut vsurpent eius ecclesiz bona, census, iura, etiam emphyteotica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum ecclesiz, aut pauperum necessitates conuerti debent, sit ipso facto excommunicatus, & beneficijs omnibus priuatus, & ad quæ.

Concil.

Tri. sess.

22. e. 11.

Sess. 24.

cap. 4.

Sess. 19.
cap. 1. de
ref. sess.
24. ca. 4.
sess. 9. c. 2
de ref.
Sess. 22. c.
1. de ref.
circa si-
nem.

8. ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur.
- 6 An teneatur parochus suæ plebi prædicare, & an ipse velit Euangelium exponere suæ plebi, & fiat experimentum de hac re.
- 7 An si habilis ad residendum, & an intendat residere, & quam in pœnam incurret non residentes, & an intendat curam exercere per se ipsum, an per vicarium suum.
- 8 An sciatur cantare Missas, & alia diuina officia.

SECUNDO IN PARTICVLARI PAROCHVS
interrogatur super Sacramento Baptismi. Cap. XII.

- 1 **A**N legerit aliquando librum Baptizandorum Diœcesis, & an viderit, aliquem baptizari; & an habeat Synodum Diœcesanam, ac etiam prouincialem.
- 2 Quid primo interrogandum est, & à quo, cum puer defertur baptizandus ad ecclesiam.
- 3 An debeat sub conditione baptizari puer, cum scitur eum domi fuisse baptizatum à commatre, & an sint irregulares contraficientes?
- 4 An debeat sub conditione baptizari puer delatus ad ecclesiam, si fuerit ob periculum baptizatus in manu, vel pede in exitu à ventre matris.
- 5 Quæ sit materia, & item forma, & quis minister regulariter, & etiam in casu, in sacramento baptismi.
- 6 Quid sit catechismus, & exorcismus, & quare eos obseruet ecclesia, & quid sit baptismus. & quotuplex sit.
- 7 Quot ad summum suicipere possint hodie infantem de fonte Baptismi.
- 8 An sit verus Baptismus datus cum interruptione, vel alteratione, atque variatione, aut additione, aut subtractione verborum.
- 9 An puer qui inuenitur in nemore expositus, si nulla appareat scriptura in collo de eius baptismo, possit sine nota irregularitatis baptizari sub conditione.

Sess. 24.
c. 3.

TERTIO INTERROGETVR IPSI EXAMINANDVS
super Sacramento Penitentia, prout hic, supra fol. 28 cap. 5. apparet, pro exponendis ad confessiones: & item interrogatur super ijs, de quibus ordinandi ad sacerdotium solent interrogari, vt supra fol. 35. cap. 10.

QUARTO INTERROGETVR SUPER SACRAMENTO Eucharistia. Cap. XIII.

- 1 **A**N Eucharistia in pyxide debeat sæpe renouari, & quare, & quando.

2 An

- 2 An sacerdos habens coram se hostias 11. & intendens consecrare
10 sint omnes consecratae, & an sacerdos possit consecrare vnā partem
hostiæ sine alia, stante tamen eius continuitate.
- 3 An sacerdos debeat prosequi Missam, si sciat, aduenisse excom-
municatum.
- 4 An sacerdos aduertens in fine missæ se loco vini misisse aquam in ca-
licem, teneatur iterum repetere verba consecrationis, apponendo vinum
in calicem, & quomodo.
- 5 An sacerdos eidem infirmo possit in eadem infirmitate sæpe dare
Eucharistiam.
- 6 An hoc sacramentum possit dari infirmis non ieiunis.
- 7 Quæ sit huius sacramenti materia, forma, minister, & effectus princi-
palis; & an in die Natiuitatis Domini post sumptam ablutionem in prima
missa, liceat secundam celebrare.
- 8 Quæ cærimonie sint obseruandæ in exportatione Sacræ Eucharistiæ
ad infirmos.

**QVINTO INTERROGETVR SVPER MATRIMO-
nij Sacramento. Cap. XIV.**

- 1 **A**N sit verum, & ratum matrimonium coram Deo, & Ecclesia, si
sine Parocho & testibus celebretur.
- 2 An factio diuortio per iudicem ecclesiasticum, possit vir alteram
ducere vxorem.
- 3 Quæ, & quot sint impedimenta Matrimonij, in quibus solus Papa di-
spensat, & quæ & quot sint alia, in quibus Episcopus dispensat.
- 4 An vsque ad quartum gradum contrahatur hodie affinitas contra-
cta per fornicationem, & per publicæ honestatis impedimentum, an ve-
ro contra.
- 5 An vir, qui commisit incestum cum consanguinea sua, aut vxoris
suz, possit deinde sine dispensatione Episcopi petere debitum ab vxore
sua sine peccato?
- 6 An hodie per sponsalia, & copulâ subsecutâ contrahatur matrimonij
- 7 An contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis sint excom-
municati.
- 8 Quæ sint seruanda circa celebrationem matrimonij. (Vxorē.)
- 6 An illæ, qui cognouit duas sorores, possit postea ducere vnā ex illis

*Sess. 24.
c. 4. de ex
tr. Pij 4.*

**SEXTO INTERROGETVR SVPER SACRAMEN-
to Extremæ Vnctionis. Cap. XV.**

- 1 **Q**UÆ sit materia, forma, & minister; & effectus, & quando fuerit
institutum hoc Sacramentum.
- 2 Quibus in locis debeat inungi infirmus, & an simul debeant
ferri inunctiones, & verba profertis.

3 An

3 An debeat dari hoc Sacramentum amentibus, furiosis, pueris, suspensis, aut vulneratis, & an debeat dari ijs, qui non petierunt.

4 An sæpius quis possit suscipere hoc sacramentum, & an eadem infirmitate laborantibus debeat sæpe dari, si ad articulum mortis sæpe deuenierint?

5 Quare inter omnes formas sacramentorum hæc sola consistit in oratione deprecatoria?

Nota.

Multa alia grauiora possunt interrogari; præfata tamen videntur esse magis necessaria, & quotidiana, & profecto satis erit ad ea competenter ipsum parochum respondisse: sed ante omnia pluribus verbis erit ipse Parochus interrogandus super sacramentum pœnitentiæ, cum ea res sit quotidiana, magni ponderis, ac momenti, & periculosa valde atque in ea in primis versetur salus animarum, pariterque reductio, ac conseruatio omnium Iesu Christi.

Qualitas parochorum.

Nota cõciliis non dicit iudicauerint, sed iudicauerit.

Appellatio in cõcursu.

Post hæc inquirendum secreto erit de vita, & moribus eius, qui examina toribus doctus, & idoneus visus fuerit, si & numquam ille (vel alter ille similis in scientia) de aliquo vitio notatus fuerit, nec in præsentia aliqua labore infamia, erit magis idoneus ab Episcopo iudicandus, ac proinde ecclesiæ vacanti præficiendus, si tamen alias de iure cetera fuerint requisita. Vnde Concilium sic ait sess. 2. cap. 18. Peracto deinde examine renuncientur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina prudentia; & alijs rebus ad vacantem ecclesiã gubernandã opportunis. Ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre, &c. Hoc ergo solum examinatores præstare debebunt, vt sci licet proponunt Episcopo vnum, vel duos, aut tres, aut plures, tamquam dignos, & idoneos ad gubernandã vacantem ecclesiã. Ex eis autem magis idoneum, ac digniorem eligere, non nisi ad Episcopum hoc spectabit suo enim iudicio tantum in tali negotio standum esse sancta synodus præfata ordinat; præcipitque.

At si Episcopus minusabilem, post habitis magis idoneis, elegerit, possunt qui reiecti fuerint, ad Metropolitanum, aut alias ad Sedem Apostolicam appellare, iuxta Bullam Pij. Q. V. In conferendis.

ASSIGNATIO LOCORVM PRO EXPONENDIS ad confessiones, & item pro assumendis ad ecclesias parochiales. Cap. XVI.

Exponendi ad confessiones, si ea, de quibus interrogantur, nosse cupiant, si non sint Theologi, & sententarijs non dent operam, videant diligenter, & atrecte legant Summã Anglicã, vel Summã Syneetricã, vel Summã Tabienã, vel Summam Antoninã, magnã, aut paruã, vel Summã Rotellã, vel Armillã, vel Summã Holtiensem, vel Summam Raimundi, vel Summam Pisanellã, vel Supplementum, vel Summam Nauarri, vel Summam Caietanã, vel Summam Confessorum, vel aliam, quam maluerint, 1. in verbo, Confessor, per totum. 2. in verbo Confessio. 3. in verbo, Contritio,

tricio, Confessio, & Satisfactio 4. in verbo, pœnitentia, 5. in verbo peccatum, 6. in verbo, Præceptum 7. in verbo, Vsuræ. 8. in verbo, Restitutio, 9. in verbo, Excommunicatio, 10. in verbo, Interrogatio, 11. in verbo suspensio, & Interdictum, & Irregularitas. 12. in verbo, Matrimonium, 13. in verbo, Absolutio 14. in verbo, Nuptiæ, 15. in verbo, Beneficium, & quæcunque desiderari possunt, præfatis in locis reperientur: Si tamen legere non pigeat.

Si quis verò hæc omnia fusius legere desiderat, videat Theologos in 4. sent. & item Canonistas in locis suis.

At vero semper fere præ manibus habere secundam secundæ Diui Thomæ, optima res erit, & etiam Catechismus Romanum, & Summam Sacramentorum Francisci à Victoria.

Si vero sunt aliqui assumendi ad Ecclesias parochiales, videant vitra prædicta, Summistis in verbo, Simonia, 2. in verbo, Clericus per totum, 3. in verbo Beneficium. 4. in verbo, Baptismus. 5. in verbo, Residentia, & plura alibi, & Concilium Tridentinum præcipue in cap. 1. sessionis. 23. de reformat. & c. 18. sess. 24. & c. 3. sess. 22. & c. 6. 7. 8. sess. 21. & c. 4. sess. 24.

ASSIGNATIO LOCORVM PRO HIS QVI AD SACROS ORDINES, ETIAM AD SACERDOTIUM PROMOUENDI SUNT.

Cap. XVII.

Promouendi autem ad sacros ordines, & præcipue ad sacerdotium, diligenter, & attente legant aliquem ex præfatis Summistis in verbo Ordo, vel ordinatus, 2. in verbo, Clericus per totum, 3. in verbo, Eucharistia. 4. in verbo Missa, 5. in verbo Sacramentum, 6. in verbo Lex, 7. in verbo, Sepultura: 8. in verbo Feriæ, 9. in verbo, Interrogatio. Et certe non desunt hodie libelli multi catholici, qui circumferuntur, quos quidem sæpe legere valde vile erit, aut si tales sint iuvenes, qui satis prouecta sint doctrina videant Theologos, ac Canonistas in fonte. Ex libellis autem, qui circumferuntur, hos sæpissime legere dignum erit, videlicet Ioannem Polancum, Magistrum Andream Panorm. Aloysium Granaten. Methodum confessoris; Laurentium Petium, Canifum, Nicolaum de Ploue: & confessionale Beati Thomæ, & alios, quos malueris, quos hac recensere opus non est.

FORMA ECCLESIAE CONSVETA ABSOLVENDI

quempiam ab excommunicatione maiore, siue cum confessionariis obtinuerit super hoc potestatem ab Episcopo, siue cum penitens obtinuerit à Papa, siue quando idem penitens reperiat in articulo mortis constitutus, hac est, pro ut iura statuant, & discernant.

Cap. XVIII.

Primo namque requiritur, vt exigas ab excommunicato iuramentum, vt parere debeat mandatis tuis, vt etiam inquit. D. Thom. in 4. distin.

Ca. 12. in nota.

D 23. arg.

*de rate
ro. de sct.
exo.
e ex par.
de verb.
sign. e. fo-
les desit.
ex. in 6.*

18. arg. s. quæst. r. ad 1. quæst. in responsione ad primum.
Secundo, ut in omnia facultates suas sufficientem læsis præferendam,
& si non potest satisfactoriam, aut pignoraticiam pro tunc, præstet alteram
iuratoriam cautionem, ut aiunt doctores.
Tertio, ut facias cum promittere, ne de cetero contra illum Canonem ve-
niat, contra quem faciendo incurrit in censuram illam.
Quarto, ut absolutus eum aliquo psalmo penitentiali, & alijs requisitis, ut
supra, & si fuerit vir, debet virga, aut corrigia, aut fune leuiter verberari,
non autem mulier.

*23. q. 8.
pessimã.
Naus. 6.
29. & An
30. n. 3. p.
tit. 1. 24.
ca. 77.
Sumoni-
tio.*

Quinto si talis excommunicatio, qua iste ligatus est erit contenta in Bul-
la Cenzæ Dominis, & propter mortis articulum possit eum absoluerè, debes
ultra prædicta sufficientem cautionem exigere de stando S. R. E. mandato, si
si superuixerit, quam primum commode poterit. sub poena teincedendi in
eandem censuram, ut habetur in cap. eos, par. de sct. excomm. lib. 6. & hæc
(quantum ad priorem præsentem) elicitur in ipsa Bulla in Cenzæ Domini,
vbi sic ait Papa:

Et à quibus quidem sententijs nullus per alium, quam per Rom. Pontif.
in articulo mortis constitutus, absolui possit, Nec etiam tunc, nisi destando.
S. R. E. mandatis, & satisfaciendo sufficienti cautione præstita &c. Non ob-
stantibus quibuscunq; priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apolliticis ge-
neralibus, vel specialibus, &c. Hæc autem sufficientis cautio (ut aiunt docto-
res) debet esse, aut pignoraticia, quæ sit cum securitate pignorum de satisfa-
ciendo, aut fidei iussoria, aut denique iuratoria, si absoluedum sit omnino pau-
per. Pro quibus vide gloss. in cap. Vestra, extra de don. inter virum, & cor-
de in cap. Odoardus de solutionibus, & Raymundum in summula tract. 13.
in 114. & Catezanum in summula, & alios Summulas, & gloss. in cap. ex par-
te de verbõrum sign. & Antonin. 3. p. tit. 24. ca. 77.

ABSOLVTIO AB EXCOMMVNICATIONE MAIORE.

Cap. X I X.

*Mulier
percuti-
tur.*

PRAMISSIS omnibus, ut supra, gonuffexo penitente, dicat sacerdos sa-
per eum, Miserere mei, vel alium psalmum penitentialem totum: &
denudatis eius humeris, si visum fuerit expedire (nisi sit mulier, quæ
non percutitur) det ei ictum unum leuiter percutiundo ad quemlibet ver-
sum. Postea dicatur Kyrie eleison, Christe eleison Kyrie eleison, Pater nos-
ter. *Y.* Saluum fac seruum tuum. *R.* Deus meus sperantem in te. *Y.* Nihil pro-
ficiat inimicus in eo. *R.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Y.* Esto
ei dominè turris fortitudinis. *R.* A facie inimici. *Y.* Domine exaudi oratio-
nem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Y.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum
spiritu tuo. *Oremus.*

DEUS, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecatio-
nem nostram, (vel meam) vel hunc famulum tuum, quem excommu-
nicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum
Dominum nostrum. Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, &
ego autoritate ipsius, & Sanctissimi Domini Nostri Papæ *vi* Reuerendissi-
sima

Sani Episcopi N. vel talis superioris mihi commissa, absoluo te à vinculo excommunicationis in quam incurristi, vel incurrisse declaratus es, propter tale factum, vel causam, &c. & restituo te communioni, & unitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesie. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & alias prout in Rituali Romano de Sacramento penitentiae.

Nota quòd si excommunicatione non sit certa, & proinde ad cautelam si si absolutionem contingat, non sunt seruandae praedictae solemnitates, siue circumstantiae. Item pro contumacia, vel ostensa dubia sufficit dari cautionem iuratoriā, vt aiunt doctores, etiam si dari possit fideiussoria: Ad demum scito, quòd in articulo mortis constitutus à quocumque casu excommunicationis absoluitur: si tamen iuxerit, necesse est cum adire superiorem illum à quo alias de iure fuerat absolendus, prout elicitur ex dicto cap. eos qui, de sentent. excomm. lib. 6. & ex ipsa extr. Benedicti Papae XI. de privilegijs, quae incipit, Inter cunctas, & quidam non pro absolutione debet accedere, sed vt pareat eius mandato, acceptando penitentiam, aut huiusmodi.

*Submoniti-
tio.*

**ABSOLVTIO COMMVNITER OBSTRVANDA IN CON-
fessione Sacramentali. Cap. XX.**

Miseretur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducet te ad vitam aeternam. Amen.

**DEINDE DEXTERA MANU VERSVS PENITENTEM
elevata dicit.**

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Domine Noster Iesus Christus te absoluat, & Ego auctoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quantum possum, & tu indiges. deinde Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Passio Domini Nostri Iesu Christi, merita Beatae Mariae Virginis, & omnium sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustuleris sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, & premium vitae aeternae. Amen.

*Hae ver-
ba multū
profunt in
xta B. Th.*

si penitens sit laicus omittitur verbum suspensionis prout in dicto Rituali de sacramento penitentiae, in quo recensentur omnes formulae absolutionem, quas etiam vide infra lib. 6. fol. 234. & 235.

Nota quòd penitentiarj Episcopales, seu Archiepiscopales, cum regulariter non audiant nisi peccata reservata (quis pro reliquis solent remittere penitentes ad suos confessarios) post absolutionem ab excommunicatione (vt moris est) ad cautelam, debent indefinite dicere tali pacto. Ego te absoluo à peccatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

*Submoniti-
tio.*

D 2. Quia

Quia reuera non absoluitur in tali casu ab omnibus, nec est inconueniens dimidiari absolutionem, sed absurdum foret, si confessio dimidiata fieret; ita scilicet, vt in casu recursus pro casu reseruato, saltem vni confessorio cuncta peccata sacramentaliter non paterentur.

C A P. X X I.

In confessionibus aut frequentioribus, & breuioribus omnimodis potest reseruari, &c. & satis erit dicere Dominus noſter, &c. vt supra, vsque ad illud, P. m. D. o. m. i. n. i. &c.

*Veni-
lis
peccata
sunt mate-
ria sacra-
menti.*

Immo si infirmus, aut grauiter vulneratus post vitam, aut alterum peccatum confessus, amplius inquiri, aut respondere non potest, tunc confessor us statim omnia omnia ita d. cap. 820 te absoluit ab omnibus confessoris & peccatis in nomine Patris, &c. (prout in d. Sto Rituali) quia vnus aut alterum peccatum venialiter peccatum esset confessum, quia venialia peccata etiam sunt materia, & propria sacramenti penitentiae, iuxta doctrinam B. Thomae, & in tali casu absolutio habet effectum super omnibus peccatis, etiam non confessis, & hoc valde notandum est.

C A P. X X I I.

Et si de excommunicatione confessorius sit certus, & facultatem habeat absolue-ndum in foro interiori, absoluit iuxta formam supra praescriptam in absolutione sacramentali.

*FORMA DISPENSANDI SUPER IRREGULARITATE SI
super hac facultas habeatur. Cap. X X I I I.*

Confessorius postquam absoluerit a peccatis addat consequenter. Et eadem auctoritate dispensat eum super irregularitate, vel irregularitatibus (si sine plures) in quam, vel quas ob talem, vel tales causas (eas exprinendo) incurrit, & habitum reddo, & restituo te executioni obnoxius, & officiorum tuorum in nomine Patris, &c. Filij, & Spiritus Sancti. Amen. prout in dicto Rituali, in quo recensentur omnes formulae dispensationum, quas poteris videre in t. 1. 106 fol. 35.

*ABSOLVTIO IN ARTICULO MORTIS PRO HABENTIBUS
bullas, aut confessionales, aut Apostolica priuilegia, prout sunt illi co-
muniter, qui sunt scripti in Societate Corporis Christi, aut Rosa-
ryj, aut Conceptionis, vel Sanctae Monicae, aut alibi, &c. &
item omnes fere Regulares. Cap. X X I V.*

POSTQVAM penitens fuerit absolutus a censuris, & a peccatis, secundum formulam hic superius positam, debet sacerdos in fine habere verba

verba subiungere. Auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli tibi concessa, & mihi commissa concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam possum concedere virtute tuae gratiae, tuarum bullarum, confessionum, vel aliorum privilegiorum, si tamen hac vice morieris; alias, pro alia tibi vel seruo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et hanc formam tradit etiam Nauarrus in suo manuali cap. 16 num. 30. & est etiam doctrina B. Antonini 3. p. tom. 10. cap. 3. §. 5. col. 3. & subdens ait, in articulo mortis multos amittere tales praefatas gratias, quia eorum confessarij eis illas non applicant, & tales gratiae, inquit, debent etiam applicari ijs, qui amiserunt loquelam, & potuerunt confiteri, dummodo ostenderint signa contritionis, possunt enim tales percipere sacram Eucharistiam, & demum extremam unctionem, etiam si fuerint ante grauissimi peccatores, quia alias exponunt eos periculo damnationis aeternae, vnde sunt grauissimi puniendi Parochi, qui talibus ea sacramenta denegant, quamuis non praecesserit confessio sacramentalis ob dictam impotentiam, omnia enim sacramenta faciunt de attrito contritum, si rite tamen sumantur, & conferunt gratiam ex opere operato, vide Concil. Trident. sess. 7. can. 6. 7. & 8.

*Nota pro
offendem
tibus si
grna con-
tritionis
tantum.*

**NOTANDA AB OMNIBVS SACERDOTIBVS
ubique terrarum consistentibus. Cap. XXV.**

Quicumque sacerdos absoluit aliquem (nisi in articulo mortis, eo modo, vt supra) ab aliquo casu existente in Bulla Coenae Domini, est ipso facto excommunicationis, & omne officium legendi, praedicandi, & sacramenta ministrandi est sibi interdictum, & tamen quidquid ager absoluendo, vel alias, nullius est roboris, vel momenti, & haec excommunicationis est reserua Papae in dicta Bulla Coenae Domini secundum aliquos, sed Nauarrus in expositione dictae Bullae tenet oppositum, quod quidem ego hodie facile crediderim, quia hodie in dicto dictae & censurae in dicta bulla apponitur non ante: sed post reseruacionem omnium excommunicationum ibi contentarum: olim vero fortasse non sic, & ob id illi doctores tunc recte senserunt.

*Videat
circa si-
nem Bul-
la.*

1 Sciant confessores, hodie post obitum Romani Pontificis, casus Bullae Coenae Domini adhuc in suo robore, & eodem vigore perseverare, donec nouus processus per nouum Romanum Pontificem formetur, quae quidem res olim non sic erat, sed a tempore Pij V. citra, hoc incipit, & hodie adhuc durat, pro quo vide infra lib. 3. cap. 1. in dicta bulla nu. 17.

2 Nullus confessorum, aut penitentium possunt vllam excusationem, praetendere, aut ignorantiam allegare, si contra dictam Bullam praesumpserint venire, hoc habetur ex ipsa Bulla, quia subdit Papa, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam parenter omnibus publicatur. ibi- dem §. 2. in calce.

*ignorantia non excusat ab excom-
bis.*

3 Omnes confessores, etiam regulares, sub poena diuinae ultionis, ac proinde peccati mortalis, tenentur habere apud se transcriptum Bullae in Coena Domini, atque diligenter, & attentè debent illud legere, nec alter ad con-

Qui non curat ha-

bere Bullam in Coena Domini peccat.

Nota bene. Presbyteri in hac non incidunt.

Quando religiosi non incurrant &c.

In hoc multis peccant.

Contra hoc pluri mi delinquent. In q. de obliis circa finem Nauarr. Con. Tri den. sess. 24 c. 6.

In foro tamen fori posuit

ad confessiones exponendi sunt; & hoc ibidem habetur in dicta Bulla: *etiam* tamen Papa hortatur, non autem præcipit, & tunc non erit mortalis omissio c. prout ego obseruavi.

7 Omnes religiosi præsumentes absoluere excommunicatos à canone, nisi in casibus à iure expressis, aut gratia sedis Apostolicæ concessis, vel excommunicatos à sententijs per statuta prouincialia, vel synodalia sunt ipso facto excommunicati, & absolutio reseruatur Papæ, vt habetur in Clement. de priuileg. capit. religiosi; & D. Anton. 3. part. titul. 24. cap. 54. declarat, & Caietanus in summula in versic. excommunicatio capit. 64. & aduerte, quodd si presbyteri sæculares absoluere à dictis excommunicationibus præter eas, quæ continentur in Bulla Coenæ Domini, non essent excommunicati, quia in dicta Clement. non compræhenduntur (vt ibi aiunt doctores) nisi ipsi religiosi, siue regulares. Veruntamen absolutio esset nulla, & ipsi peccarent mortaliter, & tenerentur pœnitenti hoc notum facere. At verò si presbyteri sæculares absoluere præsumerent de facto à casibus Bullæ in Coena Domini, incidere etiam ipsi in excommunicationem. Religiosi tamen absoluentes ab excommunicatione lata ab homine, non incurrunt in excommunicationem, sed peccant mortaliter tantum.

6 Spatulæ non sunt deuandæ viris absoluendis ab excommunicatione, quando ipsi consententur peccata sua in loco publico aut quando occurrat alius respectus consideratione dignus, quia nullo hoc inuenitur iure expressum.

7 Cauere debent confessarij, ne quempiam absoluant à peccatis, & postea à excommunicatione; immo semper ad cautelam debet præcedere absolutio ab excommunicatione minore, & ab alia, si, & in quantum possunt. Pro quo vide doctores in locis suis, & Diuum Thomam in 4. sentent. distin. 19. quæst. prima quæstiuicula 2. in responsione ad secundum, vbi dicit, quandiu quis est excommunicatus, non potest recipere aliquod ecclesiæ sacramentum, & absolutio ab excommunicatione debet præcedere absolutionem à peccatis.

8 Cauere debent etiam confessarij, ne in absolutione dicant, Absolutus te à peccatis contritis, &c. Quia, cum sæpe de attrito quis fiat contritus virtute clauium, contingeret pœnitentem remitti in absolutum, si diceretur, absolutus te à peccatis contritis, vt ait Ioan. Medina tract. 2. de pœnit. & idcirco Gab. Biel. in quartum sent. dist. 14 q. 2. articulo primo circa finem, reprehendit hanc particulam tamquam valde periculofam, & item Nauarr. in suo Manu. cap. 26. numero 11. circa finem, & alij theologi in quartum sent. hoc mirum in modum carpunt, & Cancellarius 2. p. fol. 184. col. 1. & idem Nauarrus de pœnit. dist. 6 c. 1. in prin. nu. 27. & 31.

9 Nosse debent omnes confessarij, Episcopos hoc esse posse absoluere ab omni excommunicatione, & ab omnibus casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, in foro tamen conscientie tantum: Non tamen possunt villo modo absoluere à casibus contentis in Bulla Coenæ Domini, propter magnas obstantias, quas ponit Bulla in fine. Quare quod in fine cap 6. sess. 24 dicitur, Episcopos in hæc res crimine posse per se ipsos, non autem per vicarios absoluere, non habet amplius locum propter dictam Bullam, prout etiam

ut etiam ad notauit Franciscus à Toledo: & ratio est, quia Bulla in Coena Domini non solum est pagina excommunicationis, & extensionis, sed etiã reuocationis, & innouationis, prout ibi in calce dicit Papa. At in dicta Bulla fit mentio de reuocatione cuiusuis Concilij generalis, quod illos pro cessus ibi contentos, igitur, &c. & Pius V. super addidit illam particulam. Pro hac re vide etiam infra lib. 3. cap. 24.

10 Debent item non ignorare, quod, quamuis aliqui immo plurimi, non sint excommunicati nominatim (propter quod, non euitantur, propter extrauag. attributam Martino V. in Concilio Constantensi, quæ incipit, Ad euitandum &c.) tamen non possunt tales participare in diuinis, & peccant semper mortaliter, quoties audiunt Missam, vel interferunt diuinis officijs, aut adsunt eum alijs in publicis Rogationibus, aut assant benedictioni mensæ cum alijs, aut huiusmodi, & innumeri errant in hoc: Quia ipsa constitutio in dicto concilio non fuit facta in reuelamen excommunicatorum, sed ad consulendum timoratis conscientijs, vt ibi in calce dicitur. Itaque non requiritur aliqua publicatio, quantum ad poenas, & præsertim spirituales, quas excommunicati ipso facto incurrunt. Pro quo vide Nauarr. in Manual. capiti. lo. 17. numero. 35. not. 2 & de pœnitent. distinctio. 6. capitulo. 1. labore. in epilogo in fine. Vide etiam Felyn. in cap. Rodulphus. de rescrip.

Quo circa tenentur confessarij consuetes ad se pœnitentes de hoc admonere, si intellexerint, eos in aliquam excommunicationem incurrisse, hoc enim dicimus quia in hoc plurimi in animarum suarum perniciem magno pererrant non interrogantes de huiusmodi peccatis, nec de eorum numero.

11 Insuper scire decet, quod quamuis aliquando nonnulli facultates habeant à Papa, vt semel in vita, & semel in articulo mortis valeant ab omnibus casibus absoluti, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, non tamen poterunt earum vigore à casibus contentis in Bullæ Coenæ Domini absoluti, nisi de ea specialis, & expressa mentio habeatur, quod quidem ferè numquam facere consuevit Papa, nisi in Iubileis sollempnibus, qui rarissime à sanctitate sua emanantur, per Indulgentias aut. in septennēs, aut maiores, sæpe dari solitas numquam ferè à casibus reservatis absolutio concedi solet, qua in re plurimi etiam labuntur, pro hac re, videas etiam lib. 3. c. 2. per totum.

12 Sciant etiam nullum vniquam peccatum mortale mentale tantum, quantumcumque graue, & enorme esse reservatum, neque Papæ, neque Episcopis, & proinde omnes confessarij approbati poterunt ab eis semper absoluerè pœnitentes, imposita tamen salutari pœnitentiã. In articulo autem mortis, quando tamen confessarij approbati copia deest pœnitenti, & periculum est in mora, sciant omnes sacerdotes se absoluedi potestatem pro tunc habere, cum auctoritate etiam absoluedi à casibus contentis in Bulla Coenæ Domini ne dum ab alijs, si illis irretitus esset dictus pœnitens seruatis tamen ijs, quæ superius dicta sunt, & temporis angustia id patiatur alias non sed si superuiuat, implentur poenæ, quæ alias de iure seruanda erant, sancta enim Dei Ecclesia dicitur, & est pia mater. Vide cap. eos de sent. excom. lib. 6.

13 Curent item et infirmi, qui non sunt confessus est, & loquelam amittit.

*Episcopi
absolue
re solent,
& inquisi
tores.*

*Mar. V.
inconc.
const.*

*Innume
ri errant
in hoc.*

*Nota de
no,*

*Indulge
septennēs.*

*Cœ. Tri.
sep. 14. 5.
7. circa
finem.*

*Oppositū
sensit An
gelica,
sed male*

Abultf.

*Quando
is arti-
culus
mortis.*

*Hic erit
infirmit.*

*Soti or-
ror.*

amisse, interrogent de peccatis in speciali, & per nuntios, & signa faciant sibi responderi, & sic eum absoluant, alias non possunt eum absolueri, si solum se peccatorem in generali per nuntios, & signa responderet. Pro quo vide Do. Soto in 4. sententia. dist. 18. q. 2. art. 6. in primo membro, & quinto, concordat Nauarr. cap. 26. num. 27. & subdit, quod sacerdos sic absolvens, peccat mortaliter Idem sentit Diuus Thomas in 4. sententia. dist. 17. q. 3. art. 4. in resp. ad 3. q. quoniam (inquit) confessio secundum quod est pars sacramenti, habet determinatum actum: sicut, & alia sacramenta habent determinatam materiam: eiusdem sententia: est etiam insignis theologus Abulensis super Matt. 16 q. 49. in floribus. & Franciscus Auistoria in summa sacramentorum dicit id hodie esse de fide tenendum propter Sacrum Concilium Tridentinum.

14 Sciunt etiam, quod tunc est articulus mortis, quando periculum est in mora, alias non. Quocirca infirmus, qui non est in tali periculo constitutus, ut de eo timeatur, nequaquam potuit à casibus Papæ, aut Episcopi reservatis absolui, nisi specialem super hac re habeat facultatem ipse confessorius, vel ægrotus,

15 Sciunt præterea, quod per Iubileæ quæcumque nunquam aliquis consequitur auctoritatem, ut possit dispensari super aliqua quomodocumque irregularitate contracta. Et ratio est, quia bulla Iubileæ concedit auctoritatem tantummodo super censuris, irregularitas autem non dicitur censura, extra de verborum significat. capit. Quærenti, est tamen impedimentum canonicum. Item irregularitas non absoluitur, sed dispensatur, & concordat Nauarrus, stylus Rom. Curie, cum communi doctrina, & ideo deceptus est, Soto in 4. sententia dist. 22. q. 3. art. 1. dicens nomine censuræ in Bullis Cruciatæ intelligi quasdam irregularitates.

16 Nolle adhuc debent, quod infirmis in periculo mortis constitutis pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen illis imponenda est quantitas penitentia: Sed innotescenda erant iuxta modum à sacerdote imponendum, 26. q. 7. cap. Ab infirmis.

17 Pro peccato oculo quantumcumque graui, nunquam est imponenda penitentia manifesta, ut habetur in cap. Quæsitum. De penit. & remiss. & ibi per Abb. & doct. & acriter sunt increpandi, qui oppositum faciunt.

18 Debent etiam hoc penitus non ignorare, quod nedum illi, qui imponunt collectas, decimas, tales, præstantias, & alia onera clericis, & ecclesiasticis personis, ac eorum bonis, & huiusmodi, sunt ipso facto excommunicati excommunicatione contenta in Bulla. Coenæ Domini, sed etiam, qui exquisitis modis exigunt, aut à sponte etiam dantibus, & concedentibus recipiunt, sunt eadem excommunicatione innodati, & cum eis pariter, qui directè, vel indirectè, palam, vel occulte, per se, vel per alium, votum, vel suffragium ad hoc præstant, & demum procurantes prædicta, vel exequentes vel in eis consilium, auxilium, vel fauorem dantes.

Vbi nota, quod quantum ad prædicta, videtur in suo robore permanere cap. clericis laicos, de imm. eccles. in sex. Quamuis, quantum ad alia, fuerit reuocatum, ut patet in Clement. vnica eo. tit. & per extranag. Benedicti XL eodem tit.

Aduertant ergo confessorij, quod etiam recipientes à sponte dantibus,

(vt

*Ut patet
in Bulla
Coenæ Do-
mini.*

*Hoc pau-
ci aduer-
tunt.*

¶ *pro praefertur*) incidunt in excommunicationem praedictam.

19. Sciunt etiam eadem excommunicatione esse inuolutos, qui iurisdictiones, fructus, redditus, & preuentus ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum pertinentes usurpant, vel surripiunt, seu quauis occasione, vel causa, sine licentia Papae sequestrant.

20. Confessarij debent pro magnis, aut multis criminibus, quibus poenitentes irretitos compererint, vltra alia remedia contra reciduum, hoc etiam, tamquam singulare adhibere, nempe, vt semel in mense confiteantur peccata sua, & si fieri possit sacram percipiant Eucharistiam, & hoc per spatium vnus anni, aut sex mensium, vt inde assueti his sacris rebus, ex se ipsis perseverent in eis. Et quamuis regulariter debeant in omnibus esse mitis erga poenitentes, tamen in blasphemiae reos seueri esse debent; abique enim grauissima poenitentia seueri confessoris arbitrio iniuncta absolui non possunt, iuxta Concilium Lateranens. vlt. sess. 9. vide Bullarium pag. 113. quandoquidem tenemur eosdem corripere, etiam si non speretur emendatio: si tamen id citra periculum nostri fieri possit: & hoc est peculiare in hoc peccato. Vide etiam seuerum scilicet sanctum edictum in Bullario, pag. 178.

21. Itidem confessarij sciant non esse bonum reprehendere poenitentes nisi in fine totius audite confessionis, quo tempore infundant vinum, & oleum super vulneribus sauciati, vt habetur in Euangelio: & de poenitentijs, remiss. cap. omnis vtriusque. Postea vero debent eos consolari.

22. Nouerint etiam (pro vt Diuus Anto. 2. par. tit. 2. cap. vlt. & Angelica in ver. restituito, & alij referunt) quod non sufficit confessorio querere a poenitente, an teneatur ad restitutionem alicuius debiti, aut male ablati, sed vltius perquirere debet, an alias fuerit ei iniunctum, vt restitueret, & comperto quod hunc nunquam antea adimpleuerit, sed quod semper distulerit, non est vilo modo absolendus, nisi prius cum effectu restituat. vel saltem cautionem fideiussoriam, aut pignoratitiam de restituendo (sine manifestatione tamen peccati) intra certum tempus sibi praesigendum prestiterit. Nam haec restitutio non subiacet arbitrio sacerdotis, neque circa eam potest aliquid ipse taxare, vel moderari. Immo damnata, & interesse restituere debet poenitens, vt aiunt theologi in quartum sent. dist. 15. Quocirca in hac re seipos decipiunt cum animarum suarum periculo non modo. Nam aliud est taxare, & moderari satisfactiones; & aliud restitutiones.

23. Hoc attendere debent confessarij, vt semper eas poenitentias imponant, quas, verisimiliter credant poenitentes debere implere, ne ipsas violando deterius eis contingat. Quare commonendi sunt poenitentes, ne has, aut illas poenitentias acceptent, nisi eas firmiter pro viribus se implenturos proponant, & infinetur eis, quod illa poenitentia, quae imponitur, regulariter non est sufficiens pro expiandis poenis praecedentium delictorum, & quod od grauissime in purgatorio soluent omnia, nisi in hac vita per seipos plenè diuinæ iustitiae satisfecerint.

24. Exponere etiam debent poenitentibus, quod olim regulariter cullebet peccato mortali septemnis poenit. a sanctis patribus, diuino instinctu regulatis, iniungebatur, vt habetur 22. quest. prima praedicandum, in glossa & 33. q. 2. Hoc ipsum, s. sequenti. Pro quo vide supra c. 3. & c. 4. pag. 10. & 26.

*Vinum
hac ser-
uaret co-
fessores.
Hic idē
inquit
ihsimili-
bus; vt
inconcu-
bi. Eccl.
causit
in hoc
multi.*

*Notabi-
le dist.*

*Olim se-
ptennis pe-
nit. erat*

24 Laborare plurimum in hoc debent confessarij vt pœnitentibus eorum
 trariam peccatis medicinam imponant, pura luxurioso condempniam, & pro
 ea retinenda venent transiunt per aliqua loca inhonestâ, imponant ieiunia,
 aut disciplina, aut alias carnis macerationes. Auaris iniungant elemosy-
 nas, & eas nullo modo ipsi recipiant, sed per ipsosmet deferri ad aliquem
 pium locum faciant, ve e medio omnis mali suspicio tollatur. Superbis au-
 tem imponant aliqua opera humilitatis: poenæ enim medicinz quædam
 sunt, & medicinaram ea natura est, vt per contraria fiant, vt secund. Eth. di-
 citur, & consonat B. Gregor. in homilia vnius martyris. Bonum item erit, vt
 confessarij exponant pœnitentibus, quodd, si pœnitentias impositas aliqua
 die ex negligentia, vel ex obliuione omiserint, possint alia die supplere, &
 (vt D. Thom & Petr. de Pal. & Ricard. & alij Theologi aiunt) satisfactio
 imponenda potius esse debet remedium præteruatiuum à reciduatione,
 quam expiatio præteritorum delictorum.

**Confessa-
 rij non
 possunt
 dispensa-
 re eleemo-
 nas peni-
 Notula
 utilissi-
 ma.**

**Subman-
 tio opti-
 ma.**

**Gravissi-
 me pecca-
 tur in
 hoc.**

**Cognitio
 status ho-
 minum &
 necessa-
 ria.**

**Impu-
 dentes se
 pe delin-
 quant in
 hoc.**

**Notã dñi
 super Re-
 gu. prin.**

25 Supra modum autem cauere debent sacerdotes, vt neminem absol-
 uant, qui prius læsam proximi famam non restituerit. Non enim magis offen-
 ditur Deus, & proximus in subtrahenda re aliena, in lædenda fama quocum-
 que modo, & in quocumque loco. Qua quidem in re solent sæpe delicere,
 tam consistentes, quam confessarij, & quidem in animarum suarum pericu-
 lum non modicum.

27 Illi confessarij, qui passim, & indifferentem sacras audiunt confessio-
 nes, debent singulorum peccata peculiaria non ignorare. Alio enim modo
 princeps, alio verò modo iudex, mercator, datarius, & tutor peccare con-
 sueuerunt. Quo circa assidue libellos ad hanc rem plurimum facientes, le-
 gere quam diligentissime debent.

28 Nouerint confessarij quò quando agitur de peccato, an sit mortale
 aut veniale, tunc in dubio debent tam confessor, quam pœnitens eligere
 tutiorem viam: sed si agatur, an sit obligatus pœnitens aliquid facere, vel da-
 re, vel poenam pati, tunc confessor eligere debet opinionem benigniorem.

29 Multa alia ad hoc munus obeundum scire debent sacerdotes, quæ
 ex alicuius optimi Summiſtæ doctrina facile ediscent. At verò casus excom-
 municationum, & ite casus restitutioni obnoxios debent memoriæ omnino
 commendare, præter alia, quæ superius insinuata sunt.

30 Item caueant, ne quemquam à se dimittant sine manus impositio-
 ne; nam, & si eum nequeant absoluerè, tamen, ne hoc alij innotescat, de-
 bent ei dicere, quodd, propter circumstantes cum. eleuatione manus dicent
 super eum aliquam orationem sine absolutione, & ita pœnitens non rece-
 det confusus, sed consolatus. Et hoc est valde aduertendum, si tamen alias
 confueuerint passim manus omnibus imponere, vt est mos in Italia, & oppo-
 situm facientes, non excusantur.

31 Deum sciant, quodd, si quando ex concessã sibi facultate aliquem
 ab excommunicatione absoluerint, aut super irregularitate contracta cum
 illo dispensauerint, debeant eum admonere, ne propter hoc retineat officium
 aut beneficium, si ipsi excommunicationi annexa sit poena priuationis ipso
 facto, aut etiam inhabilitationis, quia hodie pluribus censuris. super additur
 prædicta poena. Quocirca ei opus erit Apostolica dispensatione super ea li
 rehabilitatione. Immo nec ipsi Superiores Regularium poterunt tales inha-
 bilitatos à Papa vigore suorum privilegiorum rehabilitare etiam in foro

con-

conscientie, quia per potestatem dispensandi non consequitur quis auctoritatem rehabilitandi, cum sint actus differentes, & hæc etiam dixit mihi orerenus Nauarrus. Pro quo, vide Felya. cap. ult. de off. iud. ordin. & cap. Cum inferior. de maior. & obed.

*Numer.
Felyas.*

BREVE INTERROGATORIUM AD COMMODITATEM Confessorum, desumptum ex Angelo de Clouasio, ex Laur. Petio, ex Nauarro, ex Martino de Frias, & alijs sed cum citatione Canonum, sacri Conc. Trident. & quibusdam declarationibus: a abibitis quibusdam locis, & cum citationibus extrauog. Rom. Pons. quatenus necesse sit.

Vbi singulorum peculiaria crimina tanguntur, reliqua vero, eorundem Confessorum prudentia iuxta personarum qualitatem relinquuntur, & primo.

A dominis temporalibus, & principibus hæc interroganda sunt. Cap. X X V I.

Si suum dominum, vel dignitatem iniusto sibi acquisiuit titulos, quia mortaliter peccauit, & semper in mortali versatur, quousque iustum acquirat titulum.

*De pan.
disti. 5.
falsas.*

Si neglexerit facere iustitiam, vt. sibi acquireret amicos, vt ex hoc in dominio, vel dignitate securius manere possit, mortaliter peccauit, & lætis satisfacere tenetur.

Si aliquos fecit iniustitiam, multo magis tenetur ad restitutionem, & ad resarciendum damnum læso.

Si Pontifici Romano, & alijs ecclesie prelati, vel dominis temporalibus ipse inobediens fuit: & eorum ammonitiones parui pendit, & contempnit, mortaliter peccauit.

*Hæc intelligenda
superioribus.*

Si circa honores nimium ambitiosus fuit, & pro consequenda potentia, & honorificentia, paratus fuit facere quodcunque malum, mortaliter peccauit, & toties, quoties in tali fuit opinione.

14 q. 6.

Si suos subditos in raleis, & exactionibus nimium grauauit, quia ultra mortale, satisfacere tenetur. Quando vero sint excommunicati, vide c. 27.

Si res.

Si contra iustitiam, collectas imponit, quia ultra mortale, satisfacere tenetur.

Vt 18.

Si publica vendidit officia cum subditorum suorum grauamine, mortaliter peccauit, & damna sibi imputauit, secundum Thom.

dist.

Si subditos volentes domicilium transferre spoliauit, quia de necessitate secundum canonistas, satisfacere tenetur.

Thomas.

Si bona decedentium sine filijs ipse usurpauit vel testari tales prohibuit, tenetur restituere nisi talem in locis suis habuisset iurisdictionem legitimam.

o. de rato 18. arg. s. quæst. r. ad 1. quæst. in responsione ad primum.
ro. de sti. Secundo, ut iuxta facultates tuas sufficientem iæsis præferendam
exco. & si non potest satisfactoriam, aut pignoratitiam pro tuac, præferat saltem
e ex par. iuratoriã cautionem, ut aiunt doctores.

de verb. Tertio, ut facias cum promittere, ne de cetero contra illum Canonem ve
fig. e. so- niat, contra quem faciendo incurrit in censuram illam.
lit desct. Quarto, ut absolvas eum aliquo plalmo pænitentiali, & alijs æquissis, ut
ex. in 6. supra, & si fuerit vir, debet virga, aut corrigia, aut lunc leuiter verberari,
 non autem mulier.

23. q. 8. Quinto si talis excommunicatio, qua iste ligatus est erit contenta in Bul
peffimã. la Cenzæ Domini; & propter mortis articulum possis eum absoluerè, debes
Nauas. ultra prædictã sufficientem cautionem exigere de illando S. R. E. mandato,
29. & An si superuixerit, quamprimum commode poterit, sub poena tei acide nã in
30 n. 3. p. eandem censuram, ut habetur in cap. eos, quæ de cenz. excomm. lib. 6. & hæc
tit. 1. 24. (quantum ad priorem præsentem) elicuitur ipsa Bulla in Cona Domini,
ca. 77. ubi sic ait Papa:

Sumoni- Et à quibus quidem sententijs nullus per alium, quam per Rom. Pontif.
tio. in articulo mortis contritus, absolui possit. Nec etiam tunc, nisi destando.
 S. R. E. mandatis, & satisfaciendo sufficienti cautione præstita &c. Non ob
 stantibus quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apottolicis ge
 neralibus, vel specialibus, &c. Hæc autem sufficiens cautio (ut aiunt docto
 res) debet esse, aut pignoratitia, quæ sit cum securitate pignorum de satisfã
 ciendo, aut fideiussoria, aut denique iuratoriã, si absolvendus sit omnino pau
 per. Pro quibus vide gloss. in cap. vestra, extra de don. inter virum, &xor
 & in cap. Odôrdus de solutionibus, & Raymundum in summula tract. 13.
 in fi. & Caietanum in summula, & alios Summistas, & gloss. in cap. ex par
 te de verborum sign. & Antonin. 3. p. tit. 24. ca. 77.

ABSOLVTIO AB EXCOMMVNICATIONE MAIORE.

Cap. X I X.

Mulier
percuti-
tur.

P Ræmissis omnibus, ut supra, gonuffexo pænitente, dicat sacerdos si
 per eum, miserere mei, vel alium psalmum pænitentiam totum: &
 denudatis eius humeris, si visum fuerit expedire (nisi sit mulier, quæ
 non percutitur) det ei ictum unum leuiter percutiundo ad quemlibet ver
 sum. Postea dicatur Kyrie eleison, Christe eleison Kyrie eleison, Pater nos
 ter. *Ps.* Saluum fac seruum tuum. *R.* Deus meus sperantem in te. *Ps.* Nihil pro
 ficiat inimicus in eo. *R.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Ps.* Esto
 ei domine turris fortitudinis. *R.* A facie inimici. *Ps.* Domine exaudi oratio
 nem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum
 spiritu tuo. *Oremus.* *Oratio.*

D EUS, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem
 nostram, (vel meam) vel hunc famulum tuum, quem excommu
 nicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum
 Dominum nostrum. Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, &
 ego autoritate ipsius, & Sanctissimi Domini Nostri Papæ *Reuerendi*
 simi

Sancti Episcopi N. vel talis superioris mihi commissa, absolvo te à vinculo excommunicationis in quam incurristi, vel incurrisse declaratus es, propter tale factum, vel causam, &c. & restituo te communioni, & unitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesie. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & alias prout in Rituali Romano de Sacramento penitentiae.

Nota quòd si excommunicatio non sit certa, & proinde ad cautelam si absolutio contingat, non sunt seruandae praedictae solemnitates, siue circumstantiae. Item pro communi, vel offensa dubia sufficit dari cautionem iuratoriam, vt aiunt doctores, etiam si dari possit fidei iussoria. & demum scito, quòd in articulo mortis constitutus à quorumque casu excommunicationis absoluitur, si in superuixerit, necesse est eum adire superiorem illum à quo alias de iure fuerat absoluentus, prout elicitor ex dicto cap. eos qui, de sententia excomm. lib. 6. & ex ipsa extr. Benedicti Papae XI. de priuilegijs, quae incipit, Inter candelas, & quidem non pro absoluteione debet accedere, sed vt pareat eius mandato, acceptando penitentiam, aut huiusmodi.

Submissio.

ABSOLVTIO COMMVNITER OBSERVANDA IN CONFessione Sacramentali. Cap. XX.

Miserere tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducas te ad vitam aeternam. Amen.

DEINDE DEXTERA MANU VERSVS PENITENTEM elenata dicit.

Indulgentiam, absolutioem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Domine Noster Iesus Christus te absoluat, & Ego auctoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quantum possum, & tu indiges, deinde Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Passio Domini Nostri Iesu Christi, merita Beatae Mariae Virginis, & omnium sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustuleris sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum grae, & premium vitae aeternae. Amen.

Hec verba multis pro sunt in xta B. Th.

si penitens sit laicus omittitur verbum suspensionis prout in dicto Rituali de sacramento penitentiae, in quo recensentur omnes formulae absoluteionem, quas etiam vide infra lib. 6. fol. 334. & 335.

Nota quòd penitentiarj Episcopales, seu Archiepiscopales, eum regulariter non audiant nisi peccata referuata (quis pro reliquis solent remittere penitentes ad suos confessarios) post absoluteionem ab excommunicatione (vt moris est) ad cautelam, debent indefinite dicere tali pacto. Ego te absoluo à peccatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Submissio.

D a. Quia

Quia reuera non abfoluuntur tali cafu ab omnibus, nec est inconueniens dimidiari abfoluionem, fed absurdum foret, fi confeffio dimidiata fieret, ita feruice, vt in cafu recurfus pro cafu refervato, faltem vni confeffario cuncta peccata facramentaliter non paterent.

C A P. X X I.

In confeffionibus aut frequentioribus & brevioribus omnimoda potelt miferetur, &c. & fanerit dicere Dominus nofter, &c. vt fupra, vique ad illud, P. m. Domini, &c.

Veniilia
peccata
funt mate
ria sacra
menti.

Immo fi infirmus, aut grauiter vulneratus post vitam, aut alterum peccatum confeffus, amplius inquit, aut respondere non poffet, tunc confeffarius flatim omiffis omnibus ita dicit, Beo te abfoluo ab omnibus confeffis & peccatis in nomine Patris, &c. (prout in d. d. Rituali) quamuis vnum aut alterum peccatum vocaliter pronatum effet confeffum; quia vniuerfa peccata etiam funt materia, & propria facramenti penitentiae, iuxta doctrinam B. Thomae, & in tali cafu abfolutio habet effectum fuper omnibus peccatis, etiam non confeffis, & hoc valde notandum eit.

C A P. X X I I.

Et fi de excommunicatione confeffarius fit certus, & facultatem habeat abfoluend. in foro interiori, abfoluat iuxta formam fupra praefcriptam in abfoluione facramentali.

FORMA DISPENSANDI SUPER IRREGULARITATE SI
super hac facultas habeatur. Cap. X X I I I.

Confeffarius poftquam abfoluerit a peccatis addat confequenter. Et eadem auctoritate difpono tecum fuper irregularitate, vel irregularitatibus (fi fine plures) in quibus, vel quas ob talem, vel tales caufas (eas exprinendo) incurritis, & habitum reddo, & refitudo te excufioni omnimoda, & officio tuo, tum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen, prout in dicto Rituali, in quo recenfentur omnes formulae difpenfationum, quas poteris videre in tr. l. 66 fol. 35.

ABSOLVTIO IN ARTIculo MORTIS PRO HABENTIBUS
bullas, aut confeffionales, nam Apoftolica priuilegia, prout funt illi communitate, qui funt fcripti in Societate Corporis Chrifti, aut Regulae, aut Conceptionis, vel Sanctae Monicae, aut alibi, &c. &c. item omnes fere Regulares. Cap. X X I V.

POSTquam penitens fuerit abfolutus a cafualis, & a peccatis, fecundum formulam hanc fuperius poftam, debet facerdos in fide haec verba

AB EXCOMM. NOTANDA.

verba subiungere. Auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli tibi concessa, & mihi commissa concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam possum concedere virtute tuae gratiae, tuarum bullarum, confessionalium, vel aliorum privilegiorum, si tamen hac vice morieris; alias, pro alia tibi vice reseruo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et haec formam tradit etiam Nauarrus in suo manuali cap. 26 num. 30. & est etiam doctrina B. Antonini 3. p. tom. 10. cap. 3. §. 5. col. 3. & subdens ait, in articulo mortis non applicant, & tales gratias, inquit, debent etiam applicari ijs, qui amiserunt loquelam, & potuerunt confiteri, dummodo ostenderint signa contritionis, possunt enim tales percipere sacram Eucharistiam, & demum extremam unctionem, etiam si fuerint ante grauissimi peccatores, quia alijs exponunt eos periculo damnationis aeternae; unde sunt grauissime puniendi Parochi, qui talibus ea sacramenta denegant, quamuis non praecesserit confessio sacramentalis ob dictam impotentiam; omnia enim sacramenta faciunt de attrito contritum, si rite tamen sumantur, & conferunt gratiam ex opere operato, vide Concil. Trident. sess. 7. can. 6. 7. & 8.

Nota pro ostendem tibus signa contritionis tantum.

NOTANDA AB OMNIBVS SACERDOTIBVS ubique terrarum consistentium. Cap. XXV.

Quicumque sacerdos absoluit aliquem (nisi in articulo mortis, eo modo, ut supra) ab aliquo casu existente in Bulla Coenae Domini, est ipso facto excommunicationis, & omne officium legendi, praedicandi, & sacramenta ministrandi est sibi interdictum, & tamen quid aget absolvens, vel alias, nullius est roboris, vel momenti, & haec excommunicatio est reservata Papae in dicta Bulla Coenae Domini secundum aliquos, sed Nauarrus in expositione dictae Bullae tenet oppositum, quod quidem ego hodie facile crediderim, quia hodie instrictio dictae censurae in dicta bulla apponitur non ante: sed post reservationem omnium excommunicationum ibi contentarum: olim vero fortasse non sic, & ob id illi doctores tunc recte seu serunt.

Videas circa finem Bullae.

3 Sciant confessores, hodie post obitum Romani Pontificis, casus Bullae Coenae Domini adhuc in suo robore, & eodem vigore perseverare, donec novus processus per novum Romanum Pontificem formetur, quae quidem res olim non sic erat, sed a tempore Pij V. citra, hoc incipit, & hodie adhuc durat, pro quo vide infra lib. 3. cap. 1. in dicta bulla nu. 17.

3 Nullus confessorum, aut penitentium possunt ullam excusationem praetendere, aut ignorantiam allegare, si contra dictam Bullam praesumpserint venire, hoc habetur ex ipsa Bulla, quia subdit Papa, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam parenter omnibus publicatur. ibidem §. 1. in calce.

ignorantia non excusat ab excom.

4 Omnes confessores, etiam regulares, sub poena divinae ultionis, ac proinde peccati mortalis, tenentur habere apud se transcriptam Bullam in Coena Domini, atque diligenter, & attentè debent illud legere, nec aliter ad con-

bis. Qui non curat ha



Bere Bullam in Cœna Domini peccat.

Nota bene.

Presbyteri in hac non incidunt.

Quando religiosi non incurrant &c.

ad confessiones exponendi sunt; & hoc ibidem habetur in dicta Bulla: curati verò tenentur dictam Bullam populo nunciare sub eadem poena. Aliquando tamen Papa hortatur, non autem præcipit, & tunc non erit mortalis commissio c. prout ego obseruati.

5 Omnes religiosi præsumentes absoluerè excommunicatos à canone, nisi in casibus à iure expressis, aut gratia sedis Apostolicæ concessis, vel excommunicatos à sententijs per statuta prouincialia, vel Synodalia sunt ipso facto excommunicati, & absolutio reseruatur Papæ, vt habetur in Clement. de priuileg. capit. religiosi; & D. Anton. 3. part. titul. 24. cap. 54. declarat, & Caietanus in summula in versic. excommunicatio capit. 64. & aduerte, quòd si presbyteri sæculares absoluerent à dictis excommunicationibus præter eas, quæ continentur in Bulla Cœnæ Domini, non essent excommunicati, quia in dicta Clement. non comprehenduntur (vt ibi aiunt doctores) nisi ipsi religiosi, siue regulares. Veruntamen absolutio esset nulla, & ipsi peccarent mortaliter, & tenerentur pœnitenti hoc notum facere. At verò si presbyteri sæculares absoluerè præsumerent de facto à casibus Bullæ in Cœna Domini, incidere etiam ipsi in excommunicationem. Religiosi tamen absoluentes ab excommunicatione lata ab homine, non incurrunnt in excommunicationem, sed peccant mortaliter tantum.

6 Spatulæ non sunt deuandandæ viris absoluendis ab excommunicatione, quando ipsi confitentur peccata sua in loco publico aut quando occurrit alius respectus consideratione dignus, quia nullo hoc inuenitur iure expressum.

7 Cauere debent confessarij, ne quempiam absoluant à peccatis, & postea ab excommunicatione; immo semper ad cautelam debet præcedere absolutio ab excommunicatione minore, & ab alia, si, & in quantum possunt. Pro quo vide doctores in locis suis, & Dium Thomam in 4. sentent. distin. 19. quæst. prima quæstiunculæ 2. in responsione ad secundum, vbi dicit, quandiu quis est excommunicatus, non potest recipere aliquod ecclesiæ sacramentum, & absolutio ab excommunicatione debet præcedere ab solutionem à peccatis.

8 Cauere debent etiam confessarij, ne in absolutione dicant, Absoluite à peccatis contritis, &c. Quia, cum sæpe de attrito quis fiat contritus virtute clauium, contingeret pœnitentem remitti in absolutum, si diceretur, absoluite te à peccatis contritis, vt ait Ioan. Medina tract. 2. de pœnit. & idcirco Gab. Biel. in quartum sent. dist. 14. q. 2. articulo primo circa finem, reprehendit hanc particulam tamquam valde periculosam, & item Nauarr. in suo Manu. cap. 26. numero 11. circa finem, & alij theologi in quartum sent. hoc mirum in modum carpunt, & Cancellarius 2. p. fol. 184. col. 1. & idem Nauarrus de pœnit. dist. 6. c. 1. in prin. nu. 27. & 31.

9 Nosse debent omnes confessarij, Episcopos hodie posse absoluerè ab omni excommunicatione, & ab omnibus casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, in foro tamen conscientiarum tantum: Non tamen possunt villo modo absoluerè à casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini, propter magnas obstantias, quas ponit Bulla in fine. Quare quod in fine cap. 6. Sess. 24. dicitur, Episcopos in hæresis crimine posse per se ipsos, non autem per

vicarios absoluerè, non habet amplius locum propter dictam Bullam, prout etiam

In hoc multipeccant.

Contra hoc pluri mi delinquant.

In q. de obliis circa finem Nauar.

Con. Tri den. sess. 24. c. 6.

In foro tamen fori positus

ut etiam ad notavit Franciscus à Toledo: & ratio est, quia Bulla in Coena Domini non solum est pagina excommunicationis, & extensionis, sed etiam reuocationis, & innouationis, prout ibi in calce dicit Papa. At in dicta Bulla fit mentio de reuocatione cuiusvis Concilij generalis. quod illos processus ibi contentos, igitur, &c. & Pius V. super addidit illam particulam. Pro hac re vide etiam infra lib. 3. cap. 2.

*Episcopi
absolue
re solent,
& inquisi-
toris.*

10 Debent item non ignorare, quod, quamuis aliqui immo plurimi, non sunt excommunicati nominatim (propter quod, non euitantur, propter extrauag. attributam Martino V. in Concilio Constantiensi, quæ incipit, Ad euitandum &c. tamen non possunt tales participare in diuinis, & peccant semper mortaliter, quoties audiunt Missam, vel interfunt diuinis officijs, aut adsunt eum alijs in publicis Rogationibus, aut assistant benedictioni mensæ cum alijs, aut huiusmodi, & innumeri errant in hoc: Quia ipsa constitutio in dicto concilio non fuit facta in reuelamen excommunicatorum, sed ad consulendum timoratis conscientijs, vt ibi in calce dicitur. Itaque non requiritur aliqua publicatio, quantum ad poenas, & præsertim spirituales, quas excommunicati ipso facto incurrun, Pro quo vide Nauarr. in Manuali. capitulo. 27. numero. 35. not. 2 & de pœnitent. distinctio. 6. capitulo. 1. laboret. in epilogo in fine. Vide etiam Felyn. in cap. Rodolphus. de rescrip.

*Mar. V.
inconc.
const.*

*Innume-
ri errant
in hoc.*

Quo circa tenentur confessarij consuantes ad se pœnitentes. de hoc admonere, si intellexerint, eos in aliquam excommunicationem incurrisse, hoc enim dicimus quia in hoc plurimi in animarum suarum perniciem magno opere errant non interrogantes de huiusmodi peccatis, nec de eorum numero.

11 Insuper scire decet, quod quamuis aliquando nonnulli facultates habeant à Papa, vt semel in vita, & semel in articulo mortis valeant ab omnibus casibus absolui, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, non tamen poterunt earum vigore à casibus contentis in Bullæ Coenæ Domini absolui, nisi de ea specialis, & expressa mentio habeatur, quod quidem ferè numquam facere consuevit Papa, nisi in Iubileis sollempnibus, qui rarissime à sanctitate sua emanantur, per Indulgentias aut. m. septennes, aut maiores, sæpe dari solitas numquam ferè à casibus reservatis absolutio concedi solet, qua in re plurimi etiam labuntur, pro hac re, videas etiam lib. 3. c. 2. per totum.

*Nota be-
ne,*

*Indulg.
septennis.*

12 Sciant etiam nullum vnquam peccatum mortale mentale tantum, quantumcumque graue, & enorme esse reservatum, neque Papæ, neque Episcopis, & proinde omnes confessarij approbati poterunt ab eis semper absoluerè pœnitentes, imposita tamen salutari pœnitentia. In articulo autem mortis, quando tamen confessarij approbati copia deest pœnitenti, & periculum est in mora, sciant omnes sacerdotes se absoluedi potestatem pro tunc habere, cum auctoritate etiam absoluedi à casibus contentis in Bulla Coenæ Domini ne dum ab alijs, si illis irretitus esset dictus pœnitens reservatis tamen ijs, quæ superius dicta sunt, & temporis angustia id patiatur alias non sed si superuiuat, impleantur poenæ, quæ alias de iure seruanda erant, sancta enim Dei Ecclesia dicitur, & est pia mater. Vide cap. eos de lent. excom. lib. 6.

*Côr. Tri.
f. 24. s.
7. circa
finem.*

13 Curat item, vt infirmum, qui uixit, confessus est, & loquelam

amittit.

*Oppositū
sensus Au-
gustini,
sed male*

Abulff.

*Quando
sit arti-
culus
mortis.*

*Hic erit
infirmitas.*

*Soti er-
ror.*

*Vi patet
in Bulla
Cens. Do-
mini.*

*Hoc pau-
ci aduer-
sari.*

amisse, interrogent de peccatis in speciali, & per nuntios, & signa faciant sibi responderi, & sic eum absoluant, alias non possunt eum absolvere, si solum se peccatorem in generali per nuntios, & signa responderet. Pro quo videtur Do. Soto in 4. sententia dist. 18. q. 2. art. 6. in primo membro, & quinto, concordat Nauarrus. cap. 26. num. 27. & subdit, quod sacerdos sic absolvens, peccat mortaliter. Idem sentit Dignus Thomas in 4. sententia dist. 17. q. 3. art. 4. in resp. ad 3. q. quoniam (inquit) confessio secundum quod est pars sacramenti, habet determinatum actum: sicut, & alia sacramenta habent determinatam materiam: eiusdem sententiae est etiam insignis theologus Abulensis super Matt. 16 q. 49. in floribus. & Franciscus Auctoritas in summa sacramentorum dicit id hodie esse de fide tenendum propter Sacrum Concilium Tridentinum.

14 Sciunt etiam, quod tunc est articulus mortis, quando periculum est in mora, alias non. Quocirca infirmus, qui non est in tali periculo constitutus, ut de eo timeatur, nequaquam poterit à casibus Papae, aut Episcopo reservari absolvi, nisi specialem super hac re habeat facultatem ipse confessarius, vel aegrotus,

15 Sciunt praeterea, quod per Iubileam quaecunque nunquam aliquis consequitur auctoritatem, ut possit dispensari super aliqua quomodocunque irregularitate contracta. Et ratio est, quia bulla Iubilei concedit auctoritatem tantummodo super censuris, irregularitas autem non dicitur censura, extra de verborum significat. cap. 1. Quare tamen impedimentum canonicum. Item irregularitas non absoluitur, sed dispensatur, & concordat Nauarrus, Stylus Rom. Curiae, cum communis doctrina, & ideo deceptus est Soto in 4. sententia dist. 22. q. 3. art. 1. dicens nomine censurae in Bullis Cruciatum intelligi quasdam irregularitates.

16 Nosse adhuc debent, quod infirmis in periculo mortis constitutis pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen illis imponenda est quantitas poenitentiae: Sed innotescenda erant iuxta modum à sacerdote imponendum, & 6. q. 7. cap. Ad infirmis.

17 Pro peccato occulto quantumcumque graui, nunquam est imponenda poenitentia manifesta, ut habetur in cap. Quaesitum. De poenit. & remiss. & ibi per Abb. & doct. & acriter sunt increpandi, qui oppositum faciunt.

18 Debent etiam hoc penitus non ignorare, quod nedum illi, qui imponunt collectas, decimas, tales, praestantias, & alia onera clericis, & ecclesiasticis personis, ac eorum bonis, & huiusmodi, sunt ipso facto excommunicati excommunicatione contenta in Bulla Coenae Domini, sed etiam, qui exquisitis modis exigunt, aut à sponte etiam dantibus, & concedentibus recipiunt, sunt eadem excommunicatione innodati, & cum eis pariter, qui directè, vel indirectè, palam, vel occulte, per se, vel per alium, votum, vel suffragium ad hoc praestant, & demum procurantes praedicta, vel exequentes vel in eis consilium, auxilium, vel fauorem dantes.

Vbi nota, quod quantum ad praedicta, videtur in suo robore permanere cap. clericis laicos, de imm. eccles. in lex. Quamuis, quantum ad alia, fuerit reuocatum, ut patet in Clement. vnica eo. tit. & per extraneag. Benedicti XL eodem tit.

Aduertant ergo confessarii, quod etiam recipientes à sponte dantibus, (ut

Aut praefertur) in excommunicationem praedictam.

19. Sciant etiam eadem excommunicatione esse inuolutos, qui iurisdictiones, fructus, redditus, & praerogatas ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum pertinentes usurpant, vel surripiunt, seu quavis occasione, vel causa, sine licentia Papae sequestrant.

20. Confessarij debent pro magnis, aut multis criminibus, quibus praenitentes irretitos compererint, ultra alia remedia contra reciduum, hoc etiam, tamquam singulare adhibere, nempe, ut semel in mense confiteantur peccata sua, & si fieri possit sacram percipiant Eucharistiam, & hoc per spatium vnus anni, aut sex mensium, ut inde assueti his sacris rebus, ex se ipsis perseuerent in eis. Et quamuis regulariter debeant in omnibus esse mitis erga praenitentes, tamen in blasphemiae reos seueri esse debent; absque enim grauissima praenitentia seueri confessoris arbitrio iniuncta absolui non possunt, iuxta Concilium Lateranense. vlt. sess. 9. vide Bullarum pag. 213. quandoquidem tenemur eosdem corripere, etiam si non speretur emendatio: si tamen id citra periculum nostri fieri possit: & hoc est peculiare in hoc peccato. Vide etiam seuerum scilicet sanctum edictum in Bullario, pag. 178.

21. Itidem confessarij sciant non esse bonum reprehendere praenitentes nisi in fine totius audientiae confessionis, quo tempore infundant vinum, & oleum super vulneribus lauciati, ut habetur in Euangelio: & de praenitentijs, remiss. cap. omnis vtriusque. Postea vero debent eos consolari.

22. Nouerint etiam (pro vt Diuus Anto. 2. par. tit. 2. cap. vlt. & Angelica in ver. restituito, & alij referunt) quod non sufficit confessario quaerere a praenitente, an teneatur ad restitutionem alicuius debiti, aut male ablati, sed vltius perquirere debet, an alias fuerit ei iniunctum, ut restitueret, & comperito quod hunc numquam antea adimpleuerit, sed quod semper distulerit, non est vilo modo absolueudus, nisi prius cum effectu restituat. vel saltem cautionem fideiussoriam, aut pignoraticiam de restituendo (sine manifestatione tamen peccati) intra certum tempus sibi praefigendum presterit. Nam haec restituito non subiacer arbitrio sacerdotis, neque circa eam potest aliquid ipse taxare, vel moderari. Immo damnata, & interesse restituere debet praenitens, ut aiunt theologi in quartum sent. dist. 15. Quocirca in hac re seipos decipiunt cum animarum suarum periculo no modi co. Nam aliud est taxare, & moderari satisfactiones; & aliud restitutiones.

23. Hoc attendere debent confessarij, vt semper eas praenitentias imponant, quas, verisimiliter credant praenitentes debere implere, ne ipsas violando deterius eis contingat. Quare commonendi sunt praenitentes, ne has, aut illas praenitentias acceptent, nisi eas firmiter pro viribus se impleturos pro ponant, & insinuetur eis, quod illa praenitentia, quae imponitur, regulariter non est sufficiens pro expiandis poenis praecedentium delictorum, & quod grauissime in purgatorio soluent omnia, nisi in hac vita per seipos plene diuinae iustitiae satisfecerint.

24. Exponere etiam debent praenitentibus, quod olim regulariter culli bet peccato mortali septemnis praenit. a sanctis patribus, diuino instinctu regulatis, iniungebatur, vt habetur 22. quaest. prima praedicandum, in gloss & 33. q. 2. Hoc ipsum. S. sequenti. Pro quo vide supra c. 3. & c. 4. pag. 10. & 26.

*Vtinam
has ser-
uaret co-
fessores.
Hic idem
suorum
infirmi-
bus, ut
inconcu-
bi. Eccl.
caeruit
in hoc
multis.*

*Notabi-
le dist.*

*Olim se-
ptennis pe-
nit. erat*

Confessarij non possunt dispensari cum peccatis penitentibus. Notula utilissima.

Submissio optima.

Grauisissime peccatur in hoc.

Cognitio status hominum & necessaria.

Impudentes se peccant in hoc.

Notanda super Regum prim.

25 Laborare plurimum in hoc debent confessarij vt penitentibus eorum variam peccatis medicinam imponant, puta luxurioso continentiam, & pro ea retinenda venere transitus per aliqua loca inhonesta, imponant ieiunia, aut disciplinas, aut alias carnis macerationes. Auaris iniungant elemosinas, & eas nullo modo ipsi recipiant, sed per ipsosmet deferri ad aliquem pium locum faciant, vt e medio omnis mali suspicio tollatur. Superbis autem imponant aliqua opera humilitatis: poenae enim medicinae quaedam sunt, & medicinam eam natura est, vt per contraria fiant, vt secund. Eth. dicitur, & consonat B. Gregor. in homilia vnus martyris. Bonum item erit, vt confessarij exponant penitentibus, quod, si penitentias impositas aliqua die ex negligentia, vel ex obliuione omiserint, possint alia die supplere, & (vt D. Thom & Petr. de Pal. & Ricard. & alij Theologi aiunt) satisfactio imponenda potius esse debet remedium praeriuatum a reciduatione, quam expiatio praeteritorum delictorum.

26 Supra modum autem cauere debent sacerdotes, vt neminem absoluant, qui prius laesam proximi famam non restituerit. Non enim magis offenditur Deus, & proximus in subtrahenda re aliena, in laedenda fama quocumque modo, & in quocumque loco. Qua quidem in re solent saepe delinquere tam confitentis, quam confessarij, & quidem in animarum suarum periculum non modicum.

27 Illi confessarij, qui passim, & indifferenter sacras audiunt confessiones, debent singulorum peccata peculiaria non ignorare. Alio enim modo princeps, alio vero modo iudex, mercator, datarius, & tutor peccare consueuerunt. Quo circa assidue libellos ad hanc rem plurimum facientes, legere quam diligentissime debent.

28 Nouerint confessarij, quod quando agitur de peccato, an sit mortale aut veniale, tunc in dubio debent tam confessor, quam penitens eligere tutiorem viam: sed si agatur, an sit obligatus penitens aliquid facere, vel dare, vel poenam pati, tunc confessor eligere debet opinionem benigniorem.

29 Multa alia ad hoc munus obeundum scire debent sacerdotes, quae ex alicuius optimi Summistae doctrina facile ediscunt. At vero casus excommunicationum, & ite casus restitutioni obnoxios debent memoriae omnino commendare, praeter alia, quae superius insinuata sunt.

30 Item caueant, ne quemquam a se dimittant sine manus impositione; nam, & si eum nequeant absolueri, tamen, ne hoc alij innotescat, debent ei dicere, quod propter circumsistantes cum eleuatione manus dicent super eum aliquam orationem sine absolutione, & ita penitens non recedet confusus, sed consolatus. Et hoc est valde aduertendum, si tamen alia consueuerint passim manus omnibus imponere, vt est mos in Italia, & oppositum facientes non excusantur.

31 Deinum sciant, quod si quando ex concessa sibi facultate aliquem ab excommunicatione absoluerint, aut super irregularitate contracta cura illo dispensauerint, debeant eum admonere, ne propter hoc retineat officium aut beneficium, si ipsi excommunicationi annexa sit poena priuationis ipsi facto, aut etiam inhabilitationis, quia hodie pluribus censuris super addita praedicta poena. Quocirca ei opus erit Apostolica dispensatione super ea la reabilitatione. Immo nec ipsi Superiores Regularium poterunt tales inhabilitatos a Papa vigore suorum priuilegiorum rehabilitare etiam in foro

conscientie, quia per potestatem dispensandi non consequitur quis auctoritatem rehabilitandi, cum sint actus differentes, & hæc etiam dixit magister oretenus Nauarrus. Pro quo, vide Felyu. cap. vlt. de off. iud. ordin. & cap. Cum inferior. de maior. & obed.

Nauarr.
Felynar.

BREVE INTERROGATORIUM AD COMMODITATEM Confessorum, desumptum ex Angelo de Clauasio, ex Laur. Peticio, ex Nauarro, ex Martino de Frias, & alijs sed cum citatione Canonum, sacri Conc. Tridenti. & quibusdam declarationibus: aatribitis quibusdam locis, & cum citationibus extrauag. Rom. Pont. quatenus necesse sit.

Ubi singulorum peculiaria crimina tanguntur, reliqua vero, eorundem Confessorum prudentia iuxta personarum qualitatem relinquuntur, & primo.

A dominis temporalibus, & principibus hæc interroganda sunt. Cap. XXV I.

Si suam dominum, vel dignitatem iniusto sibi acquisiuit titulo; quia mortaliter peccauit, & semper in mortali veritatur, quousque iustum acquirat titulum.

Si neglexerit facere iustitiam, vt. sibi acquireret amicos; vt ex hoc in dominio, vel dignitate securius manere possit, mortaliter peccauit, & læsis satisfactio tenetur.

Si aliquas fecit iniustitias, multo magis tenetur ad restitutionem, & ad resarciendum damnum læso.

Si Pontifici Romano, & alijs ecclesie prelati, vel dominis temporalibus ipse inobediens fuit; & eorum ammonitiones parui pendit, & contempnit, mortaliter peccauit.

Si circa honores nimium ambitiosus fuit, & pro consequenda potentia, & honorificentia, paratus fuit facere quodcumque malum, mortaliter peccauit, & toties, quoties in tali fuit opinione.

Si suos subditos in iustis, & exactioribus nimium grauauit, quia ultra mortale, satisfacere tenetur. Quando vero sint excommunicati, vide c. 27.

Si contra iustitiam, collectas imponit, quia ultra mortale, satisfacere tenetur.

Si publica vendidit officia, etiam subditorum suorum grauamine, mortaliter peccauit, & damna sibi impurantur, secundum Thom.

Si subditos volantes domicilium transferre spoliauit, quia de necessitate secundum canonistas, satisfacere tenetur.

Si bona decedentium sine filijs ipse vfurpauit vel testari tales prohibuit, tenetur restituere nisi talem in locis suis habuisset iurisdictionem legitimam.

De pan.
dist. 5.
falsas.

Hæc intellige
superioribus.

14 q. 6.
Si res.
Vt 18.
dist.
Thomas.

Si feuda vassallis suis iniuste denegavit, vel etiam servitium illis debitum denegavit.

Si ipse, vassallus existens, domino suo infidelis fuit.

Si ipse etiam domino suo aliquam intulit iniuriam, videlicet feudum alienando, & similia.

Si filias subditorum suorum coegit nubere alteri, ut eis succederet, quia est mortale propter excommunicationem annexam. Vide infra lib. 3. c. 11. excommunicatione 90.

Si à subditis suis servitia indebita extorsit.

Si nimium vindicativus fuit.

Si homicidia, vel mutilationes, aut incarcerationes ex ira, & odio fecit, aut fieri permisit.

Si segetum vastationes, & incendia fecit, vel permisit.

Si duellum in suis terris permisit, quia semper mortale fuit, & est etiam excommunicatus hodie, vide Concilium Trid. sess. 25. c. 19. & extrava. Pij. 4. cum additione poenarum, quæ incipit, Et, quæ.

Si ludos, & spectacula vana, & periculosa fieri fecit, quod si cum agitatione taurorum sunt excommunicati. Pius V. in extrava. De salute.

Si turpes representationes cum magno populorum scandalo fieri permisit, vel non prohibuit, mortaliter peccavit.

Si nimis durus, & inexorabilis fuit, videlicet ad parcendum, vel dispensandum, in quibus debuit, & potuit, quia aliquando est peccatum se implacabilem reddere.

Si torneamenta fieri permisit.

Si etiam ad parcendum delinquentibus nimis facilis, contra iustitiam ordinem, fuit.

Si poenas, & emendas delinquentium propter avaritiam in pecuniam convertit.

Si etiam poenas mortis corporalis propter eandem cupiditatem, & avaritiam, pecuniarias fecit, quia, ultra mortale tenetur laxis, si propter hoc facta quæ scelera facilius sunt perpetrata.

Si propter lucrum publicos usurarios in terris suis toleravit, quia ultra mortale, tenetur laxis satisfacere.

Si suis officialibus, & stipendiarijs sua stipendia non solvit, quia ad eorum damna tenetur.

Si blasphematores, & sodomitas, & confamilis non puniit, vel puniri permisit, mortaliter peccavit.

Si provinciam suam malis, & sceleratis viris non purgavit, mortaliter peccavit, & secundum leges magna dignus est poena.

Si vias publicas, cum posset, non tenuit securas: tenetur de damnis illatis.

Si pupillos, & miseris personas noluit audire dando eis aliquas publicas audientias, quia ultra mortale, tenetur de damno quod eis inferitur.

Si prædictorum curam non habuit: legata ad eos spectantia non dedit: aut dari non promisit.

Si ecclesias, & earum bona, & iura, ut decuit, non defendavit, graviter peccavit.

*Secunda
Pa. de re
lit. c. no
li. c.
V. 125. q.
3. c. p. 110.*

Si con-

Si concubinas, & malas foeminas cum scandalo populorum tenuit publice.

Si suas ancillas, pedissequas deflorauit.

Si seruos, & ancillas volentes honeste viuere non permittit.

Si malam familiam tenuit, & de eorum mala vita nullam curam habere voluit: quia ei totum in perniciem adscribitur.

Si augurijs, & sortibus, ac maleficijs usus fuit.

Si incantatores, & diuinos in curia sua tenuit, ac illis fauor; quia mortaliter peccauit.

Si leges iniquas edidit: vt, videlicet, de iniurijs vnusquisque se vindicare possit, & familia, mortaliter peccat, nec potest absolui, nisi tales leges abrogentur.

Si leges bonas, & iustas non obseruauit, aut obseruare non fecit, & malefactores, lutores, blasphematores, fures, latrones, & alios iniuriatores non puniuit; grauissime peccauit.

Si leges constituit, vt vitura solara repeti non possint; quia, ultra mortale excommunicatus est. Per Clem. I. de vsuris.

Si malefactoribus, & homicidijs, aut debitoribus pro debito, aut pro alia quacunque re, litteras, & bollettinos, immunitatis dedit contra bonum reipub. vel priuatarum personarum, videlicet, quod liceat eis de nocte ire, armaque portare, vel quod non possint a creditoribus ad soluendum cogi, vel propter homicidium possint impune in loco permanere, & huiusmodi, grauissime peccauit.

Si corruptus pecunia aliquem indebite condemnauit, vel extra ditionem suam expulit, & bandiuit.

Si etiam alia aliqua irrationabili causa aliquos exilij damnauit.

Si seditiones, & scandala libenter quassauit.

Si partialitates, & sectas, atque dissensiones inter subditos suos enutriuit.

Si nimium superbus, & arrogans fuit.

Si voluit a subditis suis in omnibus, etiam in illicitis, obedientiam sibi praestari.

Si in vestimentis, loculis, famulis, equis, canibus, auibus, nauigijs, seu harenis, apparatibus plurimis, nimium pomposus fuit, suaque bona inutiliter impedit, quae indigentibus dari deberent.

Si malos rectores, impios, ac crudeles, in officijs publicis posuit, qui iniuste in omnibus fere se habent: & nimis subditos in extorquendis pecunijs grauat: & hoc propter lacrum, quod ab eis percipitur, aut propter auaritiam.

Si aliquam iniustitiam, vel violentiam, aut iniquitatem in subditos suos exercuit.

Si alios malos consiliarios, & prauae conscientiae tenuit.

Si aliquid per vim, aut metum, a subditis suis extorsit, restituere tenetur.

Si in distribuendo officia publicis ab eis mutuo aliquid accepit, usuram commisit secundum theologos.

Si indebitas operas a suis subditis extorsit, vt pote, agrorum suorum, epuluras, & vecturas bonum, & equorum.

26. q. 5.
c. augu-
rium.

Hoc pec-
catu pau-
si aduer-
tunt.

Si dic-

Si diebus festis ea ipsa fieri præcepit.

Si diebus festis venatum iuit, & propter hoc missam non audiuit, nec alio iudice permisit.

Si venandos segetes, vel alia agrorum semina conculcauit.

Si propter venationes contra eius præceptum à subditis suis factas aliquem condemnavit, vel mutilavit, quia, si id luore vindictæ, vel libidine venandi fecit, mortaliter peccavit, & satisfacere tenetur.

Si permisit, vel mandavit suis famulis furari.

Si bona communitarum communia sibi appropriavit, satisfacere tenetur.

Si ipse iustitiam non fecit, vel ministrari non permisit.

Si iniustam causam, vel bellum iniustum scienter defendit.

Si delicta populorum suorum impunita permisit, aut malas consuetudines sustentavit graviter peccavit.

Si damnatis ultimo supplicio, sacramenta ecclesiæ denegavit, quia contra animæ de manibus eius requirentur.

Si in suis terris iniqua pondera, malaque mensuras, aut iniusta rerum venalium pretia permisit: huc falsas monetas impendere, vel cedere fecit, quia de omnibus damnis tenetur.

Si Iudæos in terris suis officia publica habere permisit, quia non licet omnino. Vide etiam extra cap. Pauli 4. cuius initium est, Cum nimis.

Si novas synagogas eos erigere permisit, quia non licet. Vide etiam eandem extra cap. Pauli 4.

Si diebus lamentationis in publicum eos prodire voluit, aut officia clausa tenere non fecit: male utique fecit, ut extra cap. In nonnullis, De Iudæis.

**Pius V.
Roman.
Pont.
Hosien.**

Si eos non coegit signum portare, ut ab alijs discernerentur, male fecit: quia tenentur portare, ut extra eod. in nonnullis: Sed hodie tenentur portare biretum glauci coloris.

Si eos Christum blasphemantes non puniuit, quia, secundum Hosien. & alios, merentur, & debent de capite.

Si de defectibus ecclesiasticarum personarum ad eum non pertinentibus se intromisit, quia grave peccatum est: & sæpe incurritur in Bullam Coenæ Domini, si id iudicialiter fiat.

Si traxit ecclesiasticas personas ad forum suum: quia non solum mortaliter peccavit, sed esset & deponendus, & excommunicatus per Bullam in Coena Domini.

Si contra libertatem ecclesiæ ab ecclesiasticis personis aliquid extorsit: quia, ultra mortale, magna esset poena puniendus, & esset etiam excommunicatus, vide dictam Bullam.

Si ecclesiasticas personas cepit, vel capi, fecit, aut incarceravit, quia, si non habebat licentiam, excommunicatus est.

Si de electione cuiuscunque prælati se intromisit, ut, scilicet, quem vellet, prælatum eligerent. Et si propter hoc eorum monasteria, vel loca gravavit: quia assentire noluerunt, excommunicatus est.

Si propter hoc suis subditis vetuit, ne eidem ecclesiasticis necessaria redderent, aut eis in necessarijs seruirent: quia sibi annuere in electione noluerunt, excommunicatus est.

Si propter hoc suis subditis vetuit, ne eidem ecclesiasticis necessaria redderent.

redderent, aut eis in necessarijs seruirent; quia sibi annuere in electione non deberent; excommunicatus est.

Si ius patronatus alicuius ecclesie, vel alia bona ecclesiastica sibi usurpauit, excommunicatus est; Etiam per Concilium Tridentinum, sess. 22. cap. 11. cum additione poenarum contra Clericos mediatores.

Si aliquod munus recepit, vt supplicaret praelatis pro aliquo beneficio conferendo.

Si pro suis consanguineis, vel ameis indignis personis procurauit conferri beneficia ecclesiastica, simoniam commisit.

Si imposuit taleas, vel collectas suis personis ecclesiasticis sine licentia Papae, quia si admonitis non desistit, in excommunicationem incidit cap. Non minus. De imm. eccles.

Si res ecclesiasticas, vt pote, paramenta, cortinas, aut tapetes in suo nuptiarum vsu accepit, male fecit, quia non licet omnino.

Si aliquam praesumpfit vendere ecclesiam, quia simoniam commisit, & venditio illa locum non habet.

Si in ecclesijs posuit stipendiarios, vel equos;

Si ecclesias in bello etiam iusto incendit, vel vastauit, quia ad emendam secundum Host. tenetur.

Si bona ecclesiastica, vel personarum ecclesiasticarum, tempore belli abstulit, quia ad restitutionem tenetur, nisi auctoritate Papae, vel praelati, fecisset.

Si in bello ad ecclesiam confugientes per vim extraxit; quia non licet, nisi ecclesia fuisset castellata.

Si in ecclesia, placita fieri fecit, & quam maxime vbi de sanguinis causa agebatur, quia omnino non licet, nec musica, vbi m. scetur aliquid lasciuum aut impurum, nec aliqua actio saecularis, aut vana, colloquia profana, deambulationes, strepitus, clamores, &c. pro quibus. vide Concil. Trident. sess. 22. Decretum de euit. & obs. Quanta.

Si etiam ibidem strepitus iudiciorum saecularium, vel eorum processus fieri voluit, quia ipso iure nihil valuerunt. cap. eod. eiusdem sess. 22.

Si malefactores in ecclesia, vel domo episcopi, seu monasterio, aut praedictis locis adherenti, capere fecit, quia non debuit, nec potuit, nisi habeat auctoritatem a Papa.

AD EORVNDEM DOMINORVM EXCOMMUNICATIONIBUS. Cap. XXVI I.

Si sententias excommunicationis, vel interdicti non curauit, aut excommunicatus in diuinis participauit, quia mortalissimum fuit.

Si propter eius defectus ipsius ciuitas, vel dominium interdicta aliquando fuerunt, quia etiam grauissimum est.

Si propter excommunicationem in se, vel suos latam aliquem grauauit sacerdotem, vel ad sacerdotem attinentem, in nouam iterum incidit excommunicationem.

Si nouas constituit gabellas, vel pedagia, non habens super hac a maioribus

*Vt l. q. 3
per totu.
hodie no
requiri-
tur moni-
tio pro-
pter bul-
lam ce-
na. Dom.*

*extra co.
cap. qui-
cunq;*

- Vide li.* ribus suis auctoritatem, excommunicatus est in Bulla Coenae Domini.
5. c. 3. n. Si etiam antiqua augmentavit sine licentia, similiter excommunicatus est, & satis facere tenetur.
4. Si à personis ecclesiasticis pro suis rebus quas, deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt non causa negotiationis, gabellas extorqueri fecit excommunicatus est tam ipse, quam gabellarij.
Lib. 6. c. quaquã, de cons. Si nauigames deprædari fecit, vel factum ratum habuit, qui in Papalem incidit excommunicationem, in Bulla Coenae Domini.
 Si res naufragantium ad portus suos delatas, sibi retinuit, quia ultra rapinae peccatum, in excommunicationis sententiam incidit, nisi ablata restituat; Vide Bullam in Coenae Domini.
 Si contra immunitatem ecclesiasticam aliquem per vim de ecclesijs extrahi fecit, quia ultra sacrilegium, excommunicationi statim subiaceret secundum quosdam.
 Si priuilegia ecclesiasticarum personarum violauit, excommunicatus est. Vide lib. 3. c. 13. & 14. & 15.
 Si repræsalias contra ecclesiasticas personas concessit, excommunicatus est.
 Si tentauerit aliquem occidi facere per assassinos, etiam in excommunicationis, & depositionis sententiam ipso facto incurrit. Sed nota, quod Assassini erant quodam genus hominum, ut patet cap. pro humani de homicid. lib. 6.
 Si se subtraxit ab obedientia Rom. Pontificis, excommunicatus est, vide Bullam in Coena Domini.

PECCATA IN BELLO CONTINGENTIA.

Cap. X X V I I I.

- Vt 25. q. 1. quid culpatur* **S**I contra aliquos sine legitima causa bellum mouit, mortaliter peccat, & de damnis datis satisfacere tenetur.
Vt 23. q. 1. c. domini. Si etiam bellum iustum mouit sine principis sui licentia, seu ecclesiastici, seu secularis, grauiter peccat, si tamen recognoscit superiorem in temporalibus non habens merum, & mistum imperium, quo quidem casu etiã ex iusta causa non potest gabellas imponere sine licentia: alias est excommunicatus.
Vt extra de homicid. c. signifi casti. Si aliquo malo sine bellum mouit, quia non licet, nisi pro repetitione rerum inarum, vel suae patriae defensione, aut huiusmodi.
Vt extra de tre. c. Innomamus. Si potius vindictae causa, quam ad propulsandam iniuriam mouit, grauiter peccauit.
 Si in bello vastum in fontibus dedit, quia satisfacere tenetur, ultra peccatum.
 Si noua propugnacula in alterius iniuriam erexit.
 Si diebus festis sine magna necessitate bellum gessit.
 Si hostem ultra suum damnum damnificauit, quia non licet.
 Si ipse damnificatus sua auctoritate rem damnificantis abstulit, quam damnificans ei accommodauit, quia non licet.

Si in

Si in bello spoliavit clericos, religiosos, peregrinos, Romipetas, mercatores, agrorum cultores, & similes. quia omnino non licet.

Si promissiones, quas in bello sponderat, non observavit, & infidelis exitit, mortaliter peccavit & restituere tenetur ablata.

Si etiam movit bellum iniustum, quia non solum aduersarijs, sed etiam subditis suis de vastationibus, & de damnis habitis tenetur satisfacere. Et hoc, si ipsi subditi bona fide, vel coacti fecerunt.

Si in bello iusto, animo grassandi, vastationes, & damna hostibus intulit, cum aliter sibi consulere potuisset, satisfacere tenetur.

Si homines in bello captos crudeliter affligere fecit, vt grandes taleas fecerent, mortaliter peccavit.

Si domos incendit, vel destruxit gratia habendi ferrum :

Si inimicorum bona militibus suis in prædam, & direptionem dedit, & contra eosdem crudelitates, & in honestates multas fieri præcepit, vel permisit.

Si mulieres & adolescentulas violavit, vel violari permisit.

Si in ecclesijs, vel monasterijs effudit sanguinem, vel pollutionem, vltra mortale, sacrilegium, etiam illam ecclesiam iuis expensis reconciliari curare tenetur.

Si per vim, vel per furtum aliquid de ecclesia auferri fecit, atque ibidem mortuorum sepulchra aperiri fecit, quia vltra sacrilegium, esset excommunicatus, respectu violentiæ illatæ cum fractione &c.

23.7.1.

*vt extra
de. e. con-
quasibus.*

A I V D I C I B V S S A E G V L A R I B V S.

Cap. X X I X.

SI in aliquem iudicandi iurisdictionem sibi vsurpavit, quia semper, officium illud exercendo, mortaliter peccavit.

Si suæ potestatis fines scienter, vel ex ignorantia crassa excessit, mortaliter peccavit.

Si a i suo tribunal personas ecclesiasticas trahi fecit quomodocunque, excommunicatus est, vide Bullam in Cœna Domini.

Si impediit, aut turbavit iurisdictionem Episcoporum, excommunicatus est hodie etiam per Bullam in Cœna Domini.

Si dolo, aut sua ignorantia, iniquam tulit sententiam, quia vltra mortale, ad totum læsi interesse tenetur, ac etiam secundum leges, multas poenas substinere deberet.

Si accepit pecuniam, vt male iudicaret, quia vltra mortale, salarium redere tenetur, non tamen illi, qui dedit, sed læso.

Si accepit aliquid, vt iudicaret, vel vt non male iudicaret, tenetur restituere illi, qui dedit.

Si recusavit omnino iudicare, cum deberet, & propter hoc aliquis suum ammisit ius, læso satis acere tenetur,

Si ignarus, & imperitus iudicij, se intromisit, mortaliter peccavit.

Si per negligentiam studendi, quis suam perdidit causam, quia secundum canonistas, satisfacere tenetur.

*vt extra
de iniu-
rijs &
dam. de.
e. si culpa
Vb. 1. q. 1
iubemus
11. q. 4. e.
qui recid
23. q. 2.
dominus*

F

Si

- Vt 23. q. 1. c. Militare.*
 Si suam habens provisionem aliquid pro causa exegit, iniuste accepit, & ideo restituere tenetur.
 Si etiam oblata sponte recepit, quia non debuit, propter suspicionem, verum amen restituere non tenetur.
- De refc. lib. 6. c. Statutum.*
 Si delegatus a partibus aliquid accepit, quia non nisi moderatas expensas in causa sibi commissa accipere potest, secundum Ray. & doctores.
 Si sine accusatione aliquem iudicavit, graviter peccavit, quia non debuit.
 Si delicta reliquit impunita, male utique fecit, cum ex officio tenetur vti cuique ius suum reddere.
 Si fuit advocatus in causa, in qua erat index, quia non potuit duo simul officia exercere.
 Si contra ius dilationes fecit, & si ordinem iudicarium non servavit, mortaliter peccavit.
 Si aliquam partem contra iustitiam gravavit.
 Si appellationes legitimas non admisit.
 Si aliquibus locum appellandi dolose dedit.
 Si post legitimam appellationem, nihilominus in eam causam processit.
 Si allegationes falsas admisit, quia non licet.
 Si fecit oppositiones, & inquisitiones, ad quas reus respondere non tenebatur, & quam ob causam fecit.
 Si debitas poenas auxit, vel minuit, cum non posset.
 Si secundum allegata, & probata, licet contra veritatem, iudicavit, sciens pro certo, innocentem fore condemnatum, var. & in hoc sunt doctorum opiniones, sed in hoc Thomas, iudicem excusatum habet, licet alij multi aliter sentiant.
 Si omisit facere condemnationes impensarum, ipse de suo parti refundere tenetur, & max. me si a principio petita fuerunt.
 Si in dubijs magis peritos consulere neglexit.
 Si sine magna indigentia, & cum fraude, assessorem accepit; quia nec debuit, nec potuit, nisi de tuo solvat.
 Si personas ecclesiasticas iudicavit, graviter peccavit, cum nulla in ipsas habeat iurisdictionem.
 Si religiosum pro advocato admisit, non licet, nisi de mandato superioris & solum in rebus monasterij; & ad pias causas.
 Si etiam clericum admisit, cum non debuit, quia nisi in causa propria, & pro miserabilibus personis advocare non potest.
 Si personas ecclesiasticas, aut pupillos, & viduas non defendit; & eidem de iustitia, & advocatis non subvenit, graviter peccavit, & de tuo ipse eorum damnis satisfacere tenetur, secundum canones, ac etiam secundum leges.
 Si simoniace, aut alio quocunque modo iudicandi habuit iurisdictionem, mortaliter peccavit.
 Si etiam de aliqua quota proventus, vel lucri convenit, simoniam commisisse videtur, secundum Host.
 Si minister iudicis existens, scienter iniquam sententiam mandavit executioni, graviter peccavit.
 Si fraudulenter pro testimonio ferendo aliquam ad se vocavit mulierem, non solum mortaliter peccavit, sed & ipso facto excommunicatus est.
- Vt 16. q. 1. c. Monachi.*
Vt 23. q. 5. c. ad ministras sorores.
Vt extra Ne prolati, &c.
Vt in c. mulier
- Si do-

Si domi suæ ludum aleatorium, calarium, vulgo baracatum tenuit; quia *de iudic. lib. 4.*
ultra mortale, etiam secundum leges grauiter est puniendus.

Si sine præcedentibus inditijs alicui torturam fecit, mortaliter peccauit; & ad resarciendum damnum læso tenetur; & indicia debent esse legitima, ac item sufficientia.

Si etiam torfit, quem de iure torquere non debuit, sicut illum, qui erat minor, 24. annorum, vel si torfit modis indirectis, videlicet dando eidem falsa comedenda, vt sibi cruciaretur, mortaliter peccauit. Iudices tamen ecclesiastici possunt in causa hæresis torquere minores 24. annis, minores vero 14. annis possunt terrere, aut ferula cadere.

Si propter lucrum in aliquo contractu mulieris, vel pupilli, in eorum damnum suam interposuit auctoritatem, quia ultra mortale, tenetur de damnis.

Si vt pecuniam extorqueret, aliquem arrestauit, aut eius bona per officiales suos describere fecit, aut aliquod aliud fraudulentum modum extorquendi adiuuenit, grauissime peccauit, & omnium ad restitutionem tenetur.

Si, & ipse prouinciam malis hominibus non purgauit, quia sibi omne malum imputatur.

Si propter lucrum sententias in longum protraxit, quia non solum mortaliter peccauit, sed & omnem pecuniam restituere tenetur, ac etiam parti læsæ satisfacere tenetur.

Si in sententijs aliquibus vniquam aliquas clausulas obscuras apposuit vt ille, contra quem daretur sententia, non possit se defendere, quia ultra mortale, tenetur satisfacere parti læsæ.

Si existens iudex in statu ecclesiastico dedit licentiam portandi archibertos, aut cultellos prohibitos, aut pugiones, est excommunicatus. Vide extrauag. Pij V. quæ incipit, Cum vices, &c.

AB ADVOCATO. Cap. XXX.

Si scienter iniustam, aut suspectam defendit causam, quia ultra mortale, læso satisfacere tenetur, secundum theologos.

Si in aduocando produxit falsa instrumenta, vel falsos testes, aut falsas allegationes allegauit, mortaliter peccauit.

Si in dispendium, & grauamen alterius partis, non necessaria quæsiuit dilaciones, & terminos, vt videlicet petendo testes à patria alienos, & similia, quia male fecit. *de iudic. lib. 3. q. 3. indaci.*

Si etiam alio modo aduersario bonam causam abstulit, videlicet faciendo oppositiones duplices, cauillosaque, ac dolosas, ultra mortale, tenetur de omni damno.

Si non fideliter causas, secundum iustitiam, defendauit, & fauit; quia secundum canones, & etiam secundum leges, tenetur ad damna, & interesse.

Si suis dolis, & fraudibus administrationem alicuius tutoris impediens eum accusari pro suspecto, & similia; quia de eius damno tenetur se-

cur, secundum Monaldum in sua summa.

Si aduersario secreta sui clientuli prodidit, mortaliter peccauit.

Si etiam alio modo suo clientulo causam perdere fecit. vltra mortale, tenetur, &c.

Si propter suam imprudentiam, vel negligentiam studendi, clientulus suus causa perdidit, vltra mortale, ad satisfactionem tenetur.

Si cum multo litigantium damno immoderatum quaesuit salarium; quia vltra mortale ad restitutionem tenetur, secundum Thom.

Si cum suo clientulo de quora aliqua vllum vnquam fecit pactum, male vtique fecit propter malum exemplum.

Si induxit clientulum suum ad negandum veritatem, aut vt falsos testes induceret, secundum Host. de omnibus interesse tenetur.

Si in allegationibus, & aduocationibus suis, procaciter nimium se habuit: quia vltra graue peccatum, eius processus, secundum canones, efficitur nullus.

Si diebus festis propter lucrum, multum in his se occupauerit, grauiter peccauit, & illud erogare tenetur secundum aliquos; licet id verius sit de consilio.

Si in causa miserabilium, & pauperum personarum, propter cupiditatem patrocinium praestare recusauit, male fecit, quia tenetur ad haec potissimum sicut etiam in alijs operibus misericordiae.

Si in causis seueritatis aduocauit, vel consuluit, quia si securus sit effectus, quominus restitutio fieret vsurarum, ipse de suo tenetur.

Si dictauit instrumenta sub vsuris: quia etiam secundum leges efficitur infamis, & in vtroque mortaliter peccauit.

Si aduocando, solum ad ordinem iudicarium, & non ad merita causae attendit: non excusatur a mortali, & ab obligatione restitutionis damni.

Si defendit causam iniustam quoad merita, quantumcunque ad modum procedendi sit ordinata, quia ordo non est inuentus, nisi propter vitandas deceptiones.

Si inhibitus a iure aduocauit, mortaliter peccauit: quibus autem inhibetur aduocare, habetur in canone 3. quaest. 7. cap. infames, non tamen omnes mortaliter peccant, sed solum excommunicati: quia nullo modo aduocare debent, nec possunt.

A NOTARIO ET PROCURATORE.

Cap. XXXI.

SI imperitus exercuit tabellionatus officium, videlicet male dictando vniuersa instrumenta, praetermittendo debitas clausulas propter suam ignorantiam, mortaliter peccauit, & de omni damno laesifacere tenetur, etiam secundum leges. Et hodie per Concilium Tridentinum sess. 22. de reform. cap. 10. Notarij quacumque auctoritate, etiam si Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, per Episcopos examinari, & ob insufficientiam, aut ob delicta in causis ecclesiasticis commissis, possunt ad tempus, vel perpetuo ab vsu officij prohiberi.

Si ali-

*vt 3. q. 7
S. arcen
tur.
Licet ta-
men ali-
quando
celare ve-
ritatem.
vt 5. q. 3
e. in loco
vt 86. d.
e. non sa-
tis.*

Si aliqua falsificauit instrumenta, aliquid addendo, vel diminuendo, mortaliter peccauit secundum leges, de omni damno satisfacere tenetur & secundum eandem, mortis poena, vel amputatione manuum, veniendiendus.

Si aliquid confecit testamentum, vel aliud quodcunque instrumentum, eius videlicet, qui erat mentecaptus, qui rationis vsum non habebat, mortaliter peccauit, & de damnis, & litibus inde secutis satisfacere tenetur.

Si fecit contra iuramenta notariorum, aut non obseruauit, quae in creatione sui tabellionatus facere iurauit, quia periurus fuit.

Si in fraudem vsurarum aliqua dictauit instrumenta, vel etiam contra libertatem ecclesiasticam, vltra mortale, in excommunicationem incurrit.

Si etiam scienter fecit instrumentum aliquod vsurarium, periurus est, secundum Host. nec amplius instrumenta conficere potest.

Si malitiose publica instrumenta occultauit, vel destruxit, vel ipsa alteri parti dedit, vltra mortale, de omni damno tenetur.

Si diebus festis sine magna necessitate, sed lucri causa instrumenta confecit, vel extendit, mortale videtur.

Si in Ecclesijs ea dictauit, & publicauit, male fecit, & secundum statuta synodalia, in sententiam excommunicationis in quibusdam dioecesibus incurrit.

Si pro instrumentis suis immoderatum salarium accepit, quia restituere tenetur.

Si non posuit instrumenta sua in protocollis ex negligentia, mortale videtur, propter praecipuum, & periculum amissionis eorundem, vnde laedere tur proximus notabiliter.

Si non se bene informauit in renunciatione alicuius iuris, ponendo in instrumento partem, quae erat ignara, quia tenetur ei de damno, eo quod fuit causa deceptionis proximi.

Si a pauperibus rogatus facere recusauit, quia tenetur, secundum quod dictum est supra de aduocato, & iudice.

Si legata ad pias causas facta non manifestauit ex malitia, in excommunicationem incidit secundum aliqua statuta synodalia.

Si extitit notarius Episcopi, & pro scribendis ordinandorum nominibus aliquid exegit, simoniam commisit, si salariatus erat, Conc. Trident. sess. 21. de ref. cap. 1.

Si vero non erat salariatus non potest accipere nisi vnum carolinum, aut Iulium, videlicet decimam partem aurei secundum Concilium Trident. si vero plus recipiat, tenetur omnino ad restitutionem, & in simoniae suspicionem incurrit, ibid.

Si etiam extitit procurator, & iniustam causam defendit mortaliter peccauit.

Si in officio suo infideliter, & negligentem se habuit, grauiter peccauit.

Si in positionibus ponendis, vel responsionibus periurauit, aut alicuius periculis causa fuit, mortaliter peccauit.

Si causas

*ut in cle
msti. ex.
gravi e.
de vsu-
ria.*

*ut ex. de
test. &
alicubi
sunt ex-
commu-
nicati.*

*ut extra
de ferijs
c. 1.*

*ut nota,
in spe. de
sala. S. 2.*

*Nota
hanc ex-
commu.
ut extra
eo. cap. 1*

Si causas suas non defendit per media iusta, sed in debita, ut puta cum mendacijs, & perurijs, & huiusmodi, mortaliter peccauit.

Si ipse notarius in causis ecclesiasticis actorum copiam, congrua merce de accepta, a appellanti quanto citius, & ad minus intra mensem non exhiberit. Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. quo quidem casu si indifferenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij administratione arbitrio ordinarij suspensatur, & compellatur ad restitutionem dupli, quanti ea fuerit lis, & ea distributio fieri debet inter appellantem, & pauperes loci, & eidem poenae subiacet iudex si fraudem, &c. Idem Conc. loco citato.

A MAGISTRIS SCHOLARIVM SEV P R A E C E P T O R I B V S. Cap. XXXII.

Si indoctus, & ignorans praesumpserit doctrinae cathedram exercere, quia ultra mortale, salarium restituere tenetur.

Si non debitam sollicitudinem, & diligentiam in discipulorum profectum adhibuit.

Si non utilia, & necessaria docuit.

Si se alijs negotijs occupauit, & implicauit.

Si alijs praepceptoribus ex inuidia detraxit, afferendo eum ignorantissimum & viciosum, ut ei discipulos auferret, mortaliter peccauit.

Si lucri causa notabilem commisit negligentiam, quia satisfacere tenetur.

Si malum exemplum scolaribus dedit, docendo, & legendo turpia, & inhonesta, & ad turpitudinem pro uocantia, cum nosset, mortaliter peccauit.

Si diebus festis illos ad praedicationes, missas, & ad uesperas non perduxit, nec hortatus est.

Si de eorum bonis moribus, & disciplina non curauit.

Si aliquam collectam scolaribus imposuit, male fecit, quia potius, secundum Host. deberet de suo providere.

Si scholares ob hanc causam de scholis expulit, aut eis libros abstulit pro eo, quod ei dare nolebant, quod petebat, grauiter peccauit secundum canonicas.

Si pro die festo celebrando qui a scolaribus festandus erat, aliquid exegit, ultra mortale, simoniam commisit, secundum Ray.

Si etiam noluit legere die festo, qui de se celebrandus non erat, nisi data pecunia, similem simoniam commisit, secundum Ray.

Si coepit publice, vel priuatim legere absque praevia professione fidei iuxta Bullam Pij V. in sacro sancta, Immo in Dioecesi Neap. esset excommunicatus Infra lib. 3. c. 12. excomm. num. 128.

Si in corrigendis scolaribus nimium furibundus fuit, eos atrociter verberando, grauiter peccauit, quia talia eis non permittuntur.

Si clericum in minoribus constitutum grauiter verberauit, excommunicatu s est.

Si coram Episcopo, vel eius Vicario fecerit professionem fidei: nam super hoc hodie est excommunicatio lata sententia.

Si scholares in suis exercitijs occupauit, & eos addiscere non permisit, male fecit.

Si de

ut extra
eo, cum
uolunta
si.

Si de multis iactavit, vt tales iactandi facere confutuerunt, vel libri-
horum scripta, & virtutes adscripsit, aliquando morte esse potuisset.

Si in vestitu nimium pomposus fuit.

Si scientias prohibitas legit, vel docuit, vt negromantiam, & notoriam
artem, & similia, mortaliter peccauit; secundum canones, & si habet huiusmodi
libros, omnino non absoluetur nisi eos comburat, & hodie est excommuni-
catus, per ext rauag. Pij 4 quæ præfigitur indici librorum prohibitorum, &
aliquando incidit in Bullam Cœnz Domini, vt lib. 5. c. 36.

*vt 17. di
suo. cap.
ideo
Nota
hanc in
commun.*

A S C H O L A R E. Cap. XXXII.

Suo magistro, vel doctori in his, ad quæ tenebatur, non obediens
fuit.

Si sectas, & partialitates in vniuersitate suscitauit, & euitauit, mor-
taliter peccauit.

Si alios scholares à suis doctoribus subtraxit, vt suum audirent, quia vl-
tra mortale, satisfacere tenetur.

Si rixas, & contentiones cum alijs fecit.

Si lectiones, & studium non sollicitauit, & nimium somnolentus, & ne-
gligens, ac vagabundus fuit.

Si in disputationibus contra veritatem procaciter contendit.

Si de suo ingenio, & scientia nimium superbiuit, alios vilipendendo.

Si ad malum finem studuit, videlicet lucri, ambitionis, vel honoris causa

Si actus suos in ecclesijs exercuit, quia non licet.

Si imponendo nimium prodigus fuit, & inhonestas mulieres domi
tenuit.

Si lusus, & vestes, ac libros perdidit, & missas, ac ieiunia ecclesijs non
seruauit.

Si poetas, & alios libros ardentem legit, & parum de lectionibus suis
curauit.

Si iuramenta suæ vniuersitatis non seruauit.

Si in aliquam excommunicationem, siue à iure siue ab homine incidit.

Si existens clericus in sacris ordinibus constitutus, aut ad illos a status
post studia Grammaticæ, & Dialecticæ ultra quinquennium sine aliquo stu-
dio Theologiæ, aut sacrorum Canonum, in Philosophiæ, aut Poësis studi-
o generalia, aut publice incumbuerit. Leo X. Apostolici: & in Conc. Lateranen-
si fuit id sancitum.

*Vt ex de
summa. d.
doct.*

A M E D I C O. Cap. XXXIII.

Sine sufficienti scientia se ad practicandum exercendamque artem
exposuit, mortaliter peccauit, cum multa damna infirmis tales con-
ferant.

Si cum esset peritus, circa infirmos negligentius se habuit, grauiter pec-
cauit, quia negligentia cum ignorantia eiusdem culpæ existimantur, verum
si negligentia fuit parua, non ita peccauit.

*vt 68. di
suo. c. 1.*

Si cir-

Si circa infirmum non debitam adhibuit diligentiam, videlicet visitandū eum corporaliter, & eius signa inspiciendo, grauitèr peccauit.

Si suspectas medicinas infirmis dedit, dubitans de earum profectu, mortaliter peccauit.

Si nō admonuit infirmos à principio, vt confiteretur, mortaliter peccauit propter transgressionem præcepti canonum (excusaretur tamen à mortalitèr in causa repentina) & hodie sunt periuri per extrauag. Pij V. supra gregem.

Si infirmis suasit fornicationes, & similia pro sanitate consequenda, mortaliter peccauit: nam in dicto cap. cum infirmitas, ea consilia medicis interdiciuntur sub excommunicationis pœna.

Si quam dedit medicinam, quæ in eius arte non reperitur, mortaliter peccauit secundum Host.

Si medicinas conficere permisit ex rebus vetustioribus, quæ virtute carebant, grauitèr peccauit.

Si à pauperibus requisitus, visitare eos renuit, grauitèr peccauit, quia ex debito quasi tenetur pauperibus auxilium præstare.

Si medicinas nimis violentas tribuit, si ex his infirmo nocumentum aliquid tribuit, grauitèr peccauit.

Si multos sub cura suscepit infirmos, ita quod omnibus, vt decebat, subuenire, & visitare eos non potuit.

Si in medendo, socium habuit Iudæum, quia non licet, Paulus 4. in extrauag. Cum nimis.

Si ab ægrotis immoderatum recipit salariū.

Si lucri gratia prolongauit curam, mortaliter peccauit, & satisfacere tenetur.

Si in dandis medicinis non studuit, sed sua præctica, aut fantasia nimium confusus fuit, mortaliter peccauit secundum canonicas.

Si nimis facilis fuit ad inducendum debiles, ad si angenda Ecclesię ieiunia.

Si etiam quandoque sanis dissuasit obseruare ieiunia ecclesię, contestans ea sibi fore nociua, mortaliter peccauit.

Si prægnanti medicinas dedit occidendi puerperij causa, homicidium commisit; & si foetus erat animatus, est etiam irregularis.

Si prægnanti mulieri consilium dedit, vt abortum faceret, aut illam ea de causa flebotomauit, mortaliter peccauit.

Si suo iuramento iudici retulit falsum de qualitate vulnerum, si id ob lucrum fecit, vltra mortale, læso satisfacere tenetur.

Si non annuntiauit infirmo mortem propinquam propter parentum complacentiam, ita quod non ordinauit facta sua, videlicet animæ, & rerum temporalium, mortaliter peccauit, propter indirectum proximi damnum.

Si alijs medicis æmulationis causa detraxit, vel aliud eis damnum intulit, quia vltra mortale, in vtroque satisfacere tenetur.

Si statuta medicorum non obseruauit, & quæ maxime obseruare iurauerat, mortaliter peccauit, & toties, quoties, &c.

Si secundo aliquem, ex ignorantia dispositionem non obseruauit, grauitèr peccauit quia tutius fuisset dimittere, quam secare, immo mortaliter peccat secundum Hostien.

Si flebotomando, seu sanguinem mittendo, debitam diligentiam nō adhibuit.

Si habens

Decr. vt extra de panis. & res. cap. cum infirmitas.

Nota hanc extrauag.

vt 38 di. fin. c. 1.

In cap. de homo.

vt de pa. disti. 1. c.

Noli.

vt in cap. cum infirmitas,

de panis. & remiss.

In cap. si significasti

Si habens apothecam aromatariam, suos infirmos coegit in ea suas (mere) medicinas, quia si ex hoc aliquod infirmis illatum est damnum, de omni damno illato tenetur.

Si visitando mulieres infirmas, non se honeste in tangendo habuit, mortaliter peccauit.

AB AROMATARIO, SEU PHARMACOPOLA.

Cap. XXXV.

SI res ueritas pro nouis, & mala pro bonis, vel certe mistam pro pura, aut res viles pro pretiosis vendidit, quia ultra mortale, tenetur, &c. Si etiam scienter vendidit rem marcidam, vel defectuosam pro bona, si incomponendis medicinis, vel confectionibus, ea non posuit, quae medicus ordinauerat, cum non haberet, grauitus peccauit, & tam medicus, quam ipse, qui ad haec debitam adhibere debebat diligentiam.

Si inexpercus praesumptuose, & temerarie ad componendas medicinas se posuit.

Si debitam memoriam non adhibuit, ne erraret dando vbi, quod conueniebat alteri, quia id graue peccatum, & periculosum est.

Si aromata sophisticauit, commiscendo res viles pro pretiosis, & frequenter tales facere consueuerunt.

Si vendidit piper pro cinnamomo, vel aquam fontis pro distillata, & similia, quia ultra mortale, de damnis tenetur.

Si in vendendo excessit pretium, ut fieri consuetum est, ultra mortale, satisfacere tenetur.

Si in vendendo non dedit ementibus pondus suum.

Si periurijs, & mendacijs, ac alijs fraudibus in arte sua est usus.

Si alicui principaliter pecuniam mutauit, ut ad suam apothecam ire teneretur, usuram commisit.

Si monetam falsam inaduertenter receptam pro bona scienter expendit, male utique fecit, quia nullo modo licet.

Si aliquid dedit, vel vendidit, aut docuit, ut abortum induceret.

Si vendidit venena eis, quos absurdos credebat, mortale peccauit.

Si diebus festis indifferenter vendidit, aut vendere fecit, quia non licet, nisi in casu necessitatis magna.

* In concilio no
Prot. Florent.
an. 1507. tit.
de Empione
& venditione
cap. 1. statim
hoc contra
Aromatariorum
vende ueritas
medicinas
ultra mortale,
aut seruare.

Nota
hanc u-
suram.

AB OFFICIALI COMMVNITATIS, VEL PRIN-

cipis. Cap. XXXVI.

SI ex dispositione sui maioris aliquid a subdito exigens plus debito extorsit, ultra mortale restituere tenetur.

Si officium suum non iuste, & fideliter exercuit.

Si concussionis crimen commisit, uidelicet si noluit iustitiam ministrare, nisi data sibi pecunia, vel si per metum aliquid extorsit, quia ultra mortale tenetur satisfacere.

ut 23.0.
1.0. Mi-
litare.

© si

Si etiam propter pecuniam, prætermisit aliquam iusticiam facere, quia illam restituere tenetur.

Si, in quantum potuit non obuiuit malis, & damnis proximi, cum potuisset sine sui magno periculo, mortaliter peccauit, & tenetur in solidum.

Si in consiliiis communibus mala, & fraudulenta dedit consilia, propter quæ alicui damnum aliquod subsecutum est, læsis satisfacere tenetur.

Si ipse existens in consilio communitatis, vel principis, ubi aliquod malum deliberatum fuit, quod cedebat in damnum alicuius personæ publicæ, vel priuatæ videlicet de imponendis collectis & similia, si in hoc consensit, tenetur satisfacere læsq, si obuiare poterat, & non fecit, tamen mortaliter peccauit.

Si etiam suo Principi aliquid iniuste agenti pro posse in suo officio non contradixit, vitra mortale, ipse de suo læsis satisfacere tenetur.

Si alicui iura sua, vel bona ex concessione litterarum principis impediuit vel vsurpauit, vt puta, ne creditores possent suos conuenire debitores, vel suas prosequi causas, & huiusmodi, vitra mortale satisfacere tenetur.

Si bona alicuius a principe inique confiscata sibi dari fecit ea retinere, non potest.

Si ex cupiditate lucrandi apud principem intercessit, vt aliquis iniuste condemnatus liberaretur, mortaliter peccauit, impediendo iusticiam.

Si possessiones locorum piorum, aliquibus suis circumuentiombus, paruo pretio in detrimentum ecclesiæ sibi vendicauit, restituere, vel de residuo satisfacere tenetur.

Si etiam alias sibi conuicinas possessiones vsurpauit, adinueniēdo aliquas occasiones, videlicet calumniando veros dominos apud principem, vt sibi eas vendere cogentur, de damnis tenetur.

Si ex adulatione laudabit principem de bono aliquo, quod in eo non erat grauius peccauit.

Si etiam laudauit eum de malis suis, vt pote, de rapina, luxuria, vindicta, & huiusmodi, mortaliter peccauit.

Si principi aliqua persuasit, vt a suis subditis indebitas, extorqueret pecunias, mortaliter peccauit, etiam si princeps non exegisset.

Si ciuitates, vel loca suæ fidei commissa, alicui proditori tradidit, tenetur de omni damno vero domino.

Si non obseruauit, quæ obseruare iurauit, mortaliter peccauit.

Si emit officium aliquod, aut super illud mutuas dedit pecunias aliquas, aut pro alijs in hoc mediator, vel sequester fuit.

Si debens soluere de pecunia domini, aliquid pro hac re extorsit, videlicet tantum pro ducato, si salariatus erat, illud acceptum restit vere tenetur, alias non.

Si, quos inuenit nocte contra statuta, non puniuit propter amicitiam, grauius peccauit.

Si non accusauit, quos tenebatur ex officio, quia si ex iuramento tenebatur, mortaliter peccauit, alias non.

*vt Pan.
in c. cum
nos, de
his qua
fiunt.
vt extra
de refer.
lib. 6.*

*vt extra
de iniu.
c. 5. cul-
pa.*

A G I V E V B R O P R I V A T O S I C Q V A E R E .

Cap. XXXVII.

SI etiose sine vilo profus bono exercitio vixit, male vtique fecit, quia otiositas est hominis sepultura, quæ vndique foetorem exhalat teterrimum, & ideo tales projicientur in tenebras.

Si filios, familiamque totam similiter sine aliquo bono exercitio viuere permittit, quia graue peccatum est.

Si etiam eorum mala opera, & vita non castigauit, grauitè peccauit.

Si ipse ad taxillos, charasque, seu scachos quotidie quasi ludit.

Si per plateas, apothecasque tempus suum consumpsit, & ibidem verba detractoria, & luxuriosa, atque mendacia innumerabilia euomit, ibidem sedendo, tibias commouit, & similia mali exempli opera faciendo, acerrime reprehendendus est.

Si domi quotidie degens, familiam suam clamoribus, & verbis fastidiosis perturbauit, vt multi facere contueuere.

Si in comessationibus, & ebrietatibus, & dormitationibus superfluis se infecit, atque in talibus bona sua inaniter consumpsit, grauitè peccauit.

Si turpes luxurias, & concubitus ab vxore exegit, mortaliter peccauit, & toties, quoties, vt dictum est supra.

Si verba protulit domi in honesta cum scandalo familiæ suæ.

Si legit potius vana & inhonesta, quam diuina, & morigerata.

Si alijs voluit prædicare, docere, quæ ipse agere recusauit.

Si se de pluribus iactauit, quæ in eo minime sunt, aut vniquam facere.

Si ex auaritia vxorem ducere recusauit, sed magis aliorum vxores tenuit & suas pedisse, quas violauit.

Si suis colonis, & alijs pecunias cum aliquo beneficio suo tacito, vel expresso mutuauit, vsuram commisit, secus, si auxiliij gratia, non lucri, ad fecisset.

Si rusticis bladum seu fruges, quando vile erat, mutuauit accepturus tantundem, quando esset carius, vsuram commisit, si id solum lucri causa fecit.

Si rustico pecunias accommodauit pro blado, vel alia re simili, seminando in agro proprio, accepturus immoderatos prouentus, satisfacere tenetur de iustitia, sed in hoc prudenter intellige bene conuentiones inter eos licite factas.

Si suos colonos indebite aggrauauit vecturis scilicet, & alijs seruitijs, vt multi per sepe faciunt, quia satisfacere tenetur.

Si eorum filias, vel sorores, aut vxores multis promissionibus decepit, vel alijs modis seduxit, quia eis de pudicitia sublata tenetur satisfacere.

Si equos suos & alia animalia super communi prouentu depascere, vel nutriri voluit sine alia recompensatione sui coloni, satisfacere tenetur.

Si etiam porcos, pullos, anseres, & pauones, aut anates, vel alia similia expensis sui coloni nutriri, voluit, magnam iniustitiam commisit.

Si aucupando, vel venando, quotidie per aliorum blada cum equis pertransiit, & eorum semina conculcauit, grauitè peccauit, & tenetur ad restitutionem.

*Note
hanc vsu
ram.*

Si colonos, & famulos suos diebus festis, sine auditione missæ hinc inde transmissit; mortaliter peccauit, si sine magna necessitate id fecit.

Si decimas, vt tenetur, non soluit integre, mortaliter peccauit: & est excommunicatus. *sess. 25. cap. 12.*

*Nota
hanc v-
suram.*

Si emit bones, vel oues, aut porcos à pauperibus quos sciebat, vel dubitabat, non habere, atque ita eos non extantes eisdem insolidum, aut pro annua pensione locauit vsuram fecit.

Si etiam scienter fructus terræ emit ab illis, maximè qui terras minime habebant, vsuram commisit.

Si alia ad socidum dedit capitali omnino saluo, vsuram fecit.

Si pecuniam apud campforem, vel artificem posuit non intendens, nisi de lucro tantum participare vsuram commisit, secundum omnes.

Si pertractando aliorum bona, vt pote communitatis, hospitalium, oupilorum, non iuste, & fideliter egit, mortaliter peccauit, etiam quasi de leui culpa.

*In 4. d.
15.*

Si pecunia sibi pro aliquo bono, vel vtili reip. data, in suam vtilitatem impendit, aut sibi retinuit, vltra peccatum, duplum restituere tenetur.

Si exigendo aliquas luæ communitatis collectas aliquid sibi retinuit; vltra mortale, secundum leges in duplum satisfacere tenetur.

Si aliquod pignus accepit, & illo in sui vtilitatem vsus fuit vel alteri accomodauit sine voluntate domini, furtum commisit.

Si aliquod extruxit ædificium in damnum, & iacturam vicini sui, videlicet priuando domum alterius lumine, aut alterius venas aque amputauit, siue supra alterius murum ædificauit, & similia, satisfacere tenetur, aliter mortaliter peccat.

Si columbaria, sine pastura in damnum aliorum tenuit, male fecit, vt dictum est supra.

Si canes, vel animalia educauit, quia anseres, & porcos, & agnos pauperum occidunt, ad damni æstimationem tenetur.

Si existens administrator, vel rector alieuius loci pij. non prouide eorum bona, & iura gubernauit; & rexit, aut prouentus illius, quibus debuit, non dispensauit, mortaliter pec. vt dictum est supra.

Si de bonis eorum locorum piorum inventarium non fecit, & maximè, si super hoc, iuramentum sibi præstitum fuit, peccauit.

Si prouentus ipsorum locorum piorum in proprios vsus conuertit, male vtique fecit, quia nullatenus licet, & de damnis tenetur.

*Vtriq.
4. c. Quis
subque.*

Si propter negligentiam suam, bona, & iura ipsorum locorum deperdita sunt, magnum peccatum commisit.

Si ex sui negligentia collapsæ sunt domus, & ipsorum ædificia, vltra peccatum, tenetur satisfacere.

Si ex tali administratione aliqua vnquam à pauperibus accepit munera, male fecit, & in aliquibus locis est excommunicatio contra tales.

Si extitit æstimator patrimoniorum civium suorum, vel districtualium, odio, vel inuidia, aut dolo plus minusue æstimando, proximum, vel temp. damnificauit, mortaliter peccauit; & de damno satisfacere tenetur.

Si in ponendis collectis, vel oneribus ciuitatis, aliquem plus iusto grauauit, vltra mortale, satisfacere tenetur.

Si exi-

Si existens elector gubernatorum ciuitatis, aliquem ex odio nominauit, sciens eum legitimam habere excusationem, & si hæc fecit, vt haberet causam eum vexandi, vltra mortale, tenetur ad omnes sumptus litis, quos fecit in causa illius appellationis, & hoc est secundum leges.

Si existens in consilijs communitatis, consensit alicui malo, vel dedit fraudulentum consilium, grauiter peccauit, & læsis satisfacere tenetur.

Si bona communitatis suæ dissipari permittit, aut inutilibus commissionibus expendi, male fecit.

Si partialis fuit, & cum partialibus se commiscuit, aut de partialibus libenter audiuit, quia grauissimum peccatum fecit.

Si nouitates bellorum, & alia noua libenter audiuit, & in his confabulationibus tempus contriuit.

Si accepit vxorem vsurarij vel raptoris filiam, quos sciebat nihil præter vsuras habere, quia ipsam dotem sic acceptam restituere tenetur, non autem vsurario, sed creditoribus.

Si ipse vxorem suam in fraudem creditorum dotauit, satisfacere tenetur alias, tam vxor, quam ipse, fur est, & latro.

Si decept, vel fraudauit fratres, aut nepotes suos de bonis paternis.

Et de multis alijs ciues interrogare poteris, prout tibi videbitur.

A M E R C A T O R E A V T E M I N Q V I R E S I G.

Cap. XXXVIII.

SI aliquas mercantias Mauris, siue Turcis sine licentia Papæ misit, excommunicatus est; aliqua tamen communitates super his licentiam habent.

Si principaliter propter auaritiam, & diuitiarum congregationem negotiatus est, mortaliter peccauit, & maxime, si in lucro finem posuit, & lucrari intendit per fas, & nefas.

Si cum alijs mercatoribus conuenit, ne tales res, vel merces minore venundentur pretio, quam inter eos conuentum sit, & si pretium illud sit excessiuum, prohibitum est, etiam secundum leges.

Si merces maiore pretio vendidit, quam valebant; non tantum ex eo, quod ei terminum fecit, sed quia eidem aliam pecuniam mutuauit, mortaliter peccat vsuram commisit occultam.

Si ad terminum vendidit, & excessiuum pretium exeesit, maxime propter dilationis terminum, vsuram commisit.

Si carius in eodem loco, & die vendidit, quam emit male fecit.

Si ab ignorante res emit multo minore pretio, quam valebant, si scienter hoc fecit, mortaliter peccauit, & satisfacere tenetur.

Si pecuniam artificio ad exercendum dedit hoc pacto, & intentione, vt in omni euenta capitale sit saluum, & aliquam lucri partem haberet, vsuram commisit.

Si cum aliquo aliquid fecit barattum, & sua multo magis appetiuit, quam quæ erant alterius: iniustitiæ crimen commisit, & mortaliter peccauit, nisi, & alter eandem sibi iniustitiam fecisset.

Si so-

*ut extra
de Iude-
is c. ad li-
berandã*

*Nota
hanc pe-
riculosiss-
simã vs-
uram.*

*Vt in o-
plerisque
14. q. 3. j*

Si socius in communi societate deceptus, retinens sibi aliquod lucrum, mortaliter peccauit, & satisfacere tenetur, nisi certus fuisset de illorum deceptione.

Si in rebus societatis non ita diligens fuit, sicut debebat, grauiter peccauit.

l. q. 1. no
num.

Si exercuit mercaturam, quæ de sui natura illicita erat, non excusatur à mortali, quia, quæcunque peccata eius mercaturæ occasione facta, eidem adscribuntur.

Si fraudauit, vel defraudari fecit iustas gabellas, & pedagia, dicens, vnam rem aliam esse, vel aliud esse pondus, & similia, quia, vltra mortale, de omni satisfacere tenetur, si gabellæ tamen erant iustæ, vt dictum est.

Si falsas impendit monetas, mortaliter peccauit.

Si illas rotondit, quia vltra mortale, in maximam incurrit pœnam, videlicet vltimi supplicij, vide Pium Quintum, Cum nihil, & Constitut. Regni Neapolit.

Si aliquam fraudulentam fecit securitatem, peccatum est, affecurando autem merces per mare, vel per terram, si aliquid inde recipit, non est malum, quia se periculo exposuit.

Si fraudem in ponderibus, & mensuris fecit, mortaliter peccauit, & satisfacere tenetur, aut amore Dei erogare.

Si pro rebus acceptis, suis creditoribus in termino, & loco non soluit suum ad interesse tenetur.

Si suis mercenarijs mercedem laborum suorum reddere distulit vltra terminum suum, aut eis aliquid de pretio conuento subtraxit, vel eis aliquid falsum dedit, satisfacere tenetur.

Si eis non dedit pecunias, vt promiserat, sed pannum, sericum, vinum, bladdum, & similia, illicite egit; maximè si contra eorum voluntatem, & damnum id fecit.

Si mercaturam exercuit diebus festis, mortaliter peccauit, nisi fuissent nundina: quia tunc audita missa, licet, cum licentia tamen Episcopi.

Si diebus festis ratiocinia fecit, vel fieri mandauit, aut literas multas scripsit, & nuntios vltro, citroque mandauit, mortaliter peccauit; nisi magna fuisset debitorum necessitatis.

vt 42. di
sin. cap.
non oportet.

Si in loco sacro emit, vel vendidit; male vtique fecit, cum omnino si prohibicum.

Si negociando vsus fuit mendacijs, periurijs, iuramentis, & deceptionibus, quia in casu iuramenti semper est mortale, & alijs vero aliquando est mortale, & aliquando veniale.

Si propter lucrum scienter se morti periculosæ exposuit, mortaliter peccauit.

Si pecuniam aliquando sub nomine depositi accepit in responsum, depositando sex pro centenario, & inde ipse ex illis lucratus est in malis contractibus decem, & plus pro centenario, duo commisit mortalia, vnum in mutando, & aliud in vsura accipienda.

Si existens in aliqua ciuitate omnes inarravit, vel emit illius ciuitatis mercaturas, vt puta aromata, cottonum, bombicem, lanas, sericum, ceram, & similia, ex eo quod audiuit, similes merces illuc venientes esse demeritas, grauiter

niter peccauit, & secundum leges, exilij pœna multandus esset.

Si res raptas per mare, vel per terram emit, restituere tenetur.

Si scienter malorum contractuum mediator fuit, mortaliter peccauit, & ipse de suo læsis satisfacere tenetur.

Si in alijs contractibus mediator fuit, puta vendendi domos, agros, pannos, animalia, & similia, & emptori, ac venditori male consuluit, tenetur satisfacere.

Si etiam matrimoniorum mediator fuit, & multa ibidem mendacia in præiudicium alterius partis dixit, mortaliter semper peccauit.

Si se ad partes longinquas per multum tempus absentauit, & vxorem, iuuenem dimisit, non videtur excusari à mortali propter priuationem prohs, ac quia vxori occasionem adulterij præstitit.

AB ARTIFICE ET MECANICO. Cap. XXXIX.

SI fecit autem omnino illicitam, vt taxillos facere, seruire vsurario, vel piratis in arte sua: aut militi in iniusto bello, vel lenoni in lenocinio, mortaliter peccauit, nec absoluendus est, nisi omnino dimittat.

Si ætificiali quod fecit, quod & ad bonum, & ad malum vsus est indifferens, vt facere balistas, sagittas, lanceas, gladios, venena, & similia, si ea ad malum finem scienter fecit, mortaliter peccauit. Vt 2. q. 1
6. moralium

Si in arte sua mendacia scienter dixit, asserendo se in tali arte esse peritissimum, si ex tali ignorantia aliquem læsit, mortaliter peccauit, & omnino læsis satisfacere tenetur, nisi in modico id accidisset.

Si etiam in arte sua mendacia dixit, si ex hoc intendebat nemini nocere, sed se indemnem custodire, veniale fuisse, sed quando talia in consuetudinem deduxit, mortale peccatum semper est, secundum Host. quia in emptione, & venditione oportet attendere forum publicum: & ideo non licet semper se indemnem seruare.

Si adinuenit modum falsificandi mensuras, vel pondera, & illis vsus fuit, mortaliter peccauit semper, & satisfacere tenetur.

Si humectauit merces, vt ponderosiores essent, mortaliter peccauit, & tenetur satisfacere.

Si aliorum exercitia, vel opera, aut merces diffamauit, vt sua melius venderet, & ad suam apothecam traheret.

Si nouitatem inuentor fuit, & alijs peccandi occasionem dedit, secundum Thomæ grauiter peccauit.

Si aliquem in arte sua decepit, qui videlicet suæ fidei fideliter se commisit, mortaliter peccauit, & satisfacere tenetur.

Si signum alterius artificis nominati sibi assumpsit, cum ipse non esset ita bonus, grauiter peccauit propter deceptionem.

A LANIFICE AUTEM SIC QUÆRE. Cap. XXXX.

SI dolum in arte sua aliquando fecit, non faciendo pannos in sua bonitate, & eos tanquam pretiosos vendendo, satisfacere tenetur.

Si eos

Si eos dedito modo tangere non fecit; aut eorum tincturas sophisticavit, quia, ultra mortem etiam laevis satisfacere tenetur.

Si pannos ultra mensuram artis trahere fecit; & eos pro bona mensura vendidit laeso satisfacere tenetur.

Si caligas, vel alias vestes vendidit de panno non balneato cum magno ementium incommodo, gravissimè peccavit, tum propter datum, tum etià propter ementium perturbationem.

Si vendidit pannos ad tiratorium laceratos, aut male textos, & huiusmodi pro bonis, occultans eorum defectus, quia, ultra mortale, tenetur satisfacere.

Si trahendo lanam ad filandum dedit 13. uncias pro libra; male fecit, & satisfacere tenetur, nisi talis sit mos in loco.

Si dedit laboratoribus solutionem non secundum conventiones inter ipsos factas, vel diminutas, aut dedit panem, & vinum, seu pannum, & similia, aut aliquid decerpit de pondere eorum laboris, iniuste egit, & satisfacere tenetur.

Si in textura pannorum aliam speciem lanæ miscuit.

Si operarijs, & creditoribus suis debita ex mercede solvere distulit.

Si diebus festis lanam laurare, & ad solem extendere, sine magna necessitate, fecit iustas gabellas fraudavit.

AB AVRIFICE ET FABRO FERRARIO.

Cap. XXXXI.

SI vendidit aurum, vel argentum alchimicum pro vero, quia, ultra mortem tenetur damnificatis satisfacere, secundum Thom. verum (secundum quosdam doctores) si posset impendi sine aliqua falsitate formæ, non peccaret.

Si emit alicios sacros non constat, & alios ecclesiasticos thesauros, quia non licet, cum prohibitum sit.

Si emit aliquid furatum, ut annulos, zonas, cingulos, scyphos, & similia.

Si conflavit, vel totondit monetas, quia grave peccatum est, & regulariter mortale supra. c. 38. pag. 94.

Si vendidit lapides anulorum, vel localium falsos pro pretiosis, & bonis, vel aliud in operibus suis occultavit, ut ponderosius esset, quia ultra mortale, satisfacere tenetur.

Si emit lapides preciosos pro vilibus ab his, qui ignorabant, satisfacere tenetur.

Si ipse camporis officium exercuit, quia omnino non licet, quia tale officium exercentes debent deputari, vel approbari à magistratu.

Si in vendendo, & emendo non dedit unicuique suum pondus, vel non servavit iustitiam.

Si cudit monetam sine licentia principis, mortaliter peccavit.

Si monetam æneam, inauravit, vel inargentavit, mortaliter peccavit, & secundum leges multipliciter deberet puniri.

Si de laboribus suis excessivum extorsit pretium, satisfacere tenetur.

Si ad deceptiones, & fraudes multum insudavit.

Si in

ut lo. 7.
l. 8. hoc.

- Si in tonis, & alijs rebus inhonesta sculpsit, quia grave peccatum est.
- Si aliorum artificum opera, vel insignia vituperavit, & sua super aethera extulit, malè fecit, & satisfacere tenetur.
- Si discipulos suos, prout promisit, non fideliter instruxit in ipsa arte, ac eos inhonestè tractavit.
- Si gabellas fraudavit, vel fraudari fecit, mortaliter peccavit, & satisfacere omnino tenetur: nam similes, propter commoditatem occulandi res pretiosas, de facili in hunc errorem saepe cadunt, sed intellige, si gabella sit iusta vt supra dictum est alibi p. 94.
- Si ferrum pro calibe vendidit, cum sit ferrarius, restituere tenetur.
- Si fecit claves sciencer volentibus furari, mortaliter peccavit, & si fur ab restituat, ipse restituere tenetur.
- Si etiam alia instrumenta fecit ad aperiendum hostia, vel cassas, mortaliter peccavit, cum sciret, aut dubitaret de malo.

A TABERNARIO SEU CAUPONE, ET HOSPITE
Cap. XXXXI.

- S**i vendidit unam speciem vini pro alia, & illud cum aqua miscuit, aut novum pro veteri vendidit, vel in eo aliquid miscuit nocivum.
- Si debitas non dedit mensuras, quia & mortaliter peccavit, & tenetur satisfacere.
- Si totum vinum non consignavit gabellis, & si suo iuramento dixit, vao non esse maioris capacitatis, ultra mortale, satisfacere tenetur.
- Si carnes vnius speciei, dixit esse alterius, & comestibilia iam vendita, furum hospitibus subtraxit.
- Si foenum, & bladum, vel hordeum nocte equis subtraxit: vel quid aliud hospitibus subtraxit, vel furatus fuit.
- Si culpa sua perdidit sibi in custodiam tradita: quia, si res requirebant diligentem custodiam, satisfacere tenetur.
- Si diebus festis principaliter propter lucrum vendidit, non curans de missa, nec de alijs diuinis, mortaliter peccavit.
- Si vendidit scienter vinum se inebriare volentibus, mortaliter peccavit.
- Si propter lucrum principaliter tenuit malas feminas, iusores aliearum, latrones, banditos, & ribaldos, ac barros scelerotos, atque eis malè faciendi occasionem praestitit, omnium peccatorum illorum particeps efficitur.
- Si carius peregrinis, & ignotis vendidit, quia praecipue eis prohibitum est, vt extra, de emp. & vendi. c. 1.
- Si hospitum suum non seruaui mundum.
- Si quando fuit in suspitione morbi, propter cupiditatem hospitium viatoribus aperuit, mortaliter peccavit.
- Si viatores ab hospitij aliorum denisuit, vel subtraxit diffamando, vel impendendo eorum hospitia, mortaliter peccavit.
- Si collocauit intener malas foeminas in lectis hospitum, mortaliter peccavit.
- Si equos vitiosos transeuntibus fraudulenter locauit, mortaliter peccavit

*Vi 2. q. 1.
c. Nonum.*

*Nota peccatum vni
gare alieni
si.*

& si propter hoc aliquod notabile damnum subsecutum est conductori, restitui tenetur, ultra mortale peccatum commissum.

Si equum vitiosum, & defectuosum ignoranti emptori vendidit, mercatus rescindere tenetur, & damnum rescindere.

Si equos locavit carius, quam debebat, viatoribus in magna necessitate constitutis, graviter peccavit.

Si equos sibi fideliter commissos male tractavit, aut eos alijs ad nulum locavit, satisfacere tenetur.

A SVTORE QVAERE SIC. Cap. XXXXIII.

Si propter cupiditatem multa promisit facere, quae omnino sciebat perficere non posse, male fecit, & graviter peccavit.

Si pannum, sericum, telam, bombycem, & similia furatus fuit, mortaliter peccavit, & satisfacere tenetur; nisi quid minimum fuisset, vel nisi fecisset pro satisfactione suae mercedis, atque male facit.

Si diebus festis, & eorum vigilijs usque ad mediam noctem laboravit, vel laborare fecit, nisi fuerit maxima necessitas, à mortali non excusatur.

Si in vestiendo mulieres inhonestè se habuit, mortaliter peccavit.

Si in arte sua novas portaturas, & minus honestas adinvenit.

*Ut in ca. consului—
sibi 2. q. 5.*

Si propter ignorantiam vestes detruxit, quia de damno, & interesse damnificatis satisfacere tenetur.

Si aliorum vestes pignora vit, aut alicui accommodavit cum aliquo suo beneficio, satisfacere, & lucrum perceptum restituere tenetur.

Si per errorem alicui vestem alteri dedit, non excusatur, sed tenetur, &c.

Si valde impatiens circa opus suum fuit, & propter hoc lapsus Deum, & sanctos, ac magistrum suum blasphemavit.

Si pueros, quos conduxit, graviter percussit; atque eis inhonesta dixit, & maledixit, ac blasphemavit.

AB AGRICOLIS, ET RVRALIBVS. Cap. XXXXIV.

Si propter damna alijs illata aliquo modo fuit excommunicatus, aut cum excommunicatis scienter participavit.

Si omni anno confessus est, communionem sanctam cepit, ac penitentias sibi iniunctas à confessarijs integrè perfecit, & si scit symbolum Apostolorum, saltem vernacula lingua.

Si diebus festis missam praetermisit, & laboravit, & laborare fecit.

Si confirmatus est, & suos confirmari fecit, quia tenetur.

Si decimas debitas non solvit, & de bonis non dedit, quia mortale peccavit, & potest excommunicari sess. 25. c. 12. vt dictum est alibi.

Si parochio suo inobediens fuit in his, quae Dei sunt, vel ei detraxit, aut eum maledixit, ac comminatus est.

Si de agris vicinorum suorum aliquid furatus est, & maiora furandi intentione habuit, mortaliter peccavit & toties, quoties id fecit, tenetur restituere.

Si sua

Si sua animalia in alienis pratis, & agris ad pascendum misit, aut ea sine custodia emisit cum multo damno proximi sui, quia, ultra peccatum satisfacere tenetur.

Si aliorum animalia, sibi damnum inferentia interfecit, vel intoxicavit venenum dedit, aut graviter vulneravit, quia, ultra peccatum, damni estimationem resarcire tenetur.

Vi ex. de iniur & dam. dat. cap. si lesa rit.

Si nocuit vicino suo per se, vel per familiam suam, frangendo sepes, & succidendo arbores, & nemora: aut aquam furtive nocte auferendo.

Si terminos agrorum mutavit, vel aliquid de agro vicini sui ademit, & suo addidit, quia in omnibus satisfacere tenetur, aliter absolvendus non est.

Si possessiones dominorum suorum non bene tractavit, & eis fructus suos integre non reddidit, satisfacere tenetur.

Si boves dominorum suorum non bene tractavit, nimis fatigando, & de eis curam non habendo, satisfacere tenetur.

Si arbores ex domini sui possessione eius sine licentia succidit.

Si animalia tenens ad socium, non respondit integre de lana, caelo, foribus, & huiusmodi dominis suis; quia, ultra furtum, mortale est, & satisfacere tenetur, nisi res esset modica.

Si de tempestatibus, aliisque flagellis nimium impatiens fuit, & propter hoc de Deo turpia dixit, quia, si deliberare ea dixit, mortaliter peccavit.

Si in laboribus, & cum sementis suis impatiens fuit, semper maledicendo curando, ac blasphemando, & turpia dicendo.

Si testimonium falsum quoquo modo protulit, quia non est absolendus, cum solet esse casus Episcopalis, & omnino satisfaciat, resarciat damnum, si quod illarum est.

Neap. ex. lat. excom. munitio

Si nimium invidiosus fuit, & propterea vicinos iniuste accusare non erubuit, videlicet apud officiales suos, ultra mortale satisfacere tenetur.

Si non gubernavit bene familiam suam secundum precepta Dei, & Sanctae Ecclesiae Romanae.

Si suo sacerdoti appropriavit aliquid dedit pro Missis, penitentia, benedictione nuptiarum, baptismi, & extrema unctione, simoniam commisit.

Si aliquas falsas habuit superstitiones, & non est absolendus, nisi omnino dimittat eas, & alias superstitiones numerandas.

Si conductus ad diurnos labores non fideliter, & solícite, ac diligenter laboravit, sed saepius passavit, & comestiones longas fecit, satisfacere tenetur, licet paucissimi de hoc nunquam sibi conscientiam vllam facere velint.

Nota.

Si serviens alicui magistro aliquid sibi occulte subtraxit, satisfacere tenetur.

Si potius voluit esse mendicus, & miser, quam laborare.

Dist. 41.

Sed, & de eorum rixis, contentionibus, maledicti omnibus, ebrietatibus, luxurijs, choreis, periurijs, iuramentis, innumerabilibusque mendacijs, ac inhonestissimis verbis, cum omni diligentia inquirere debes, quia rusticorum, ut plurimum, vita talibus infecta est, atque de eorum arrogantijs, quia in his impudentissimi, ut plurimum sunt.

§. 1.

Si facta sua communitatis pertractavit, & in his infideliter se habuit quotidie comedendo, & ligandi occasionem semper querendo, ubi, si impedi-

unum, dicit se quatuor impendisse, & si propter hoc sibi bona communicatis usurpauit, satisfacere tenetur.

Si ex culpa sua, ipsa sua communitas in generali, vel speciali damnificata fuit, ultra peccatum, tenetur ipsi communitati satisfacere.

Si sine aliqua necessitate, sed pro factis suis super impensis suae communitatis abiens stetit, ultra peccatum, tenetur ipsi communitati satisfacere.

A DATIARIIS SVB PVBLICANIS. Cap. XXXV.

SI incantauit gabellas, seu datia illicita, malè utque fecit, eo quia de iure diuino, caonicoque, ac ciuili sunt reprobata, nisi ex longa, & probata consuetudine, aut ab Imperatore fuissent probata; quia si tales gabellas exegit, ultra mortale, est excommunicatus & est restituere tenetur.

Si ab ecclesiasticis personis quibuscumque de rebus ad usum suum pertinentibus gabellas exegit, excommunicatus est ipso facto, ut dictum est supra nec potest absolui, nisi facta restitutione secundum sacros canones, iuxta Bullam in Coena Domini.

Si etiam exegit gabellam à laicis de rebus, quas portant pro usu suo, malè fecit, nisi sit approbata consuetudo ad bonum commune.

Si extorsit gabellam de rebus, pro quibus quis soluere non tenebatur: vel exegit plus, quam debuit, mortaliter peccauit, & satisfacere tenetur.

Si contra aliquem falsas, & cauillosas adinventiones adinuenit, scilicet quod datum fraudauerit, quia ultra mortale, tenetur de omni damno.

Si tamen accepit poenam à fraudantibus gabellam non male fecit, modo non acceperit ultra id, quod ius sibi concedit.

Si socios suos aliquo modo decepit, surripiendo furtiue pecunias gabellarum, vel cum mercatoribus de aliqua quota conseniendo, periurus, & falsarius est, & satisfacere tenetur.

Si exegit denariorum carnis, salis, aut huiusmodi ab exemptis, & multis magis a regularibus mendicantibus, quia ultra mortale, efficit excommunicatus, & tenetur ad restitutionem. cap. quamquam de cens. lib. 6. & Pius V. Dum ad verberes.

Si existens depositarius pecuniarum gabellae non fideliter in omnibus se habuit, ultra peccatum, satisfacere tenetur.

Si malos strarios, seu custodes posuit, qui impedimenta transeuntibus inferre, aut grauius peccauit cum talia sibi nota erant.

A IUVENIBVS TAM FOEMINIS, QVAM MARIBVS vsque ad adolefcentiam. Cap. XXXVI.

SI missam, & praedicationes, & alia diuina officia diebus festis, cum potuit, non libenter audiuit.

Si diebus festis, tempus in locis lasciuis, multisque peccatis, & lasciuio omnis generis, contriuit.

Si in ecclesia sacrisque locis placiuuit, aut aliquid inhoneste egit.

Si alij

Si aliquem percussit clericum, etiam in prima confusa constitutum, excommunicatus est; & percussio fuit levis absolui potest de licentia Episcopi; nisi si ipse à clerico primum percussus, ad se, suaque defendenda repercussisset, quia tunc non fuisset excommunicatus. Ex eodem provocatus non est excommunicatus, sed peccauit percutiendo, & tamen vim vi repulit.

Si aliquod monasterium monialium sine licentia aliquando ingressus est, in excommunicationem incidit. Qui vero cum licentia ingrediuntur, sed extra casus urgentes, ac necessarios incurrunt in excommunicationem referuatam Papæ Gregorij XIII. ubi gratiæ.

sess. 25.
cap. 5.

Si ex mala corruptela scienter iurauit falsum, vel periurauit, & mentitus est aliquem; semper mortaliter peccauit.

Si nullam veritatem in os suum permittit sibi inueniri, & innumera cum iuramento dixit mendacia, toties, mortaliter peccauit, ratione iuramenti.

Si blasphemauit Deum, vel Sanctos, aliasque inferiores creaturas, se etiam seipsum, & magistrum, & parentes suos quoscumque, quia ista etiam in paruulis sunt mortalia, nisi surreptio excusaret, aut quid huiusmodi.

Si non honorauit parentes suos, auos, patruos, & magistros suos, & alias antiquas, & honorabiles personas.

Si rebellis, & inobediens, ac contumax contra omnes fuit, & maxime, materiam, auam materteram, &c. mortale per sepe est.

Si superbe nimis contempsit prædictos, & noluit obedire, mortale fuit.

Si in scholis, alijsque locis insolens, & rixans, & erga socios contumeliosus fuit.

Si malorum reportator fuit, illum dure reprehendere debet.

Si alijs detrahit, vel detractores libenter audiuit.

Si inuidus, vel gulosus, & in victu inordinatus fuit.

Si cum lapidibus, vel niue, vel alijs rebus aliquem molestaui.

Si legit libenter, vel audiuit libros inhonestos, & prohibitos.

Si luit chartis, vel crallis, aut pugnis, vel lapidibus, & huiusmodi, grauius peccauit, & si his aliquem vulnerauit, vel percussit, mortaliter peccauit.

Si semetipsum sapius in multis periculis mortalibus exposuit, videlicet, narando in locis periculosis, & equos furiosos equitando, & similia, mortaliter peccauit.

Si venando porcos, vel alias feras, ad quandam sui ostinationem, etiam se mortis periculo exposuit, & in his venationibus aliorum sata conculsauit, vel vastauit, & agrorum sepes destruxit.

Si aliquod carnale peccatum per se, vel cum pueris, aut puellis commisit, aut ipse in eodem patiens fuit, peccatum mortale fuit.

Si alicuius puella, vel plurimum amorem philocatus, seu captus fuit, & amavit, & quæ into tempore, idem die de puella, & si causa procandi, ubique persecutus fuit eam si andalo, & eam impudice concupiuit.

Si eam verbis, literisque, ac nuntijs, vel munusculis sollicitauit, & nocturnis temp oribus ad eam cum periculo viam suam accessit, & serenatas, & maginatas, eidem fecit.

Si de

- Si de ea velotypus fuit, ac eam ob rem alios odit, & eosdem detrahit.
- Si cum ea loquendo verba impudica sepius dixit, vixit ad peccandum inducere possit, semper mortaliter peccauit.
- Si eam exosculatus fuit, ac alios tactus inhonestos circa illam exereuit, quia semper mortaliter peccauit.
- Si donaria multa, corrupta intentione, obtulit.
- Si ob amorem illius vestem mutauit virilem, vt eam facilius alloqui posset, mortaliter peccauit.
- Si his de causis tempus perdidit, multum per plateas, ali aque loca giro-nagando, procando, & multa inhonesta, & detestabilia facinora quotidie dicendo, & faciendo, an tanquam insensatus, vbique clamando, multa damna, & impedimnta alijs inferendo.
- Si promisit alicui adolescentule eam, ne scientibus parentibus, se accipere vxorem, & si clandestine per verba de presenti contraxit.
- Si multa vota emisit, quæ non impleuit.
- Si se fecit ianuam, seu macharam cum molestia, & malo exemplo multorum, & si induit se habitu religioso, & prædicando, vilipendit sacram scrip turam.
- Si multas fecit incantationes, & auguria.
- Si impressit in terra, vel in lapide humi posito signum crucis, quia male fecit & grauissima poena esset puniendus.
- Si noluit aliquid addiscere, vel operari, & nimium fuit negligens ad orandum mane, & sero, & si nimium in lecto stetit.
- Si imprecatus fuit mortem, vel aliquod malum patri, matri, aut sororibus & fratribus.
- Si comminatus fuit percutere patrem, & matrem, & eis verba probrosa petulanter respondit.

Malum est etiam cruce de pingi, vbi nungi solet.

AB ECCLSIASTICIS PERSONIS, ET PRIMO, A Clericis in communi. Cap. XXXVII.

- S**I est irregularis, & quando vel quomodo incurrit.
- Si est suspensus, & in quibus casibus incuratur in eam: de quo videatur summissæ.
- Si recepit ordines simoniacè, vel à simoniaco.
- Si recepit ordines in peccato mortali.
- Si executus est ea, quæ sunt ordinis, in peccato mortali.
- Si existens excommunicatus, vel interdictus, aut suspensus ministravit.
- Si non portauit tonsuram, vel habitum, Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. Quia vero, & Abb. inquit, clericum non deferentem tonsuram, mortaliter peccat, si quis de vita, & hon.
- Si immiscuit se negotijs secularibus.
- Si exercuit inhonesta clericatus.
- Si non est debite litteratus, vide Conc. Trid. sess. 23. c. 5. & seq.
- Si fuit ordinatus ante ætatem debitam, pro quo vide infra lib. 4. c. 18.



Si di.

AB ECCL. ET CLERIC.

Si dimisit horas canonicas dicere, de quo vide infra lib. 4. cap. 3.

Si dicendo eas, voluntarie se occupavit in aliquo alio.

Si non benedixit mensam, nec gratias agit post cibum.

Si exercuit officium ordinis sine debitis paramenti, vel modis.

Si celebravit in ecclesia polluta.

Si celebravit tempore interdicti.

Si celebravit ad faciendâ maleficia.

Si celebravit non ieiunus.

Si in altari execrato, vel nimis parvo, aut non consecrato.

Si plusquam semel in die.

Si cum hostia, vel vino corruptis.

Si cum eua gatione mentis, & aduertens non redijt ad se.

Si ante diem, aut si post nonam, vtrumque enim mortale est: si notabiliter ecedatur secundum Doct. vide Conc. Trident. sess. 22. cap. Quarta. §. postremo. hunc tamen casum nuper in tractatu de tempore horarum canonicarum, vir pius, ac doctus collega meus in congregationibus super Rituali Romano edendo, coram amplissimo Card. a sancta Severina Iulio Sanctorio viro non modo exemolaritate vitæ conspicuo, sed & omnigena scientia ornatissimo, Marcellus Francolinus cap. 39. dilucide tractavit.

Si existens in aliquo notorio delicto.

Si habita pollutione celebravit eodem die, & maxime quando ipse causam dedit; si tamen esset contritus, & obedientia, aut dies festus vigerent, non peccaret.

Si promittit alicui dicere missas, & non dixit.

Si existens bigamus portat confuram, se si. 23. c. 17.

Si cohabitavit cum feminis, cum periculo peccandi, aut cum scandalo, aut sine licentia Episcopi.

Si celebrando non consecravit.

Si dimisit aliquod ex vestimentis ad celebrationem necessarijs, vel usus est non benedictis.

Si nimiam habet conuersionem cum mulieribus.

Si participavit cum excommunicatis in diuinis, aut alias: & intellige de excommunicato nominatim, aut percussore nototio clerici.

Si fuit falsarius litterarum Apostolicarum.

Si sepeliuit interdictos, excommunicatos, vel vsurarios publicos in loco sacro, aut mortuos in peccato mortali notorio.

Si vsurarijs manifestis alienigenis domos concessit ad foenus exercendâ.

Si ante mediam noctem horas diei non recitavit potens recitare: quia præter mortale, tenetur ad restitutionem fructuum ad rata in omissionis.

Si celebravit antequam dixerit marucinum; quia mortale peccatum est, iuxta communem sententiam.

Si nimis raro Missam celebravit; nam hodie singulis saltem diebus Dominicis, & solemnibus debet quilibet sacerdos iuxta præscriptum Conc. Trident. sess. 23. cap. 14. Missam celebrare: sed ne errandi ansam præbeas, non hinc colligas die Ioui sancto, quantumcumque solemnissimo licere cuilibet priuato Missam celebrare (qui quid dixerit Nauarrus, quem fundatis rationibus confutauit per doctus Marcellus Francolinus Tract. de temp. hor. (an.)

Nauarr.
Marcell.

Sub,

con.) quia id facere non licet. Quare amplius. Cardia. Iacobus Sabellius VI
 carius S. D. N. Pape, ac supremus in sacro tribunali Sanctæ Romanæ Eccle-
 siæ, & vniuersalis inquisitionis, vir quidem prudentia clarus, pietate, ac eru-
 ditione admodum pollens, dominique meus, ac patronus intimus aliquan-
 do Romæ prohibuit, ne iuxta veterem consuetudinem, plures quam vna
 Missa in singulis Ecclesijs, seu templis celebrentur feria 3. Cœn. Domini.

A BENEFICIATIS VLTRA PRÆDICTA INTER- rogatur de infra scriptis. Cap. XXXVIII.

Vide cap. 13.
 131.

SI obtinuit beneficium per simoniam, vel per preces carnales, aut aliud
 turpe, *sess. 24. cap. 14. & 18.*

Si est indignus propter litterarum ignorantiam, vel aliud canonicum
 impedimentum, pura, quia infamis, irregularis, corpore viciatus, & huiusmo-
 di, quia sic, cogetur resignare in manibus valentis accipere resignationem,
 quoad imperitos, *vide sess. 21. cap. 6:*

Si obtinuit beneficium, non intendens clericari.

Si permutauit beneficia sine auctoritate.

Si renuntiauit beneficiis simoniace, etiam si in fauorem tantummodo, id
 eorum ordinario fecerit: solus enim Pape id potest.

Si non fecit residentiam in beneficio suo curato, quia est mortale, *secun-
 dum Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. §. eadem & tenetur restitutionem.*

Si habet plura beneficia, quorum vnum sufficeret ei, iuxta Concil. Trid.
sess. 24. cap. 17.

Si fecit quatuor partes è fructibus beneficij.

Si impendit fructus beneficij in vltus inhonestos, non tamen tenetur ad re-
 stitutionem, prout nouissime scriptis non minus vere, quam docte clarissimus
 dominus meus Marcus Antonius Columna Archiepiscopus Salernitanorum.

Si male tractauit ecclesiasticam, & eius ædificia.

Si vasa, & paramenta ad diuinum cultum tenet immunda.

Si alienauit bona ecclesiastica, quæ seruando seruari poterant, sine legit-
 ima causa, & debita solemnitate.

Si matrimonio clandestino interfuit.

Si ministravit sacramentum matrimonij, vel benedictionem parochianis
 non suis sine licentia, quia est suspensus: idem dic, quamuis esset parochus
 mulieris, si tamen in aliena parochia fecit, *sess. 24. c. 1.*

Si benedixit secundas nuptias ex vtraque parte, vel etiam ex altera tantum.

Si aliquid exegit ministrando sacramenta, vel cognatos, & affines de bo-
 nis beneficij ditare intendit, vel manum in alienam messem extendit.

Si locauit sub annuo censu vices suas alteri.

Si induxit ad vouendum, vel iurandum, de eligendi sepultura in sua ec-
 clesia.

Si obtinuit beneficium, sed non facta publicatione in ecclesia intra tantum
 temporis, quia collatio, & inde secuta sunt nulla, iuxta constitutionem, Pij
 V. incipientem, Animo:

Si leges, vel physicam audiuit, sine licentia Pape Romæ tamen potest au-
 dire leges sine licentia ex indulto Leon X.

Si ha-

Si habens eligere, non elegit meliora.

Si male administravit bona ecclesiastica.

Si professus est fidem catholicam coram Episcopo, vel eius vicario intra duos menses à die possessionis beneficii, *sess. 24. cap. 12.* Alias fructus suos non faciunt: canonici autem Ecclesie cathedralis bis facere tenentur.

Si beneficium accepit ante legitimam ætatem, quia collatio esset nulla, & tenetur ad restitutionem fructuum.

Si prædicat diebus festis cum sit curatus, vel si in eisdem omittit dicere missam, *sess. 23. c. 1. sess. 5. c. 2. sess. 22. c. 8.* & satisverit sermocinari intra Missarum sollempnia, quoad vero missæ frequentationem, vide *sess. 23. c. 14.*

A P R A E L A T I S H A B E N T I B V S I V R I S D I C T I O -
nem, maximè Episcopi, ultra prædicta interroga-
tur etiam. Cap. XXXIX.

Si electus non se fecit consecrari, prout iura statuunt, nam si intra tres menses id non fecerit, tenetur ad restitutionem fructuum: si intra sex tunc sunt ecclesijs ipso iure privati.

Si non correxit publicos criminosos, *sess. 22. cap. Quanta.*

Si posuit indignos in officio, vel beneficio, *sess. 7. capit. 7.*

Si fuit nimis pompotus in ornatu, & huiusmodi, *sess. 25. cap. Optandum.*

Si indebite dispensavit in votis, *sess. 22. cap. 18. & ultra loquitur.*

Si in alijs rebus idem fecit, attendi enim debet legitima causa.

Si aliquid exegit pro licentia eundi ad studia, aut huiusmodi.

Si contulit ordines indebite, quibus non debebat vel quando, vel non modo, quo debebat.

Si non examinavit ordinandos, sed ordinavit indignos, debet enim ultra Archidiaconum, aut Primicerium, aut huiusmodi, sibi asciscere alios viros prudentes, ac peritos, qui ordinandos examinent super ijs omnibus, quæ continentur in Concilio Tridentino *sess. 23. capit. 7.* & minores ordines hodie conferri non possunt, nisi clericis latinam linguam intelligentibus.

Si sacramentum confirmationis non tenuit ex notabili negligentia, videtur mortale.

Si chrisma, & oleum sanctum non consecravit in Coena Dñi omni anno.

Si non fecit consecrationes ecclesiarum, altarium, & vestimentorum, quibus debuit, est graue peccatum.

Si non visitavit singulis annis, aut saltem secundum quoque anno, si sit lata, suam dioecesim, *sess. 24. c. 3.*

Si non deputavit in ecclesijs cathedralibus, & conventualibus, viros ad prædicandum, & audiendas confessiones, prout iura statuunt, & Concil. Trid. *sess. 2. cap. 8. de prædicatore, & cap. 8. quoad Penitentiarium doctorem, vel licentiarum.*

Si ordinavit subdiaconum, qui nescit officium, videtur enim mortale, secundum Angelum, & Siluestrum, quia eadem die tenetur ille initiatus recitare septem horas canonicas: ergo debet edicere modum recitandi.

Si non

Vide Con-
cil. Trid.
Sess. 23. c.
2.

Si non est vsus linteis; si tamen non erat religiosus.

Si non seruauit, aut non seruari fecit canones, sess. 25. c. 18.

Si contulit beneficia simoniace, pro qua re. vide etiam extrauag. Pij V. quæ incipit. Cum sicut.

Si plura contulit vni, præcipuè curata, aut alias incompatibilia. Hodie enim decisum est sess. 24. cap. 17. (quod quidem est nouum; conforme tamen doctrinæ theologorum) quod non liceat nisi vnum beneficium simplex singulis conferri, nisi in casu non habendi copiam honeste vitam sustentandi.

Si ratione consanguinitatis tantum ea contulit: aut si contulit eis beneficia, aut officia resignata: quia in hoc secundo casu collatio irrita esset per extrauag. Pij V. Cum sicut.

Si non prouidit de beneficio illis, quos ordinauit, si illi non habeant patrimonium: sed hodie non nisi dispensatiue ad titulum patrimonij possunt clericici ad sacros ordines promoueri, Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. & tunc talis redditus, qui ad vitam sustentandam satis esse debet, alienari non potest, nisi, vt ibi.

Si visitando accepit munera ipsa, vel aliquis de suis, aut sibi non prouidit de equitatum de suo sess. 24. cap. 3. tenetur enim ad restitutionem præter alias poenas.

Si poluit in debitas collectas.

Si vsurpauit bona vacantium ecclesiarum.

Si non soluit de ira iuste contracta à suo prædecessore.

Si quæstuariorum pro lucro permisit vagari, quia tenentur ipsi reddere rationem domino de omni malo, & satisfacere subditis de omni damno dato propter hoc, hic tamen non comprehenduntur regulares ordinum medicantium, vide infra lib. 3. c. 16. nu. 8.

Si incerta sibi appropriauit.

Si testamenta, & legata non fecit impleri. sess. 25. cap. 4. & cap. 9. sess. 24. cap. 16.

Si non tenuit bonum, & diligentem Vicarium cum ipse non attendat, tenetur de omni damno.

Si iniustam sententiam dedit, & alia, de quibus interrogantur iudices, vt supra cap. 29.

Si in excommunicando non seruauit debitam formam, aut contenta in Concilio Tridentino sess. 25. cap. 3.

Si diebus festis non interfuit diuinis.

Si exemptos molestauit in debite, mortaliter peccauit, si in aliquo notabili hoc fecit, vide lib. 3. cap. 15.

Si consecrauit corruptam scienter pro moniali.

Si visitauit monasteria monialium, & non fecit, vt seruarent clausuram, etiam in exemptis sess. 22. cap. 5.

Si hospitalarios visitauit, & non fecit sibi reddi rationem, &c. & sess. 25. cap. 8.

Si dedit malum exemplum subditis sess. 22. cap. 7.

Si magistrum tenuit in ecclesia, & fecit in alijs teneri pro pauperibus, & clericis. sess. 5. cap. 1. §. ecclesia.

A CON-

Sess. 21.
cap. 9.

A C O N F E S S A R I I S . Cap. XXXXX.

SI confessiones audiuit non habens auctoritatem, quia ab solutio nihil valeret, & tenetur admonere pœnitentem, si citra graue scandalum fieri possit.

Si abioluit à quibus non potuit, quia nihil valet quantum ad illos casus à quibus non potuit absoluerè, & tenetur admonere pœnitentem, quatenus possit.

Si absoluit vsurarios, aut alios retinentes aliena, sine praua restitutione Si dispensauit sine auctoritate, quia peccauit mortaliter, & dispensatio nihil valet, & tenetur de hac admonere dispensatum.

Si nimis festinanter interrogauit, vel non interrogauit interroganda, & præsertim numerum peccatorum, ac circumstantias necessarias, mutantes species peccatorum.

Si interrogauit, quod non debuit, ex delectatione.

Si reuelauit confessionem, etiam indirecte, & imprudenter.

Si existens in mortali, audiuit confessionem, quia peccauit mortaliter, & non erat contritus.

Si audiuit confessiones principaliter propter lucrum, quia esset simonia

Si habet scientiam debitam ad discernenda peccata pœnitentium, alias graui periculo se exponit.

A R E L I G I O S I S I N C O M M V N I . Cap. XXXXXI.

SI intrauit per simoniam promittendo aliquid pro ingressu, qui a est excommunicatus; per Urbanus V. in extr. sane de simonia. Et ille nouitius, qui suo tempore professurus est, non potest obligari ad relinquenda sua bona monasterio: sed liber est, quoad hoc: nec potest reservare sibi aliquid tanquam proprium: nec conuentum obligare. Quid vero per ius nouissimum statutum fuerit. Vide Concil. sess. 25. de regul. cap. 2. & cap. 16.

Si intrauit laxiorem, habens votum strictioris, non habens super hoc dispensationem, sess. 25. cap. 19.

Si non fuit obediens suis superioribus.

Si proprietarius fuit, quia peccauit mortaliter, & quandiu retinet proprium, viuic in statu damnationis, nec ei prosunt sacramenta, nec iubileæ (etiam si frater conuentualis esse diceretur) iuxta sacros canones. Conc. Trid. & communem doctrinam.

Con. Trid. sess. 25. c. 2.

Si existens superior in monasterio, aut in religione, concessit alicui regulari bona stabilia, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam; quia non excusatur à mortali: cum faciat contra generale Concilium, sess. 25. cap. 2. & hoc idem intellige de monialibus, ac de earum superioribus, & idem dic si concessit mobilia notabiliter superflua, aut ad vsum certum.

D. Ant. 3. par. tit. 10. §. 11. de usu certo.

Si permisit se eligi in Priorem, Provincialem, aut Abbatem, aut titularem sine votis secretis, quia ultra peccatum, electio est irrita, & talis est inhabilis ad omnia officia in religione obtinenda, *sess. 25. cap. 6.*

Si fecit contra votum castitatis.

*D. Anto.
Sotus. Na
uar. & cō-
munis ita
tenet de
officio di-
cino.*

Si officium nō dixit existens professus: quia tenetur sub peccato mortali. Si non servauit alia præcepta regulæ, vel constitutionum obligantium ad mortale.

Si non eligit meliores, dum suffragium tulit.

Si infamauit alias religiones.

Si voluit consentire sine consensu superiorum electioni, de se facta, etiã pro Episcopatu.

Si secreta sui ordinis reuelauit in scandalum ipsius, peccauit mortaliter quia proditor est.

Si in visitatione non reuelauit, quæ debebat.

Si fecit aliquid contra ea, quæ generaliter prohibentur religiosis.

Si recessit à monasterio sine licentia prælati, aut si existens superior admisit aliquem ad professionem ante ætatem legitimam, quia peccauit mortaliter, *cap. constitutionem de regularibus lib. 6. & sess. 25. cap. 15.* aut si dedit licentiam alicui regularium subditorum sibi occulte ferendi habitum suæ religionis. *sess. 25. cap. 19.*

CIRCA CONIVGATOS. Cap. XXXXII.

*Clem. de
off. & cōc.
Trid. sess.
24. cap. 1.
de ref.*

SI contraxit clandestine, vel in gradu prohibito: quia matrimonium, utroque modo esset nullum, per ius nouissimum Conc. Triden. quod quidem, cetera futura matrimonia irrita fore sanciuit.

Si consuauit matrimonium ante benedictionem nuptiarum.

Si negauit debitum vxori petenti rationabiliter, vel sponte reddidit se impotentem.

Si reddidit adulteræ, vel econtrario.

Si cognouit causa satandæ libidinis, vel tempore menstrui, vel tempore imprægnationis, vel diebus festis, vel si traxit vxorem, non ut sociam sed ut ancillam.

Si contra voluntatem vxoris stetit nimis in remotis, causa cupiditatis, vel alias, regulariter enim non debet absolui, nisi &c.

Si non seruauit fidem vxori, vel habet concubinam: & non potest absolui, nisi iuncta concubina.

CIRCA VXORES. Cap. XXXXIII.

SI fuit inobediens viro, vel dedit bona viri contra eius voluntatem, saltem tacitam.

Si non seruauit ei fidem, vel si non habuit bonam curam de filijs, filiabusque.

Si fuit nimis litigiosa, vel vsa est ornatu indebito.

Si pro-

CIRCA VIXORES.

Si procuravit sterilitatē, vel vfa est vanis, & superstitioſis, vt haberet filios
Si procuravit abortum, vel suffocavit parvulū apud se in lecto dormitē.
Si tenuit parvulum in lecto infra tempus ab Episcopo in dictum, quia
præter peccatum incurrit etiam sæpe in excommunicationem latam in
quibusdam dioceſibus.

CIRCA DOMINOS ERGA SERVOS. Cap. LIV.

SI in eis loquendo fuit rigidus, & non placidus
Si mandando, & præcipiendo fuit indiscretus; vel si in remunerando
fuit nimis parcus, vel si in morigerando remissus, vel si in corrigendo,
& castigando crudelis, vel negligens, vel servorum iustas querelas non
audiendo, vel immoderatis laboribus onerando, vel ne cessaria ad salutem
spiritualem, & corporalem eorum non procurando; Idem sentiendum est
de dominabus erga ancillas; & peccant sæpe mortaliter si eorum causa
famuli diebus festis non audiant missam, quia tenentur eas admonere.

CIRCA SERVOS ERGA DOMINOS. Cap. LV.

SI fuit proternus, & inobediens domino.
si fide, & non fideliter servavit; vel si furatus est bona domini, vel si
non bene attendit ad præcepta domini, vel si ea sine dilatione execu
tioni non mandavit; vel si aliquid in necem domini machinatus fuerit, vel
si absque eius licentia matrimonium contraxit, vel in aliquo ipsum de
fraudavit.

CIRCA MONIALES. Cap. LVI.

SI fuit inobediens abbatissæ, vel detraxit, vel conspiravit in eam.
Si suscitavit rixam, vel scandalum in monasterio, vel sit discolor, aut
garrulus.

Si fideliter exercuit officium sibi commissum, vel si tenuit habitum con
tinentis extra cellam.

Si exiit à clausula, quæ hodie per Greg. XIII. restricta est vsque ad por
tam anteriorem monasterij, quia esset excommunicata, & absolvenda per
Romanum Pontificem idem Greg. XIII. in extravaug. Deo sacris.

Si existens Abbatissa, aut Priorissa admisit extra urgentes necessitates
aliquem habentem licentiam ingrediendi monasterium, vt sunt medici, &
plures alij, quia incidit in censuras, & pœnas, Gregor. XIII. extravaug.
Vbi gratiæ.

Si conversationem habeat cum personis suspectis; vel si dedit, aut rece
pit litteras sine licentia Abbatissæ, vel si misit, aut recepit munera ab alijs,
quam à parentibus.

Si regulam, & statuta ordinis non observavit.

Si te-

*Utinam
hodie infan-
tibus quasi
in hoc non
delinque-
rent.*

Si tenuit proprium, quia peccauit mortaliter, & quandiu retinet pro-
prium, uiuit in statu damnationis, nec profunt ei sacramenta, & confessa-
rius peccat mortaliter absoluendo illam, etiam si talis consuetudo uiuen-
di (quæ tamen est corruptela) iamdiu fuisse in illo Monasterio, & etiam
si nomine conuentus possideret, vel teneret aliquid bonorum immobilium
sess. 25. cap. 1. & 2.

Si restitit reformationibus faciendis superioribus de tollenda propieta-
te, aut super victu in communi, ac vestitu, quia mortaliter peccauit secun-
dum Diuum Antoninum.

Si permisit se eligi abbatissam sine votis secretis, quia electio irrita est
sess. 25. cap. 6.

Si existens Præfata Monasterij certiore non fecerit Episcopum, ante-
quam aliqua monialis emitat professionem, quia ultra peccatum, est iurpe-
ta ab officio arbitrium ad Episcopi sess. 25. capit. 17.

Si in officio durauit ultratriennium contra Bullam Gregorij XIII.

Finis primi libri Cathec. Neap. & Placent.



LIBER

91

LIBER SECVNDVS

DE ARTE ET MODO AVDIENDI CONFESSIONES.

Generatim compræhendens omnes; vbi circa decalogum, ac septem vitia capitalia, & item opera misericordiæ, & quinque sensus exteriores.

INTERROGATIONES CONTINENTVR. Cap. I.



Rimum igitur præceptum decalogi est. Non habebis deos alienos coram me, &c. Exodi. 10. Cuius expressio trahitur à Theologis lib. 3. dist. 17. & à sancto Thom. secunda secundæ. q. 121. & opusculo 4. & ab Angelo in sua summa verbo præceptum § 3. Circa quod possunt per confessarium formari huiusmodi interrogationes, quæ sequuntur.

Præceptum. 1.

Si pœnitens adoravit aliquam creaturam, aut (vt sic) direxit ad eam aliquam orationem.

Si adoravit diabolum; etiam sub angelo lucis sibi apparentem; quia est mortale, vt habetur in dist 9 lib 3. & in prædicta summa ver. adoratio §. 10

Si inuocauerit dæmones pactum aliquod cum eis faciendo, ibidem ver. Sors § 3.

Si vsus est negromantia, & chiromantia, & huiusmodi, a. 2. q. 95.

Si vsus est fortibus, vel incantationibus ad scienda furta, & occulta, ibidem vide.

Supra pagina 23. 26.

Si voluerit scire futura per vanum aspectum creaturæ, ibidem.

Si quando occurrens lepori, vel alteri animali, credidit prælagium alicuius futuri ibidem.

Si quando mulier prægnans petit ignem, aut huiusmodi, vtitur ad scienda futura, vide ibidem.

Si ad prognosticanda futura vsus est litteris, punctis, astrolabio, apertione libri, & huiusmodi, ibidem.

Si ad diuinandum aliquid futurum. obseruauerit somnia, vide ibid. §. 5.

Si coluit Deum secundum ritum, & cærimonias Iudæorum, aut gentiliu: vide superstitio §. 1.

Si pro sanitate danda, aut recuperanda, vsus fuerit ligaminibus, aut characteribus; ibidem. §. 1

Si fecit annulū cū panno duplici, aut præciso, tali hora, aut die: ibid. §. 2.

Si vsus

- Si vsus fuit arte notoria, aut eam didicit, aut docuit: vide ibid. §. 3.
 Si vsus est herbis superstitiose contra demones ibi. §. 6.
 Si vsus est breuibus ligandis, vel portandis ad collum superstitiosis ibid.
 §. 7. & secunda secunda q. 96. art. 4.
 Si incantauit animalia: aut commendaui, ne detorarentur ab alijs, & quomodo, ibid. §. 8.
 Si carminauit infirmos, ibid. vide §. 9.
 Si ut quis moreretur, dixit, aut dici fecit missas, vel psalterium: ibid. §. 10.
 Si colligendo herbas obseruauit aliqua vana scilicet tali die, aut hora, &c. vide ibid. §. 11.
 Si fecit aliquid, ut sciret infortunium alicuius, vide, ibid. §. 12.
 Si per vnum maleficium destruxit aliud: vel aliquod malum. ibi. §. 13. & lib. 4. dist. 34.
 Si credidit foeminas ire de nocte, vel conuerti in bruta: vide ibi. §. 14.
 Si habet libros de huiusmodi superstitionibus, vide curiositas. §. 1.
 Si obseruauit dies Ægyptiacos: vide superstitio. §. 5.
 Si dedit poculum, ut amaretur ab aliquo: quia est mortale, neque superstitiose carens.
 Si credidit, quod ex constellatione caelesti cogatur quis ad bonum, vel malum vide Sors. §. 3.
 Si vsus est sacramentis, & sacramentalibus, ad aliquid illicitum, vide sacramentum. §. vltimo.
 Si accepit duellum, vel obulit, vel fuit causa, ut fieret, vide Duellum.
 Si accepit ferrum candens, vel dedit, pro manifestanda veritate, vide purgatio, in principio.
 Si est hæreticus, aut fautor hæreticorum, vide, hæreticus per totum aut: dubius in fide.
 Si apostatauit à fide, aut fecit actum infidelitatis timore mortis, ibidem.
 Si portauit vestes infidelium: vide ibidem. §. vltimo.
 Si nimiam practicam habet cum Iudæis, aut intrauit balneum cum eis, ut de Iudæis. §. 1. & balneum.

**CIRCA SECVNDVM PRÆCEPTVM, QVOD EST, NON
 assumes nomen Dei in vanum (cuius expositionem vide apud au-
 ctiores in suis locis) poterit confessor facere huiusmodi in-
 terrogationes. Cap. I I,**

Præ-
 ceptum 2.

- S**I vota legitime facta non impleuit, vide votum. 1. & 3. apud Angelum de Clauasio.
 Si nimis distulit voti impletionem indeterminati terminari quoad tempus, ibi votum. 3.
 Si, cum tenebatur, non adimpleuit vota parentum ibid. §. 8.
 Si impetrauit voti dispensationem sine causa legitima, ibi votum 4. §. 10. & 11.
 Si fecit votum, sciens, quod non poterat, aut de re mala, vel si de bona, tamen propter malum finem ibi. 1.

Si spe-

Si apostatauit ab aliqua religione, vel ordine, vide apostasia. §. 2.

Si blasphemauit Deum, vel sanctos, vel si maledixit eos, vide blasphemia, & maledictio.

Si nominauit Deum, vel sanctos opprobriose, vel per membra verecunda, sciens, quia mortaliter peccauit.

Si sacramentum ecclesie enormiter tractauit, vel si dedit, aut accepit in mortali, vide §. 10. ver. baptismus.

Si iurauit falsum, quod credebat verum; aut e contrario, vide periurium.

Si iurauit sciens se iurare mendacium, ibi, aut iurauit malum aliquod se facturum, ibi, & iuramento. 3.

Si iurauit sine deliberatione, ibid. §. 2. & 10.

Si iuramento affirmauit dubium vel per verbum, credo, quod non credebatur: periurium §. 3. & 4.

Si iurauit ex metu falsum; aut, contrarietate iuramento, licet non contrafacere ibid. §. 5. & 7.

Si induxit aliquem ad iurandum, quem sciebat falsum iuraturum, vide iuramentum. 3. §. 11.

Si non iurauit ad intentionem dantis, fraudulenter, vide iuramentum. 4.

Si non compleuit iuratum in casu, quo tenebatur, vide periurium. §. 1.

Si fecit se absolui à iuramento sine causa legitima, vide iuramentum. 6.

Si cum tenebatur orare, voluntarie se distraxit, vide horæ. §. 27.

Si simulauit sanctitatem, quam non habebat, vide simulatio. §. ultimo.

Si illicitè adiurauit homines, vel dæmones, aut alias creaturas, vide adiuratio.

CIRCA TERTIUM PRÆCEPTUM, QUOD EST, SANCTIFICARE sabbata, (Cuius expositio habetur, ubi prius) poterit confessorius formare sequentes interrogationes.

Cap. III.

S fecit diebus festis opus manuale, aut fieri mandauit in casibus non concessis, vide, Feria. Præcepti

Si non vacauit deo diebus illis, missam integram audiendo, extra. ca. um necessitatis. ibid.

Si vacauit ludis, aut choreis, vide Chorea, & ludus.

Si contempsit illis diebus audire prædicationem, vide, Feriæ §. 44.

Si non fecit obligationem in missa, ad quam tenebatur, vide oblatio. §. 1.

Si diebus festis de præcepto, commisit aliqua mortalia, vide Præceptum.

§. 1. & feri. §. 36. Et quia difficile esset scire quæ peccata commisit diebus festis; esset quoque difficile interrogare de quolibet peccato, an illud commiserit die festo; ideo potest sic interrogare. Peccasti mortaliter in festis, & si dicat sic; quære ultra ab eo, in quor. s. quitatibus, & si nescit. interroga eum, si quasi in omnibus, vel in maiore parte ipsorum, vel in minore. Et ultra tertio quæratur, si eodem die festo peccauerit aliquando bis, vel amplius; & id sufficit quoad illam circumstanciam temporis:

K poris:

paris: quamquam aliqui dicunt non esse necessariam hanc circumstantiam, sed ad bene esse, quia aggrauat quidem (aiunt) sed non in infinitum, & hæc est vera opinio secundum omnes Thomistas.

CIRCA QUARTVM PRÆCEPTVM QVOD EST. HONORARE Patrem tuum, & Matrem tuam; cuius expositio trahitur ex locis prius citatis, poterit confessarius facere sequentes interrogaciones. Cap. IIII.

Præceptum n. 4.

SI non dilexit Patrem, vel Matrem; neque ostendit eis signa dilectionis, vide filius § 30.

Si non subuenit, eis indigentibus, vel si non seruiuit, vel seruire fecit in infirmitatibus eorum, vel si non obediuit eis, vel si dixerit eis verba iniuriosa, vide ibidem.

Si maledixit eis, vide maledictio. § 1.

Si non fuit executor eorum voluntates, & legatus post mortem, vide Executor. & Heres.

CIRCA QVINCTVM PRÆCEPTVM, SCILICET. NON occidens, quod exponitur, ubi supra. Interrogandus est penitens, Cap. V.

Præceptum 5.

SI habuit animum offendendi proximum in persona, vulnerando, mutilando, &c. præceptum § 9.

Si vulnerauit, vel occidit aliquem, vel occidit, aut verberari fecit ibidem.

Si indebite incarcerat fecit aliquem: vide carcer.

Si abortum mulieris procurauit, vide, abortum.

Si pueros tenellos tenuit iuxta se in lecto, & suffocauit dormiendo. Homicidium. 3.

Si commisit homicidium spirituale, inducendo aliquem ad mortale, vel alias. Homicidium 4.

Si exercuit spectacula, in quibus imminebat periculum probabile, vide spectacula.

CIRCA SEXTVM PRÆCEPTVM SCILICET NON MOEBUBERIS, cuius expositio habetur in præcommemoratis locis, de quibus in primo præcepto, est penitens interrogandus. Cap. VI.

Præceptum 6.

SI commisit fornicationem, vel adulterium, vel stuprum, vel sacrilegium, vel incestum, vel sodomiam, aut quouis alio modo se polluit, vide præceptum § 10. & luxuria.

Si voluntariè, & morosè cogitauit de huiusmodi peccatis, propter delectationem, vide ibidem.

Si co-

Si cognovit carnaliter solutam, quia est fornicatio; si coniugatam, quia est adulterium; si consanguineam, vel affinem, quia est incestus; si cum virgine, quia est stuprum, si eam rapuit à domo parentum, vel alias, quia est raptus; si erat sanctimonialis, aut alias Deo dedicata, quia est sacrilegium; si extra vas debitam, aut cum brutis, quia sic erit vitium inominatum contra naturam, de quibus omnibus, vbi supra.

Si dormiuit cum muliere alterius legis, vel contra.

Si vir aut mulier dixit, vel fecit aliquid finaliter, & directè ordinatum, ab eo in opus carnale, etiam si opus ipsum ad extra non sequatur, vt cum quis inordinate videt, aut tangit mulierem, aut ducit choreas, aut propter hoc inordinate se ornat, aut calida, & exquisita comedit ad id consentientia vel loquitur, aut delectatur in turpibus colloquijs, vel alias,

Si fuit mediator peccatorum carnalium, nam tales grauissime Deum offendunt, vt patet in canoni. de pæn. dist. 1. & tenentur, quantum possunt taliter inductos reducere ad bonum; & debent obligari ad restituendum, quidquid propter hoc lucrati sunt.

Si habuit pollutionem dormiendo ex sua causa, vel in hoc habuit complacentiam; vide Pollutio.

Si voluntarie, & liberate appetijt aliquid prædictorum committere: Pro quo tamen aduertant, noui confessarij, quod iuxta documenta theologorum lib. 1. diuit. 24. toties qui peccat mortaliter, quoties hoc deliberate appetit perpetrare ex diuersis interualis temporum, vel personarum, puta, quia nunc deliberare vnam personam ad moechandum cum ea, postea præpeditus aliam appetit; demum postea recordatus de illa iterum concupiscit eam; quia in his casibus sunt diuersæ auersiones, vel ratione temporis, vel ratione naturæ:

Submonitio valde notanda.

Et quia, vt dictum est, maiore cum cautela procedere habet prudens confessarius circa interrogationes faciendas in vitijs carnalibus, in quibus communiter homines sunt magis inuoluti, quam in alijs; ideo dignum duxi, magis inspecti à signare modum quem in interrogationibus circa huiusmodi vitium prudens confessarius tenere habeat. Si enim præuicinus fuerit persona spiritalis, vel mulier, aut aliquis non coniugatus, & vererendus, præsertim puella, interrogabit eam primo, si commisit aliquod peccatum inhonestatis, vel luxuriz, opere, vel saltem voluntate; si nihil dicit, & tamen videtur confessario ex præcedentibus signis, quod fuerit in aliquo inuoluta, interrogari debet de cogitationibus: si delectata fuerit cogitare de huiusmodi carnalibus; & habito, quod sic, caute innotescendum est ei, quomodo in his contingat mortaliter peccare; de quo. S. Thom. prima 2. q. 72. art. 8. & cancellarius Parisiensis parte secunda. 30. A. & in summa præallegata. cogitatio. S. 2. postea procedere habet, an delectata est audire loqui de huiusmodi, vel videre, vel tangere se, vel aliam personam, & quoties, & si diebus festis magis, quam alijs diebus. Et si confiteatur, quod talia committit, poterit ultra interrogari, si habuit aliquam pollutionem propter talia cogitata, per se, vel cum alia persona; vt sic caute inducatur ad confitendum, quæ ea verecundia forte, non sic pedetentim interrogata taceret. Si vero talis persona fateatur, se aliquod peccatum luxuriz etiam in opere commisit, interrogetur, si cum soluta, an cum coniugata, & si e-

Cautela optima.

D. Tbcm.

rant consanguinei, vel affines, & sic de alijs inducentibus in notitiam species peccati, prout dicitur inferius. cap. 22.

**CIRCA SEPTIMUM PRÆCEPTUM, QVOD EST, NON
furtum facies, cuius expositionem inuenies ibidem, ut supra,
poterunt formari sequentes interrogationes. Cap. VII.**

Præceptū
7.

SI commisit aliquod furtum, aut rapinam, de quibus vide in furto, & rapina. Si pedagia iniusta, aut exactiones, aut talias indebitas exegit vide, Pedagium, & Talia.

Si res naufragantium accepit, vide naufragium, aut si fuit in bello iniusto, vide Bellum.

Vsura
multiplici
ter.

Si inuenit aliquid, quod non restituit, vide, Inuenta.

Si aliqua, mala fide præscripsit: vel si commisit vsuram, vide præscriptio & vsura. Si mutuauit pecuniam, vel granum, vel vinum, vel huiusmodi, vel aliquid inde lucreretur, vide vsura.

Si fructus pignoris non computauit in sortem, vide pignus.

Si emit aliquid viliori precio propter præuentionem solutionis. Vel, si carius vendidit propter dilationem solutionis. vide vsura. §. 58. & §. 63.

Si fecit cambia sicca, vel alias illicita, ibid. §. 51. cum sequentibus, & Pius V. in extrauag. In eam.

Si recepit interesse lucri cessantis in cambijs, quia hodie est prohibitum per extrauag. Pij V.

Si dedit pecuniam in societatem cum lucro, & sine periculo. vide societas. 2. Si accepit aliquod donum ab eo, qui donare non potest: vel per ludum illicite, vide donatio, & ludus.

In multis
casibus re-
netur quis
restituere.

Si accepit aliquid per simoniam, vide simonia.

Si participauit in dando quodcumque damnum proximo, sine operando, sine mandando, vel consulendo, contentiendo, adulando, receptando, defendendo. non obuiando, ratum habendo, non manifestando, de quibus vide furtum, & restitutio.

**CIRCA OCTAVUM MANDATUM, QVOD EST, NON
dices falsum testimonium, cuius expositio traditur in locis alio-
rum, præcedentium præceptorum, poterunt fieri hu-
iusmodi interrogationes. Cap. VIII.**

Præceptū
8.

SI dixit falsum, aut mendacium in iudicio, vel extra in damnum alterius, sui, aut proximi, de quo vide mendacium, & testis.

Si noluit testimonium dicere productus in testem, vel non dixit veritatem pecunia corruptus; vide testis.

Si usus fuit astutia in testificando, vide astutia.

CIRCA

CIRCA NONVM PRÆCEPTVM. NON CONCVPISCES
domum, aut rem proximi tui, quod exponitur locis in primo præcepto citatis, poterit panitens sic interrogari. Cap. IX.

SI voluit habere res proximi per fas, & nefas, vel iniuste vide avaritia, & alijs modis, de quibus supra in septimo præcepto, & infra circa vitium capitale avaritiæ. Præceptū 9.

CIRCA DECIMVM PRÆCEPTVM QVOD EST. NON
concupisces uxorem proximi tui, quod etiam exponitur, ubi supra, poterit fieri huiusmodi interrogatio. Cap. X.

SI inordinate concupiuit uxorem quancunque, quæ non esset sua, & alijs modis, de quibus supra in sexto præcepto, & infra circa vitium capitale luxuriæ. Præceptū 10.

VERSVS UTILISSIMI COMMENDANDI MEMORIÆ AB
omnibus confessarijs, quos quidem D. Thom. crebro in 4. sent. pro auctoritate adducit. Cap. I I.

V NVM COLE DEVM PRÆCEPTVM PRIMVM.

QVI colit extra Deum, aut sanctos, quancunque creatura.
 Articulos fidei negans, si ipemque relinquit,
 Voti transgressor, vel qui mortalia venit,
 Et tardans nimium, speruens implere promissum
 Fine male, vocans, ac per se vota refringens.
 Incantans, faciens fieri brevia, & malefactor.
 Inueniensque, docens, adidiscens, medius extans
 Oras observat qui somnia, fortibus utens.
 Blasphemansque Deum, qui murmurat, aut maledicit
 Vel non posse refert, sed despicit, atque renegar.
 Cibans, ut faciat mala, prauus præterit iste
 Vnam cole Deum, si sic, mortaliter egit.

NEC IVRES VANA PERITVSVM
Præceptum secundum.

QVI cantans, fabulans, truffans, vel turpia dicens,
 Dispiciendo Deum, nominat sanctos, sacra.
 Iudicio iurans mendax, inductor ad illud.
 Periurans, dubium inrans, mortalia iurans.
 Iurans, cumque tamen nolit seruare, promissum.

Perque

Perque crucem, fidem, sanctos, animamque. Deique,
 Adiurans, dicens, mendaciter, atque iocose.
 Et per membra Dei, sanctorum euangeliorum.
 Inducens falsum iurantem quilibet scienter.
 Aduertens frangit. Ne iura vana per ipsum.

SABBATA SANCTIFICES PRÆCEPTVM TERTIVM.

b Videlicet in qua dragesima quia hora vana daret comedit ut ait D. Tho. 2. 2.

QVI non confessus, dimittens, & sacramentum
 In festis missam sine causa, inductor ad illud.
 Qui manuale facit, vendens, & emens non edenda.
 b. Ieiunium frangit, qui tertia comedit hora.
 Impletum die festo peccatum grauius extat.
 Assumens chrisma, sacramentum, vel mulierem.
 Si peccator erat mortali sine ligatus,
 Ecclesie vetito qui contrahit tempore sacro.
 Chorizans, ludens Veneri, mortaliter agit.
 Sabbata sanctifices, violat reus, atque superbus.

HABEAS IN HONORE PARENTES
 Præceptum Quartum.

QVI præcepta Dei contemnit, iussaque legum.
 Vel qui noluerit parere parentibus, atque.
 Alere, si possit, miseros, inopes, & egenos.
 Irridenique patrem, vel matrem, vel maledicens
 Verberat opprobrians, blasphemans, aspere turbans
 Motitur aipernans, Habeas in honore parentes.

NON SIS OCCISOR PRÆCEPTVM QVINTVM.

Occisor corde, verbo, factoque suaser.
 Incitans, & caussans, cupientiq; procurat abortum.
 Verberat, & mandans, faciensue torneamenta.
 Si iudex ceperit, ex sacro limite prauum.
 Sacrilegus factus, ac lædens, vel mutilator.
 Non sis occisor, frangens mortaliter agit.

NON FVRTVM FACIES PRÆCEPTVM SEXIVM.

Si quis furatur, rapiens quoque participantisque
 iussio, consilium, contentus, palpo, recursus
 Participans, mutus, non obstant, non manifestans.
 Recedere cuncta debet, si causa prima fuisset.

Bx ci-

Excipitur mutus, non obstant, nec manifestans.
 Reddere nanque debet nil, ni sint officiales.
 At non in causa primus, pro parte tenetur
 Fortunæ lusor, cupiens spoliare sodalem.
 Ac fraudans ludum, retinens inductor ad illum.
 Hæc dare per danti centebitur, alter egenis.
 Et fraudans iusta pedagia, siue gabellas.
 Lædens mensuras, monetas, fur malus extat.

NON MOECHABERIS PRÆCEPTVM SEPTIMVM.

Quisquis non nuptus miscbitur, ac polluetur:
 Per te mollis erit, si nuptus, fieri adulter
 Si sit solueus fornicator si quis; & extra.
 Abutens quous, vel quauis, sic sodomita,
 Incestumque parens facit, cum virgine stuprum,
 Cum moniali sceius magnum, & sacrilegus extat,
 Exigit in sacro, qui semine polluit illud.
 Et rapiens, raptor; cum brutis bestia fiet,
 Qui clam contraxit vel sponfam præuenit actu.
 Spondens contrahere mendax, ut misceat illi,
 Et qui contraxit maiori fure ligatus.
 Quinque modis peccat vxore maritus abutens.
 Actibus illicitis semen cum seminat extra
 Vas operans, prolem deuitans, semen emittens,
 Exercens aliam cupit; arcens firmo petentem.
 Inuitans, tangens, inductor medius extans,
 Lubrica verba refert, iactans se moechus habetur.

NON SIS TESTIS INIQVVS PRÆCEPTVM OCTAVVM

Qui mendax fuerit in damnum proximitatis,
 Vel mala, qui dicit bona narrans, vel bona praua.
 Accusans falso, iurans, est testis, iniquus,
 Accusans ceteros ob odia, & mala sumat.
 Detractor odio, mendaxque, relator occulti.
 Vel diffamator, dicens hæc, & manifestans
 Cedula si fiat detraxit, cantio lædens.
 Atque secreta, datumque sigillo, aut littera clausa.
 Proditor, & laudans, inducens ad supradicta.
 Illa reportari gaudens: est testis iniquus.

NON CONCVPISCES VXOREM PROXIMI TVI.
 Præceptum Nonum.

Qui cupit alterius sponfam, noscatur adulter,
 Vel qui desiderat affines, vel moniales,

Incestum

Incessum, scelus, sacrilegium, cum virgine stuprum.

Et cupiens alias fornicator, si que solutus,

Et cupiens marem sodomita est, bestia, bruta.

Ac quoties cupit, aut etiam si sit philocaptus,

b. Qui delectatur cogitando lubrica, vel qui se somno polluit, causans, vel postea gaudens,

Ornans quis se, ut ametur: amari qui gloriatur.

Ab sine viro proprio, cui hoc facit, sic ut ametur.

Vel si perpendat ruinam, vel prouocando.

Alterius sponsam cupiens moxetur lubricando.

b Quando scilicet est delectatio morosa; tunc enim est peccatum mortale, si sit de re mortali.

NEC REM CUPIES ALIENAM PRÆCEPTVM DECIMUM

Qui cupit alterius rem in damnum proximitatis

Si per vim, raptor, per occultum, fur malus extrahit.

Si per auariciam cupiat, dicitur auarus.

In rapiendo male, vel fallere quenque paratus,

Sic cupiens contra mandata cetera frangit,

Denum mandatum, nec rem cupies alienam.

CAP. XI.

Interrogationes circa septem peccata capitalia.

Examinatus, aut discussus penitens circa decem præcepta decalogi, est (ut præmissum est) interrogandus circa septem vitia capitalia.

quæ sunt, Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Accidia. Circa Superbiam autem sic est interrogandus.

Si propter inordinatum amorem propriæ excellentiæ egit aliquid contra diuina præcepta.

Si existimauit habere bonum, quod habet, à se, non à Deo.

Si bona, quæ habet, credidit à Deo sibi data propter sua merita.

Si se iactauit habere bona, quæ non habebat.

Si despectis alijs, voluit videri singularis, de his omnibus theologi lib. 2. dist. 42, & Th. 2. 2. q. 162. & in summa Angel. ver. superbia, & alibi Doctores

A M B I T I O.

Filio 1. superbia.

Circa Ambitionem, quæ ponitur prima filia eius, de qua vide, Ambitio est ultra quærendus.

Si appetijt beneficia propter honorem principaliter, vel appetijt dignitatem sciens se indignum.

Si procurauit dignitates per vias illicitas, vel si emit publica officia, antequam se mutauit

Filia 2. presumptio.

Circa presumptionem, quæ est secunda eius filia, est perquirendus: Si posuit se ad faciendâ, quæ erant super facultatem suam.

Si exer-

Si exercuit officium, quod nesciebat, vel si exposuit se periculis peccatorum, vel si nimis præsumpsit de Dei misericordia, vide, Præsumptio.

Circa curiositatem, quæ ponitur eius tertia filia, interrogandus est. Si voluit addiscere, vel audire, quæ fieri nequeunt sine mortali peccato, vel si curiosus attendens, neglexit necessaria ad salutem animæ, curiositas.

Filia 3. *curiositas.*

Circa ingratitude, quæ est quarta filia, quærat. Si despexit Dei beneficia, vel non retribuit benefactori, vel ei iniuriam intulit, Ingratitudo.

Filia 4. *Ingratus animus.*

Circa iudicium, quæ est quinta filia, requiratur. Si usurpauit iudicium, vel male iudicauit, vide iudicium.

Filia 5. *Iudicium.*

Circa adulationem, quæ est sexta filia, interrogetur. Si fuit adulator, vel adolando prolocutus aliquem ad superbiam, vide Adulatio.

Filia 6. *Adulatio.*

Circa septimam superbiam filiam, quæ irrisio dicitur, quærat, si derisit proximum, vel Deo seruientes.

Filia 7. *Irrisio.*

Circa octauam filiam, quæ est tentatio Dei, quærat, si aliquando exposuit se periculo probabili mortis sine necessitate, vide, Tentare Deum.

Filia 8. *Tentatio.*

Circa pertinaciam, quæ est nona filia, petatur si fuit nimis pertinax in suo sensu, aut fecit aliquid propter arrogantiam, quæ ponitur vltima filia superbiam.

Filia 9. *Pertinacia.*

CIRCA AVARITIAM VERO QUÆ PONITUR SECUNDVM
etiam capitale, est interrogandus penitens. Cap. XIII.

Si appetijt diuitias, & alia bona temporalia inordinate, & contra legem Dei, & dictamen rectæ rationis.

De Avaritia.

Si acquisit diuitias, & alia bona temporalia inordinate per vias illicitas Si retinet aliquid alienum contra voluntatem domini.

Si ob amorem pecuniæ, aut diuitiarum subtraxit sibi necessaria, & quoad animam, & quoad corporis sustentationem.

Si propter amorem diuitiarum falsificauit vel monetam, vel aliquod instrumentum scripturæ, vel illud destruxit, vel occultauit, aut falsificauit menturas, & pondera,

Si vendidit rem vnam pro alia, vt vinum dilutum pro puro.

Si furatus est gabellas, aut pedagium iuste positum.

Si lusit a iquo ludo intentione expoliandi proximum, aut fraudem aliquam ibi committendo.

DE LUXURIA. Cap. XIV.

Luxuria.

Circa luxuriam, quæ ponitur tertium vitium capitale, est interrogandus pœnitens.

Si habuit aliquas cogitationes fœdas, & turpes circa vitium carnale in quibus moram contraxit, & delectationem habuit.

Si opere perpetravit aliquam de speciebus luxuriæ superius enumeratis in sexto præcepto, vt fornicationem, adulterium, incestum, raptum, sacrilegium, vitium innominatum, aut quouis alio modo de ibidem pertractatis, peccauit.

Si vsus est verbis libidinosis, aut inhonestis, aut gestibus, vel ad prouocandos alios, vel vnde probabiliter habent prouocationem ad luxuriam, vide Turpiloquium, & Scurrilitas.

DE GULA. Cap. XV.

Gula.

Circa gulam, quod est quartum vitium capitale, est pœnitens interrogandus.

Si nimium, & vsque ad nauseam comedit, aut nimio cum ardore, & effrenato appetitu, vide Gula.

Si nimium studium apposuit in præparando, aut nimis lætè comedit, ibidem.

Si in comedendo præuenit horam, præcipuè diebus ieiunorum, vide ibidem, & Ieiunium.

Si inebriauit se, aut inde in hebetudinem mentis incurrit, vide Ebrietas, & Hebetudo.

Si ex nimio cibo, potuque desinit in multiloquium, aut turpiloquium, aut scurrilitatem, vide Multiloquium &c.

Si ex nimio potu, & cibo incurrit in immunditiam aut pollutionem, vide Immunditia.

Si nimium exquisitè comedit, & bibit, vt posset luxuriari, vide Gula, & Luxuria.

Si diebus ieiuniorum fregit ieiuniorum, vel prohibita comedit, vel ingurgitauit se, vide Ieiunium, & Gula.

DE INUIDIA. Cap. XVI.

Inuidia.

Circa Inuidiam, quod ponitur quintum vitium capitale, est interrogandus pœnitens.

Si desiderauit malum proximi, & quantum in hoc tempore perseuerauit, & quoties, vide inuidia.

Si lætatus est aduersis proximi, aut, tristatus prosperis delibere, vide ibidem.

Si vsus est susurratione ad superseminanda zizania inter proximos, vide Susurro.

Si odio

Si odio habet proximum, & ob id ei detraxit, aut libenter de eo detractiones audiuit, vide Detractio:

Si falso accusavit proximum, imponens ei malum, quod non fecit, ex rancore, vide, Accusatio.

Si simulavit amicitiam cum alio, ut inde acrius damnificaret, vide simulatio.

Si inimicos persecutus est, aut denegavit eis dilectionis signa in casu necessitatis, vel alias, vide Dilectio.

DE IRA. Cap. XVII.

Circa iram, quod dicitur sextum capitale vitium, est interrogandus *De Ira.*
penitens.

Si appetijt vindictam proximi, neque voluit ei reconciliari, vide iram, & diligere.

Si irrogavit proximo iniuriam, contumeliam, aut conuitium, seu opprobrium, ibidem & Contumelia, & Conuitium.

Si rixam habuit cum proximo suo, vide, Rixa, vel maledixit ei, vide, Maledictio.

Si seditionem commovit in proximum, vide, seditio.

Si bellum movit iniustum, vide, Bellum.

Si renuit partialitates, vel eas secutus est.

Si furiose, & inordinato, aut confuso clamavit in proximum, vide clamor.

Si murmuravit in Deum, aut in proximum, vide, Murmuratio:

Si indignatus fuit in proximum, nolens eum audire, & cum aliorum scandalo, vide Indignatio.

Si ira commotus blasphemavit Deum, aut sanctos, vide Blasphemia.

Si tumore irae inflatus contempsit alios, vide Tumor.

DE ACCIDIA. Cap. XVIII.

Circa Accidiam, quae ponitur septimum vitium capitale, interrogandus *De Accidia.*
est penitens.

Si ex Accidia dimisit agere, quae tenebatur, ut audire missam, praedicationem, orare, &c. vide Accidia. Si penituit se benefecisse, & ex tadio incurrit in infirmitatem: vide ibi.

Si fugit labores quoscunque, otiositatem amans: vide ibi, & Otiositas. Si tepide egit, quae agenda ab eo erant seruenter, vide, Euagatio mentis.

Si ex Accidia incurrit in pigrissimam, aut torporem, vide, Torpor.

Si fuit negligens in addiscendis necessarijs ad salutem, vide, Negligentia.

CAP. XIX.

Tertio loco est penitens interrogandus, ut praemisimus, circa opera misericordiae, quae saltem pro loco, & tempore quisque fidelis tenetur ad-

Circa opera misericordiae.

cur adimplere Quarum septem sunt spiritualia, & sunt hæc.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora, doce.

In quibus sic esset sigillatim interrogandus.

Si noluit dare consilium petenti in concernentibus ad salutem, vel in re vade notabiliter potest euenire damnum proximo, cum tamen posset, quia tunc mo. tale esset, vel si deberet ex officio.

Si non correxit quos debuit, cum tenebatur, quia tunc peior factus est in tacendo, quam alius in committendo, vide Corruptio.

Si non consolatus est tribulatos præsertim quando ex tali omissione incidit tribulatus in desperationem, & ipse bono modo posset.

Si non dimisit rancorem contra proximum, vide Odium.

Si impatientem se habuit in iniurijs sibi illatis, vt iniurias ipsum, vel reprehendens ei vicem, reddens malum pro malo, quod est vinciri à malo.

Si non orauit pro proximis, præcipue si ad id tenebatur ex officio, vt potest, quia beneficiatus, aut de elemosynis viuens.

Si non docuit ignorantes, præcipue si ex officio, gradu, vel salario condactus tenebatur vt potest doctor, magister, cathedricus, vel alias curatus.

CIRCA OPERA MISERICORDIÆ. Cap. XX.

Circa alia septem opera misericordiz corporalia, quæ sunt ista. Visito, Cibo, Poto, Redimo, Tego, Colligo, Condo. sic etiam pedetentim esset pænitens interrogandus.

Si non visitauit infirmos, & carceratos, maxime in periculo constitutos.

Si non cibauit esurientes, præsertim in casu, in quo, si non paupisti, occidisti, vt Ambrosius dicit.

Si non dedit potum sitientibus, potissimum in casu consimili.

Si non dedit operam, vt redimeret captiuos, & iniustos oppressos: cum posset, & teneretur.

Si non sepeliuit mortuos, præcipue pauperes, & domesticos, & quos tenebatur ex officio.

Si non recepit hospitiu, & collegit hospites pauperes in domo, saltem in casu necessitatis.

Si non texit, aut cooperuit pauperes nudos, cum commode posset, & immineret necessitas.

DE SENSIBVS EXTERIORIBVS:

Cap. XXI.

Sens quinque exteriorum s.

Hieremia vsus.

Quarto loco est pænitens interrogandus circa abusum quinque sensuum exteriorum, qui sunt hæc. Visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus. quibus sæpe offenditur Deus, & ob id conquirebatur propheta Hier. 9. Hæc per fenestras ingressa est mors.

Si noluit videre spiritualia, & ad compunctionem inuitantia, sed tantum mulieres comptas, & alia vana ad peccatum inducentia. Hinc Propheta

pheta. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Hinc etiam Job 31. Pepti se ius cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Hinc August. in regula. Ne dicatis vos habere animos pudicos, si habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus, impudici cordis nuntius est.

David ps.
118.

Si noluit audire prædicationem, & alia necessaria ad salutem, sed potius detractiones; & murmurationes, & alia foeda, & turpia. Hinc Sapiens Ecclesiastic. 28. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire.

Auditus.

Si inordinate, & modis exquisitis procurauit odorare suauia, quæ ad vitia alliciunt.

Odoratus.

Si in comedendo, aut bibendo procurauit gustus delectationem; vt luxuria incitaretur; vel accuratius, & ardentius, quam oportet, illa fumendo, vel turpia, & mendacium, atque detractiones, & alia vana, & nocua loquendo.

Gustus.

Si tetigit non tangenda, vt pudenda loca, extra casus necessitatis, vel res sacras, cum esset laicus, vel semper voluit vestiri mollibus, & dormire in straminibus supramodum delectabilibus, vel osculando mulieres alienas, vel alias.

Tactus.

DE CIRCUNSTANTIIS NECESSARIIS. Cap. XXII.

ET aduertendum, quod non sufficit discreto confessorio quærere à penitente de his septem vitijs capitalibus, verum etiam de circumstantijs eorum, oportet quærere, vt ex cap. Omnibus vtriusque sexus de peccatis. & remissatis apparet, vbi Innocentius tertius dicit, quod sacerdos debet diligenter inquirere peccata, & circumstantias eorum, quibus prudenter inquisitis, intelligat, quale ei debeat præbere consilium, & adhibere remedium. Confirmatur etiam ex dictis Augustini in libro de penitentia. Et traditur de penit. distin. 5. Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ, &c. Et si quæratur, quæ, & quot sint huiusmodi circumstantiæ, responderi debet ex his, quæ philosophus dicit, 3. Ethicorum, & Theologi 4. distin. 16. quod sunt istæ septem sequentes scilicet. Quis: quid: vbi, quibus auxilijs, vel per quos: Cur, quomodo, quando. Et Raymundus addidit aliam, scilicet, quoties. cuius causa aliæ circumstantiæ sunt (de iure etiam diuino) necessario considerandæ, quando mutant speciem, quia tunc de vno peccato, efficitur duplex, aut triplex peccatum mortale in re mortali. Et adiunt plures speciales repugnantia diuinorum præceptorum.

Documentum circa circumstantias peccatorum. Augustinus.

Conclusio. Intellige quantum ad differentiam malum.

Dicitur ergo quis, pro varietate personæ peccantis, vel eius status, ætatis, sapientiæ, & ordinis, vt pote, si sit clericus, religiosus, senex, iuuenis, doctor, rusticus, rex, miles, mercator, vel alias, quia dignitas personæ peccantis, vt sic, numquam diminuit de peccato, sed auget, & aggravat saltem in peccatis ex deliberatione procedentibus vt docet Sanctus Thomas prima. 2. q. 72. art. 10. Quid scilicet verum malum, quia prohibitum, vel quia ex genere suo malum: vtrum mortale, an veniale, an

Quis.

Quid.

occul-

- Vbi.* occultum, vel publici. Vbi, quia an in loco sacro, vel alias. Quibus auxilijs vel per quos scilicet traxit alios ad peccandum, vel quos posuit mediatores ad malum perpetrandum: vel cum quibus, pro quibus, & contra quos. Numquam tamen nominari debet persona, sed id quod sufficit ad cognoscendam mutationem speciei, vel numerum peccatorum tantum.
- Cur.* scilicet an ex infirmitate, vel ex ignorantia, aut electione, vel quali intentione fecerit; & quia mortalia trahunt speciem ex fine, iuxta illud Ambrosij, Affectus tuus operi tuo nomen imponit: ideo diligenter est hoc explicandum: nam, qui furatur, ut moechetur, potius est moechus, quam fur, licet fuerit vnum peccatum in vno acta, habens tamen plures speciales deformitates, & ita in tali casu sunt plura peccata mortalia, quantum ad doctrinam formalem. Quando scilicet in sacro tempore, ut diebus festis, aut in iuniorum, vel alio tempore, & quantum in tali perseverauit. Hæc tamen circumstantia numquam mutat speciem secundum Thomistam, semper tamen aggravat omne peccatum: & propterea bonum erit in fine confessionis sic; & ex his peccatis meis mortalibus plura, aut aliqua perpetravi diebus festis, &c. Quomodo scilicet an naturali, vel innaturali agendo, vel patiendo, & item per vim, aut per raptum; est enim tunc speciale peccatum, mutans speciem: nam ut ait Turrecrem. cum in aliquo peccato sunt duæ, aut plures deformitates, quarum vna non est determinatiua ulterius, tunc in eo adest mutatio speciei, & ex consequenti adest necessitas confitendi illas propter numerum peccatorum. Quoties successe, non solum quantum ad consuetudinem, sed etiam quantum ad numerum, qui numerus refertur ad actionem, & non autem ad obiectum actionis, verbi gratia, si homo iniusta contractione accipiat saccum plenum mille carolinis, seu florenis, vnum furtum est; si tamen mille carolinos indebite acciperet in diuersis, ut mille temporibus, & actibus interpellatis, aut successiue, non vnum, sed mille furta committit, quia in ipso actu consistit peccatum, ut traditur à theologis lib. 2. dist. 41. Has tamen omnes circumstantias non est necessarium confiteri, sed tantum illas; quæ ad aliud genus trahunt, vel quæ mutant speciem peccati mortalis, ut furari de loco sacro, etiam rem non sacram, vel accedere ad alienam, quæ est consanguinea, aut affinis, & in quo gradu, quia mutat speciem, vel monialis, vel etiam illas, quæ, & si non mutant speciem peccati, tamen aggravant multum notabiliter, secundum aliquos; ut, furari centum, notabiliter grauius est, quam furari vnum, & morari in odio per diem grauius est quam per horam; ut traditur in dist. 16. lib. 4. de quo latius ibidem per theologos, quorum tamen multi, etiam sollemnes, ut Thomistæ, & alij insignes cenent tales circumstantias, notabiliter solum grauantes non esse simpliciter necessarias, sed ad bene esse dicunt, iterationem tamen actus siue internam siue externam in re mortali, omnes fatentur esse necessariam propter sciendum numerum peccatorum omnimodis meliorem modo, quo fieri possit, etiam in illo, qui non recordatur suorum multorum peccatorum. Est tamen aduertendum, quod, cum dicitur non esse necessarium confiteri circumstantias, quæ non trahunt in aliud genus peccati, aut non aggravant multum notabiliter; non est referendum ad Quoties, vel ad numerum, quem aliquis confiteri tenetur, quantum potest; quia iam non est vnum peccatum; sed multa, prout sanctus Thom. notabiliter
- Per quos.*
- Ambrosij.*
- Quando.*
- Quomodo.*
- Quoties.*
Numerus peccatorum.
- Circumstantiæ, necesse confitendæ quæ sint,*
- Eam opinionem tenet D. Anton. Sot. in 4. Altiſſ. ad. & quidam alij.*

liter dicit in quadam Epistola ad lectorem Bisuntinum in fin. Et ideo pro-
vidus confessarius diligenter quærat de numero eiusdem peccati, id est, quo-
ties incidit in istud, vel istud peccatum, in quo communitur, & confessarij,
& pœnitens leuiter transeunt, & male: quia eo casu confessio non est inte-
gra PROQVO, vide Concilium Tridentinum sess. 14. canon. 7. & nota
quod etiam in peccatis cordis prædicta seruanda sunt: vt tradunt commu-
niter theologi: & ex dicto concilio aperte elicitur, qua in re vtinam infini-
ti non errarent. Et scito non omnibus peccatis prædictas circumstantias
quadrare. Nam circumstantia loci in effusione sanguinis, leminis, & pœtra-
tione furti, & in abstractione indebita personarum e loco sacro est solum
necessaria: quia in hęc criminibus dumtaxat mutare spem dignoscitur.
At in alijs peccatis non mutat speciem: & hoc idem suo modo in reliquis
peccatis quod mutationem speciei dicendum est: quando videlicet mutat
speciem: aut non & sit exemplum in praxi.

1 Blasphemasti? Vtique.

2 Quid? Deum, vel Beatam Mariam Virginem, vel sanctos.

3 Quomodo? Renego Deum, ad despectum Dei, Deum partialem, per
Corpus, & sanguinem Dei tantum.

4 Quoties deliquisti in primo genere, & quoties in alijs? quia aliquân-
do primi generis species sunt hæreticales blasphemiaz, & vt discernantur,
sunt clare confitendæ: quia si quis in eis mente crederet, quæ esset, profe-
cto hæreticus esset. Non autem hæreticus foret, si quis diceret, Maledictus
sit, &c. Dicere autem, Per corpus, aut sanguinem Dei, est potius iuramen-
tum, ex quo Deus est factus homo; est tamen verbum scandalosum.

5 Si dicat, non recordor, subdatur sic, ter, an quater? & si respondeat,
sepius, sic subdatur, vicijs? si dicat, ita fere, & paulominus, vel circa: satis
erit. Nec aliæ circumstantiæ huc quadrabunt, regulariter nec erunt neces-
sariæ (quia alleuiantes hic sunt fugiendæ, nisi in casu iudicandi, an sit mor-
tale, nec ne) nisi scandalum notabile, esset specialis ratio peccati in hoc,
aut simili casu.

**ALIUD EXEMPLUM IN PRAXI PRO PECCA-
to carnis, tam operis, quam mentis, etiam in delectatione
morosa, vt confessio sit integra.**

1 Peccati carnaliter? R. Vtique. Nam quæstio si est, præcedit sem-
per, &c.

2 Quid est hoc peccatum quod fecisti, vel (quod idem est) quæ sunt
illæ personæ cum quibus peccasti? R. Cum nupta, vel cum meretrice,
vel, &c.

3 Quoties cum prima, & quoties cum secunda? vel, &c. R. Toties, aut
roties, vel decies cum prima, & bis cum secunda.

4 Erat ne tibi aliqua istarum aliqua cognatione coniuncta? R. Vna
ex eis.

5 Quænam ex eis? R. Secunda, vt sciat numerus incestuum.

6 Quoto gradu dicta mulier ad te attinet? vt sciat species specialis-
sima.

Nota te-
ne.

Submoni-
tio.

sim a Nam omnes 4 gradus mutant speciem, vt etiam sentit Nauarrus. Affinitas tamen, & consanguinitas non mutant speciem, sed earum gradus, quia solum aggrauant, secundum Doctores.

7 Vbi cum prædictis omnibus, i desit, in loco sacro, an profano? R. Etiam in loco sacro.

8 Quoties in loco sacro? R. Bis vel, &c. vt sciatur numerus sacrilegiorum.

9 Cur id est, ad finem committendi aliud mortale, pura furandi sibi bona, aut vulnerandi, aut huiusmodi, quia mutatur species, R. propter verumque finem.

Numerus 10 Quoties propter furandum, & quoties propter alterum? R. toties, aut toties. Quia etiam numerus est de iure diuino interrogandus.

11 Quomodo id est, modo naturali, an contra naturam, & quomodo modo contra naturam? quia sunt plures eius species secundum D. Thom. & alios Theologos. R. Vtroque modo, & sic, vel sic contra naturam peccauit cum dictis mulieribus, aut cum ea vxore, aut huiusmodi. Tactus autem in honesti, seu libidinosi, citra feminis emissionem, simul habiti, sunt vnum peccatum, licet abdiurnitatem sit, grauius. Non mutant tamen speciem in quacunque parte corporis fiant, siue actiue, siue passiuæ id accedenti nisi fuerit seminatam, vt supra, prudens autem confessor non immorabitur.

Numerus 12 Quoties cum prædictis in hac specie peccasti, aut offendisti Deum? R. toties, aut toties. Quia numerus peccatorum propter quem de iure diuino circumstantiæ mutant species sunt necessario interrogandæ, est semper in omni specie peccatorum (mortalium tamé) interrogandus, alias non esset integra confessio. Nec satis esset dicere, sic, pluries, aut læpe in hoc peccauit, sed distincte numerus est explicandus, modo quo supra docet secundum Theologos: & conformiter ad Conc. Trice. it.

13 Quomodo item id est per vim, aut rapiendo an contra? Quia raptus mutat speciem. R. Vtroque modo.

14 Quoties rapuisti, aut per vim, &c. R. bis, aut semel, vt sciatur species, ac etiam excommunicatio, quando adfit.

15 Habes ne tuorum castitatis? Quia mutat speciem. Aut est tibi (si sis sacerdos) aliquod illarum filia spiritualis in baptismo, aut etiam in confessione? Quia mutat speciem secundum D. Thom. & si qua alia huc spectant, erunt necessario interroganda, prout esset interrogatio super partu suppositio, super promissione facta virgini de ducendo eam vxorem, super prole transmissa ad hospitale, aut huiusmodi, nisi esset pauper in hoc vitio caui.

Intellige de proxima occasione.

Nota quod circumstantia (per quos) pertinet ad quoties, & ita nisi dicat speciale peccatum mortale, efficaciter causatum in alio, aut occasionaliter in eo, qui non erat paratus ad illud crimen committendum non est necessario explicanda hæc circumstantia, semper tamen aggrauat peccatum.

Nota item quod gradus sacrorum ordinum non mutant speciem, semper tamen aggrauant. peccatum tamen carnis committum cum religioso professo, siue non, & commissum cum clerico sæculari in sacris, mutat speciem.

Submonitio.

Postremo notandum est, quod facta supradicta discussione circumstantiarum,

clarum, poterit generaliter interrogari, an aliquo alio modo penitens carnaliter peccauerit in tactibus, & desiderijs; quando tamen seorsum fuerint consummata sine ulteriori progressu in deterius, aut grauius peccatum. Et item interrogari debet, quoties id factum fuerit. Desideria tamen viro- rum, vel mulierum habita in Ecclesia sed non pro Ecclesia, aggrauant quidem, sed non mutant speciem. E contrario vero, si concipiuntur extra Ecclesiam, sed intentione parandi crimen in Ecclesia. Quia mutant speciem in illis tribus peccatis, quæ mutare solent ratione loci, & item in abstractione alicuius ab Ecclesia (quæ quidem etiam reducitur ad furtum) quando eius immunitas violatur. Quantitas autem furti siue in desiderio, siue in facto, cum non mutet speciem, verius crediderim facere ad bene esse, quam ad necessitatem; vt sentit D. Thom. & plures eius sequaces. Saepem in peccato carnis quaeri debet de concubinato, ac sortilegijs; tum propter centuras, tum quia aliquando sortilegia sapiunt hæresim manifestam, & præsertim cum inuolatione dæmonum, aut missione sacrarum rerum pro qua re vide Franciscum Pegnam, virum alioqui per doctum super Direct. Inquis par. schol. 49. & 50. de sortilegijs, & inuocantibus dæmones; & in Direct. nouissime edito. Comment. 67.

Si sit morosa semper est mortale.

Multa tamen ex his saepe sunt mortale & multo eorum vario, & idē dic in seq.

VARIÆ SPECIES PECCATORVM IN GENERE.

Peccata cordis, quæ quandoque mortalia, quandoque venialia sunt. Cap. XXIII.

- | | | |
|---------------------------------------|--|--|
| 1 Cogitatio mala voluntaria. | tum. | 21 Inapta læticia. |
| 2 Delectatio eius. | 22 Sæculi tristitia. | 22 Sæculi tristitia. |
| 3 Desiderium mali. | 23 Imparientia. | 23 Imparientia. |
| 4 Consensus eiusdem. | 24 Auaritia, idest, cupiditas. | 24 Auaritia, idest, cupiditas. |
| 5 Voluntas peruersa. | 25 Malitia. | 25 Malitia. |
| 6 Infidelitas. | 26 Superbia. | 26 Superbia. |
| 7 Indeuotio. | 27 Obstinatio. | 27 Obstinatio. |
| 8 Præsumptio. | 28 Tædium boni. | 28 Tædium boni. |
| 9 Timor malus. | 29 Accidia. | 29 Accidia. |
| 10 Amor malus. | 30 Inconstantia. | 30 Inconstantia. |
| 11 Desperatio. | 31 Poena penitentia, idest quod pernituerit. | 31 Poena penitentia, idest quod pernituerit. |
| 12 Suspicio, aut iudicium. | 32 Dolor, quia non fecit plura mala. | 32 Dolor, quia non fecit plura mala. |
| 13 Inuidia. | 33 Hypocrisis. | 33 Hypocrisis. |
| 14 Ira. | 34 Amor placendi. | 34 Amor placendi. |
| 15 Odium. | 35 Vana gloria de bonis naturæ. | 35 Vana gloria de bonis naturæ. |
| 16 Exultatio in aduersis proximi. | 36 Verecundia de pauperibus amicis. | 36 Verecundia de pauperibus amicis. |
| 17 Contemptus pauperum personarum. | 37 Contemptus admonitionis. | 37 Contemptus admonitionis. |
| 18 Personarum acceptio. | | |
| 19 Perfidia. | | |
| 20 Affectus nimius carnalis parentum. | | |

M

Nota

Submonitio necessaria.

Nota, quod ex subreptione, aut ex modicitate rei, vel ex imperfectio-
ne actus, aut etiam ex defectu iudicij omne peccatum
(alias mortale) est veniale, secundum doctrinam
Theologorum.

**PECCATA ORIS QUÆ QUANDOQUE MORTALIA,
quandoque venialia sunt. Cap. XXIV.**

- | | |
|--|--|
| 1 Crebra iuratio. | 20 Falsum testimonium. |
| 2 Periurium. | 21 Mala consilia. |
| 3 Blasphemia. | 22 Derisio. |
| 4 Nomen Dei irreuerentèr assu-
mere. | 23 Contradictio obedientiæ. |
| 5 Veritatem impugnare. | 24 Impedire benefacta. |
| 6 Contra Deum murmurare. | 25 Reprehendere in alio, quod ip-
se facit. |
| 7 Irreuerenter horas dicere, vel
orationes. | 26 Vaniloquium. |
| 8 Detractio. | 27 Multiloquium. |
| 9 Adulatio. | 28 Stultiloquium. |
| 10 Mendacium. | 29 Proferre verba garrula. |
| 11 Vituperatio. | 30 Iactantia verborum. |
| 12 Maledictio. | 31 Peccatorum defensio. |
| 13 Infamatio. | 32 Clamor. |
| 14 Contentio. | 33 Risus intempestivus. |
| 15 Comminatio. | 34 Cachinnus. |
| 16 Impugnatio veritatis agnitæ. | 35 Cantare cantilenas mundanas. |
| 17 Impugnatio superbiæ gratiæ. | 36 Murmurare. |
| 18 Seminatio discordiæ. | 37 iniustam causam advocare. |
| 19 Proditio. | 38 Malum commendare. |

Nota etiam in his submonitionem præcedentem cap. 22. vt verificetur id, quod hic dicitur.

**PECCATA OPERIS QUÆ QUANDOQUE MORTALIA,
quandoque venialia sunt. Cap. XXV.**

- | | |
|-----------------------------|---|
| 1 Vicia. | 10 Dissolutio in diuino officio. |
| 2 Luxuria. | 11 Scandalizare. |
| 3 Ebrietas. | 12 Exemplum malum dare. |
| 4 Sacrilegium. | 13 Lædere hominem in rebus, in
persona, aut in honore, aut in
amicis. |
| 6 Violatio dierum festorum. | 14 Furtum. |
| 7 Indigne communicare. | 15 Rapina. |
| 8 Votorum fractio. | |
| 9 Apostasia. | |

16 Usura.

PECCATA OPERIS:

95

- | | |
|--|---|
| <p>16 <i>Vfura</i>.
 17 Deceptio.
 18 Ludus prohibitus .
 19 Vendere iniuste.
 20 Exigere iniuste .
 21 Telonia iniusta .
 22 Auscultare mala .
 23 Ioculatoribus dare &c.
 24 Neccessaria subtrahere
 25 Superflua fumere .
 26 Confuetudo peccandi .
 27 Recidiuatio.
 28 Simulatio in operibus .
 29 Exercitium illicitum .</p> | <p>30 Choreizare ;
 31 Nouitates inuenire .
 32 A maioribus se rebellare .
 33 Minores opprimere .
 34 Delinquere , vel
 35 Visu , vel
 36 Audit u , vel
 37 Gustu , vel
 38 Oloratu , vel
 39 Tactu , vel
 40 Lucta , vel
 41 Oculis , vel
 42 Muneribus , vel
 43 Lufibus , vel huiusmodi .</p> |
|--|---|

Ne obliuiscaris tradita submonitionis . Cap. XXII.

PECCATA OMISSIONIS QUAE QUANDOQUE MORTALIA, quandoque venialia sunt . Cap. XXVI.

- 1 **D**E Deo, quando oportet, non cogitare.
- 2 Ipsum non timere .
- 3 Gratias de beneficijs non agere .
- 4 Opera, quae quis facit, ad ipsum non referre .
- 5 De peccatis , sicut par est, non dolere .
- 6 Ad gratiam recipiendam non se preparare .
- 7 Gratia accepta non uti .
- 8 Gratiam acceptam non conseruare .
- 9 Ad inspirationes Dei non se conuertere .
- 10 Voluntatem tuam diuinæ non conformare :
- 11 Ad orationes diuinas non attendere .
- 12 Orationes debitas omittere .
- 13 Quae quis tenetur ex voto, vel officio, vel praecepto, negligere , vel tardare .
- 14 Horas canonicas non recitare ; quod est mortale existenti in sacris , & quibuldam alijs .
- 15 Non resistere in ecclesia curata, quod est mortale curato, vt habetur in Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de Ref. & tenetur ad restit. pro rata absentiae temporis, vt patet ibidem. *Sess. 23. cap. 1.*
- 16 Ecclesias non frequentare .
- 17 Praedicationes dimittere .
- 18 Tentationi non resistere .
- 19 Penitentias iniunctas negligenter facere .
- 20 Statim facienda differre .
- 21 Bonis proximi non congaudere .
- 22 Malis eius non dolere .

M 2

23 In-

- 23 Iniurias non remittere.
- 24 Fidem proximo non seruare.
- 25 Delinquentes, quando opportunum est, non corripere.
- 26 Lites non tollere.
- 27 Ignorantes non instruere.
- 28 Afflictos non consolari.
- 29 Admonitionibus non acquiescere.

Radix generalissima peccata August. in Solil.

Nota quod omnium malorum radix est ingratitude, ex qua primo pro-
dit Superbia, & ex ea deinde Avaritia, quæ duo omnium malorum radices
esse dicuntur. vnde Augustinus in Soliloquijs cap. 8. loquens ad Deum, sic
ait. Scio namque domine, quod ingratitude multum tibi displicet, quæ est
radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans, & vrens omne
bonam, obstruens fontem misericordiæ tuæ super hominem.

Nota item: ex præcedentibus multa esse, vt plurimum, mortalia crimina,
verumtamen propter surreptionem (vt iam dictum est) erunt censenda ve-
nialia, aut etiam ob imperfectionem actus, aut ob aliam causam, quod qui-
dem prudentiæ confessariorum relinquimus.

**REGVLÆ DISCERNENDI QUANDO MORTALIA, ET
quando venialia aliqua peccata esse dicantur: Et scito, tunc esse
quidem mortalia. Cap. XXVII.**

1 **S**I actus ipse sit notabiliter contra charitatem Dei, aut proximi.
2 Aut sit contra præcepta Dei, vel ecclesiæ, vel leges humanas, factas
ob bonam publicam, ac respicientes bonos mores.

3 Aut si contra vota, vel constitutiones iuratas, vel alias obligantes
ad mortale; puta, si præcipiatur in virtute sanctæ obedientiæ, aut indigna-
tionis Dei, aut huiusmodi, & multo magis si præcipitur sub pœna excom-
municationis, etiam si sit committoria tantum iuxta communem, pro quo
vltimo casu, vide Sotum in 4. sent. dist. 20. art. 4. & caue hic à Caietano.

4 Aut sit contra conscientiam dictantem esse mortale: aut iuramentum
addatur cuiusque mendacio, etiam iocoso.

Contemptus enim implicitus est in omni peccato. Corrad. 4. 47. ibi contra 1. cõcl. Eccl. 3. Quando dicitur esse venialia.

5 Aut si ad sit contemptus explicitus, vel ponatur finis in creatura,
quod quidem cognosci potest, cum quis potius est paratus peccare, quam
relinquere talem creaturam.

6 Aut sit al quod dictum, vel factum, ex quo oritur scandalum a tri-
tium coram aliquo, aut pluribus: aut etiam passiuum; si tamen ille actus nõ
sit ipsi agenti necessarius, vel vtilis, aut expediens.

7 Aut si exposuit se probabili periculo peccandi mortaliter (Nam qui
amat periculum peribit in illo) aut ratione scandali, quando illud est spe-
ciale peccatum.

8 Dicuntur vero venialia propter imperfectionem actus, aut etiam pro-
pter eius modicitatem aut: quia non sunt contra prædicta, sed præter, aut
propter surreptionem, aut huiusmodi.

LIBER TERTIVS
ET PRIMO PONITVR
TRACTATVS COMPENDIOSVS
CASVVM RESERVATORVM.

Tum Romano Pontifici, tum locorum ordinarijs.

Speciatim, ac etiam iure Canonico.

CVI ACCESSIT TRACTATVS EXCOMMVNICATIO
num, quæ continentur in Extrauag. nondum registratis
in corpore iuris.

VSQVE AD PAVLVM QVINTVM NVNQV AM
antea apud Summis editus: Cap. I.



N E A P O L I,

Ex Typographia Costantini Vitalis. M. D. C. X. V. I. I.

SUPERIORVM PERMISSV.

In antiquo codice erat hic inserta Bulla Fel. rec. Xy
sti Papæ Quinti; sed, nel confessarij aliquid
desiderare possint, subiecimus Bullam
sanctissimi Domini Pauli Pa-
pæ Quinti.

L I T E R A E P R O C E S S V S
S. D. N. D. P A V L I
P A P A Q V I N T I

Lectæ die Cœnæ Domini Anno
M D C V I.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.



Noverint vniuersi hoc præsens publicum tran-
sumptum inspecturi, quod nos Marcellus
Lantes Protonotarius Apostolicus, vtriusque
Signaturæ S. D. N. Papæ Referendarius, ac
Curie Causarum Cameræ Apost. generalis
Auditor, Romanæque Curie Iudex ordina-
rius, sententiarumque & censurarum in ea-
dem Rom. Curia latorum, ac quarumcunq;
Literarum Apostolicarum vniuersalis execu-
tor ab eodem S. D. N. Papa deputatus, vidi-
mus, & diligenter inspeximus Literas Apost. S. D. N. PAVLI Diuina
Prouidentia Papæ V. hodie, quæ fuit dies feriæ quintæ, & Cœnæ Do-
mini, solemniter more solito lectas, & publicatas, eiusque Bulla plum-
bea cum cordula rubei. croceique colorum more Romanæ Curie præ-
sente, bullatas, & omni suspitione carentes, subsequenter tenoris.

PAV-

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM
Dei, ad futuram rei memoriam.

PROEMIUM BVLLE.



Præsentis oralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reip. pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, cum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conferuanda, maxime elucet, nimirum, vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque se in huius vitæ societate, & communionem lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis coniuncti, tamquam vnius corporis membra, sub Christo capite; eiusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri successore, à quo totius Ecclesiæ vitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita diuina gratia adiutrice, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque Beatitudine, perfruantur. Ob quas sane causas Roman. Pontifices prædecessores nostri hodierna die, quæ anniuersariæ Dominicæ Cœnæ commemoratione sollemnis est, spirituale Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria iustitiæ arma per ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem sollemniter exercere consueuerunt.

Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam Deo auctore rueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

I EXCOMMVNICAMVS, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscunque Hussitas, Viclephistas, Lutheranos, Zuingianos, Calvinistas, Hugonotos, Anabaptistas, Tritarios; & à Christiana Fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque sectæ existant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros Hæresim continentes, vel de religione tractantes sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quauis causa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos & eos qui se à nostra, & Romani Pontif. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

2 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint; Vniuersitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Roman. Pontificum pro tempore existē

tium ad vniuersale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

3 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curfarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipue a Monte Argentario, vsque ad Tarracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

4 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus tempestate, seu in transuersum (vt dici solet) iactatis, vel quoquomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiectæ in mari, vel in litore inuenta, cuiuscumque generis bona, tam in nostris Tyrtheni; & Hadriatici, quam in ceteris cuiuscumque maris Regionibus, & littoribus surriperint; ita vt nec ob quodcumque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

5 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua Pedagia, seu gabellas præterquam in casibus sibi à iure, seu ex speciali sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

6 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, ac supplicationum gratiam: vel iustitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum: necnon falso fabricantes litteras Apostolicas, etiam in forma breuis, & etiam falsos signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis: seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.

7 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos, per nostras siue huius sanctæ Sedis sententiis expresse, & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, silum ferri, stannum, chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus CHRISTIANOS, & CATHOLICOS impugnat, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus, statum Christianæ Reip. concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque priuilegijs quibusuis personis, Principibus, Rebus publicis per nos, & sedem prædictam hætenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

8 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curie necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica

fica vel mundana præfulgeant dignitate.

9 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad sedē Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam à nobis, vel nostris iudicibus nō habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

10 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depredantes Romipetas, seu peregrinos, ab Urbē cā deuotionis, seu peregrinationis accedētes, & in ea morātes, vel ab ipsa recedētes, & in his dātes auxiliū, cōsiliū, vel fauorē.

11 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis diocessibus, territorijs, terris, seu dominijs eijcientes. Nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel fauorem.

12 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios: personas Ecclesiasticas quascumque, vel sæculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos occasione caussarum, vel negotiorum huiusmodi occidunt, seu quoquo perecutiunt, bonis spoliant, seu quī per se, vel per alios directe, vel indirecte delicta huiusmodi committere exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque præminentia, & dignitatis fuerint.

13 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam sæculares, cuiuscumque dignitatis, qui prætexentes friuolam quamdam appellationem à grauamine, vel figura executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuū, executorialium, & aliorū decretorū à nobis, & à sede prædicta, seu Legatis, Nuncijs, Præsidentibus Palatij nostri & Cam. Apostolicæ, Auditoribus, Commissarijs, alijsque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorū, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam Fiscī procuratore, vel aduocato appellationes huiusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quæ illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi litterarum, & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cuius interest tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes; seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores, & subexecutores litterarum, citationum, monitoriarum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt vulnerant, carcerant, detinent, ex Ciuitatibus, locis, & regnis eijciant
bonis

bonis, spoliant, perterrefaciunt, concutiunt & comminantur per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, quive alias quibuscunque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras à d. cta Sede impetrent seu impetratis utantur, directe, vel indirecte, prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

14 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se vel alios auctoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissarijs nostris, a ijsque iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumque cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas ipsas proficiui volentes, impediunt, ac se de illarum cognitione, tamquam iudices interponunt. Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum, citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui, per statutum, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, vt dicunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis & sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint præsidentes Cancellarium, Consiliarum, parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, ordinarij, vel extraordinarij, quorumcumque Principum sæcularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, commendatarij, seu Vicarij fuerint.

15 Quive ex eorum prætento officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quocumque personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, collegia ecclesiarum quarumcumque coram se ad suum tribunal audientiam, cancellariam, consilium, vel parlamentum præter iuris canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directe, vel indirecte quouis quæsito colore, necnon, qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmatias, seu quouis alia decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quouis quæsito colore; ac etiam prætextu cuiusvis contumacitatis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris & d. ctae sedis, ac quarumcumque ecclesiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse præiudicatur.

16 Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores & inferiores Prælatos, & omnes alios quocumque Indices ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte carcerando, vel mole-

nolescendo eorum agentes procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica, contra quoscunque vrantur, secundum quod canones, & sacræ constitutioes ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam poenalia Ordinarijs, aut delegatis prædictis, decerni, & contra illos exequi, procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

17 Quicque, iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus, ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, pertinentes usurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expressa licentia sequestrant.

18 Quicque, Collectas, Decimas, Talleas, Præstantias, & alia onera, clericis, prælati, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt, Necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, & fauorem præstare non verentur, cuiuscumque sint præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicumque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo præsentibus, & consiliarijs, & Senatores, aut quauis, etiam Pontificali dignitate insigniti, Innouantes decreta super his, per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quam alijs Concilijs generalibus, edita, etiam cum censuris, & poenis, in eis contentis.

19 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes & quoscumque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, & Subexecutores, quomodolibet se interponentes, in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia quicque eiusmodi licentia ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes, fuerint Consiliarij, Senatores, Præfidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

20 Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directè, vel indirectè sub quocumque titulo, vel colore, inuadere, destruere, occupare, ac detinere præsumperint in totum, vel in partem Agram Urbem, Regnum Sicilia, Insulas Sardinia, & Corsica, Terras
citra

citra Pharam, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venasinum, Sabinensem, Marchiam Anconitanam, Massam Trebariam, Romandiolam, Campaniam, & Maritimas Prouincias, illarumque Terras, & Loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Ciuitatesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castellum, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Ciuitates, Terras, & Loca, vel iura, ad ipsam Romanam Ecclesiam, pertinentia, dictaque Romanæ Ecclesiæ mediata, vel immediatè subiecta, necnon supremam iurisdictionem in illis, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumant, necnon adherentis factores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

Absolutio soli Pontifici reservatur.

Volentes præsentis nostris processus, ac omnia, & quæcunque his literis contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente, fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino fortiri.

Absoluere præsumentes excommunicantur.

Cæterum à prædictis sententijs, nullos per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cautione præstita, absolui possit, etiam prætexu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum, regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium, talibus, excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumperint, eos excommunicationis sententia innodamus grauius contra eos spiritaliter, & temporaliter, prout expedit nouerimus, processuri.

Papa absolutio non comprehendit eos qui à præmissis non destiterint.

Declarantes, ac protestantes quacumque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehen-

prehensos, nisi prius à præmissis, cum verò proposito ulterius similia non committendi, destiterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmatics, & decreta huiusmodi, publicè renouauerint, & ex Archiuijs, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum, quantocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscumque iuribus Sedis Apostolicæ, ac S. R. E. vnde eumque, & quandocumque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari posse, aut debere.

Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus alijs, cuiuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint, etiamsi, vt præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu Locis à prædicta Sede, ex quauis causa, etiam per viam, contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuslibet clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, concessis, etiam contententibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum, mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententia quominus includantur, in eis se iuuare valeant, vel tueri. Quæ omnia, quoad hoc eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Vt verò præsentibus nostri processus, ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes Valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, appendi faciemus. Vt ij, quos processus huiusmodi concernunt, quòd ad ipsos non peruenerint, aut quòd ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Insuper, vt processus ipsi, & præsentibus literæ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notiora, quòd in plerisque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata: Vniuersis & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatibus vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios, præsentibus literas, postquam eas receperint, seu earam habuerint notitiam semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo

do ad diuina conuenerit, solemniter publicent, & ad Christi fideles mentes reducant, nuncient, & declarent.

Quicumq; audiunt confessiones apud se has literas habeant..

Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alijque locorum Ordinarij, & Ecclesiarum Prælati necnon Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac presbyteri seculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quauis auctoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes se habeant easque diligenter legere, & percipere studeant..

Volentes earundem præsentium transumptis, etiam impressis Not. publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarij Rom. Cur. vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostense.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. 1605. Decimo Kal. Apilij, Pontificatus Nostri Anno Primo..

B. Card. Proda.

M. Vestrius Barbianus.

S. de Vrsinis.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millefimo sexcente simo sexto indict. quarta die vero vigesimatertia Mensis Martij Pon. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Papæ V. Anno eius primo, supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valua Basilicaram Principis Apostolorum S. Ioannis Lateranen & in acie Campi Floræ per nos Bernabæ um Policum, & Bernardinum Mazzatellum S. D. N. Papæ Curs.

Id. B. Bagni Mag. Curs.

Quibus quidem litteris diligenter inspectis, illas ad requisitionem, & instantiam Mag. D. Prosperi Farinacij S. D. N. Papæ, & Cam. Apost. Procuratoris Fiscalis, per D. Hieronymum Fabrium nostrum, & d. Curie Notar. publicum infra scriptum transumi, & exemplari, ac in hanc publicam transumpti formam redigi mandauimus, decernentes, & volentes, vt huic presenti transumpto, iuxta earundem Literarum, & decreti in eis appositi formam, continentiam, & tenorem, de cætero plena, & indubitata fide s. adhibeatur vbique locorum, ac si ipsæ Literæ originales exhibitæ, vel ostense forent. Quibus omnibus, & singulis auctoritatem nostram ordinariam, ac decretum interposuimus, & interponimus per presentes. In quorum

fidem

Idem presentes Literas, atque presens publicum Instrumentum transsumpti exinde fieri, & per Impressores Camerales imprimi, ac per dictum notarium, & Curiae nostrae Not. infra scriptum subscribi, & publicari mandavimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri iussimus, & fecimus. Datum Romae in aedibus nostris, anno a Nativitate D. N. Iesu Christi, 1606. Indictione quarta, die vero 23. Mensis Martij, Pont. autem S. D. N. D. Pauli Divinae providentiae PP. V. anno eius primo. Praesentibus ibidem DD. Laureto Persico, & P. Ant. Catalano. d. Cur. nostrae Not. & coram nobis scribis testibus ad praemissa omnia, & singula rocatis, specialiter atque rogatus.

Locus & sigilli.

Marcellus Lantes Auditor.

Hieronymus Fabrius Cu. Caus. Cam. Apost. Not. & Mens.

Quomodo autem in articulo mortis constitutus possit absolvi à sententia huius bullae, & in casibus 12. quos Xysti 4. ponit in extrauag. Et si dominici. De poenit. & remiss. sic ait Caiet. in summula de excomm. c. 77. Nota casus huiusmodi dupliciter inveniuntur. Primò, ut non remanserit poenitens ad satisfaciendum obligatus; & tunc potest in articulo mortis quilibet absolvi cum promissione, vel iuramento, quod praesentabit se (si eualet) valenti legitime absolueri; non quidem pro absolutione; sed ad Randum, mandatis ecclesiae. Si autem poenitens remanserit obligatus ad satisfaciendum praemitti debet, si potest, satisfactio: quod, si non potest, tunc praestare debet idoneam cautionem, antequam absolvatur; pro ut ipse Papa madata.

Vocatur autem idonea cautio pignorantia. Quod si hanc non potest, det fideiussoriam, & si hanc etiam non potest, det iuratoriam: & in hoc advertant bene confessores, ne illaqueantur &c. & quia quotannis haec bulla coenae possit innovari, curandum est, ut singulis annis ab ordinarijs, vel alia via inquiratur, an aliquid innovatum fuerit in ea, nec ne.

Sciendum est autem singulos curatos animarum quotannis teneri ad publicationem Bullae in Coena Domini sub poena peccati mortalis, & sub eadem poena penes se eam habere omnes confessarij, etiam regulares, procurare debent. Sed in hoc ultimo casu, an semper sit mortalis omisso reiterationis dictae Bullae, vide supra lib. 1. cap. 25. num. 4. Postremo sciendum est nihil omnino obstante contra sententias contentas in dicta Bulla Coenae Domini; neque etiam, ut Pius V. addidit, cuiusvis concilij generalis canones, vide supra lib. 1. cap. 25. §. 3. & infra cap. 2.

QVARE DE VERBO AD VERBUM FVERIT HIC BVLLA
hac inserta; & de eius antiquitate.

Quoniam Greg. Papa XIII. non solum secundo ac tertio sui pont. anno, sed fere singulis annis praedictam Bullam in Coena Domini auxit, atque aliter quam antea per singula capita ordinavit, non nullaque verba subtraxit. denique S. D. N. Xystus V. mutavit aliquae, idcirco eam de verbo ad verbum; prout hoc anno MDXXCVI. publicavit

12. Casus
Xysti in
quomodo ob
servandi est
hic &c.

De hoc et
superius vi
deas, &
praesertim
pag.

De hoc et
tiam vide
D. Th. 3. p.
in addi. q.
8. art. 6. ad
2.

Quae sit ca
utio idonea
Confess. de
bet adverte
tere.

Nota qua
to vinculo
astringan
tur curati
ad publi
canda hanc
bullam.

Nulla lex
ac nullum
privilegiu
valet con-

era hanc
bullam.
Soli error.

cauit, hic inferere placuit, & nota, Sorum in 4. sen. d. 12. q. 1. art. 3. *cond. 7.*
est deceptus, dicens, hanc Bullam non esse antiquam: sed cepisse anno
1410. sub Martino V. nam antiquissima omnino est, & illius meminit Clē.
Dudum de iud. ubi Glos. in verb. sollemnes subdit, ter in anno huiusmodi
processus pronuntiabatur à Papa: & eadem Glosin ver. generales narrat
casus, qui olim continebatur in dicta Bulla, qui etiam hodie continetur, &
plures alij.

Noto
de la Bulla
in qua da
mini no
eno, nova
rome alcuni
droro =

NOTANDVM SVPER HANC BVLLAM. Cap. II.

COLLIGE hinc, quod; quamvis Regulares per sua priuilegia, vt Xysti
4. & Iul. 2. obtinuerint se posse absolui à suis superioribus ab om-
nibus casibus, etiam contentis in Bulla Coena Domini, & hoc perpe-
tuo, exceptis quattuor, aut quinque casibus, & item, quod per dictam
Bullam nunquam intelligatur reuocatum tale priuilegium; tamen, & hoc
minime, vt puto, nostris temporibus verum est. Quia si per hanc Bullam,
pro vt Pius V. & Greg. XIII. declarauit; & Franciscus Toletus è societate,
& familia Iesu Theologus sacrae penitentiariae scribendo sensit, priuile-
gium concessum Episcopis Sess. 24. cap. liceat; quantum ad id, quod con-
cernit Bullam in Coena Domini per eandem Bullam reuocatum est, &
idem sensit Iosephus Angles lib. Flor. Theol. quaest. Franc. Pegna super Di-
rect. Inquis. Dominus Maiolus tract. de irregul. Simanc Cath. inst. ver. Ab-
solutio, & Cap. ad Zanh. addit cap. 34. in princ. & in fine §. sed hæc: certe,
multo magis præfatum priuilegium regularium erit reuocatum; cum ibi
Papa magis alia priuilegia reuocare intendat, quam ea, quæ in Con. Trid.
expresse lancita sunt. Item cum Papa valeat reuocare, da mihi tu formu-
lam verborum Sub qua fatearis, Papam vere reuocasse, & ego eam tibi
amplissime in hac Bulla demonstrabo. Vnde etiam in compendio priuile-
giorum de hac re à suo collectore olim dubitatum fuit, asseruitque, quo-
tannis debere superiores ordinum accedere ad Papam, vt mentem suam
super hanc rem aperiat. Alias absolutus regularis super aliquo casu con-
tento in dicta Bulla ab alio, quam à Papa, seu ab eius deputatis, non erit
in foro conscientia tutus, de hac re vide, etiam supra lib. cap. 25, §. 9.
pag. 46. & 53.

NOVISSIME PRODIIT DECRETVM SACRÆ CONGREGA-
tionis S. R. E. Cardinalium, negotijs Episcoporum, & regula-
rium præpositæ super absolutione a casibus reserua-
tis, quam hoc loco inferere visum est v3.

SACRA Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus
Episcoporum, & Regularium præposita iustis, & grauib. causis id
exigentibus; ac de S. D. N. Clemens Papæ VIII. speciali mandato, vi
uæ vocis oraculo desuper habito Sacerdotibus omnibus tam secularibus
quam regularibus per vniuersam Italiam extra Urbem degentibus ad con-
fessiones

sessiones audiendas probatis quorumvis ordinum etiam Mendicantium,
 Militarium, aut congregationum etiam Societatis Iesu, & generaliter qua
 rumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcepit, ne
 quis eorum, sub prætextu privilegiorum, indultorum aut facultatum ge
 neraliter, vel specificè scripto, aut viuz vocis oraculo, vel communicationem à Sede Apostolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congrega
 tionibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus secula
 rium, aut singularibus personis, seu alias quocunque sub quibusvis teno
 ribus formis, & clausulis, et derogatoriis derogatorijs, ad cuiusvis etiam
 Imper. Regum aut aliorum Principum instantiam concessarum seu confirmata
 rum, alicui cuiusvis status, gradus, & conditionis aut dignitatis, tam eccle
 siasticæ quam secularis etiam Regiæ, vel Imperialis, ab illo ex casibus cla
 re, vel dubie in Bulla die Coenæ Domini legi solita, contentis, vel alias quo
 modocunque Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per sanctitatem
 suam eiusve successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter referuan
 dis, nec etiam à casibus quos Ordinarij locorum hæctenus referuarunt,
 vel in posterum sibi referuabunt, nullo casu etiam necessitatis, vel impedi
 menti nisi in mortis articulo seu cum noua, vel speciali sanctitatis suæ,
 aut successorum suorum, vel ordinariorum quoad casus ab ipsis tantum
 referuatos, respectiue impetrata inscriptis licentia, Ordinarijs locorum,
 exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præ
 sumat, sed cum opus fuerit prænitentes ad superiores legitimisque Iudices
 suos accedere consulant; sub pœna contrafacientibus tam Regularibus,
 quam secularibus, excommunicationis priuationis officiorum, & dignita
 tum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones & ad quæ
 cunque officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto abs
 que vlla alia declaratione incurrenda: super quibus à nemine, nisi à Ro
 mano Pontifice habitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mor
 tis articulo possit impartiri; Sanctitas eorum sua (quateenus opus sit facul
 tes, & concessiones ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cæte
 ro voluit, & vult, non obstantibus quibuscunque.

Præter ea nouerint prænitentes absolutionem si quam obtinebunt con
 tra huiusmodi prohibitionem, esse nullam, nulliusque roboris, vel momēti.

Et ne locorum ordinarij, quibus ius hoc referuandorum casuum cem
 petit, plurimum, quam opus sit, reservatione subditis aut confessarijs in ani
 marum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes,
 vt paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam
 animarumque sibi creditarum salutem, pro cuiusvis Diocesis statu, & qua
 litate necessario referuandos esse iudicauerint; referuent. in quorum
 fidem &c. Datum Romæ die 9. mensis Ianuarij Anno 1601.

CUm autem dubia quædam ac difficultates circa eiusdem decreti in
 terpretationem, antequam obseruationem emerissent, eadem con
 gregatio, ne vllus deinceps obscuritati scrupulo, ambiguitatiue locus re
 linquatur, & vt clarius appareat, in quibus casibus vigore eiusdem Decre
 ti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem
 S. D. N. Clementis Papæ VIII. similiter viuz vocis oraculo super ea habito,

habito

habito, ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Coenae Domini legi consueta continentur. Ac praeter a violationis immunitatis ecclesiasticae in terminis constitutionis fel. rec. Greg. XIII. quae incipit: Cum alias nonnulli. Violationis clausulae monialium ad malum finem. Pronocantium & pugnantium in duello iuxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Contigitionem fel. record. Greg. Papae XIII. incipientem ad tollendum. Inscientium violentas manus in clericos, iuxta Canonem. Si quis suadente, 17. q. 4. ac iuris dispositionem. Simoniae realis scienter contractae, atque etiam confidentiae beneficialis. Item omnes casus, quos ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruant. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam poena inhabilitatis audiendi confessiones eadem sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in sua infirmitate & pristino robore permanere: Ac praeterea declarat eos quidem sacerdotes tam seculares, quam regulares, qui aliquo ex privilegijs, indulgijs, & facultatibus in supra dicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum privilegia, indulgia, & facultates, vni ante idem Decretum receptas, & quae sub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias absolueri a casibus in praesenti declaratione non comprehensis alijs vero sacerdotibus huiusmodi privilegijs non habentibus nihil de nouo concedi. Sed ne locorum ordinarij, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant, eadem sacra Congregatio illos rursus, magnopere admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in aedificationem, non autem in destructionem cedat, ne aliquo in Sacramenti Poenitentiae Ministrorum coarctata potestate, Sanctae Matris Ecclesiae pie menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reseruent casus in Bulla die Coenae Domini regi consueta, & contentos, neque alios Sedis Apostolicae specialiter reseruos. Facultatem vero & licentiam absoluedi a casibus reseruatis quam in scriptis tantum concedi permittebantur, etiam solam, vna voce concedi posse declarat. Caeterum quis sacerdotum secularium, aut Regularium, sub praetextu, qui per dictum primum decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegijs derogatum eidem Decreto sic, vt praefertur declarato, contrauenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis omnibus, in fauorem quorumcunque ordinum seu institutorum Regularium aut Sacerdotum tam secularium, quam regularium editis, nec non eorundem ordinum, seu institutorum, ac etiam Ecclesiarum & Monasteriorum, & aliorum secularium, seu Regularium locorum quorumcunque, tiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs, quoque indulgijs, & literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis eisdem ordinibus, seu institutis, ac etiam ecclesijs, & monasterijs, & saecularibus seu regularibus locis, aut personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs, & in solis clausulis, nec non ir-

ritas.

stantibus, & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis; seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis; specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus aduersantur, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, contrarijs quibuscunque non obstantibus. Romæ die 26. Nouembris 1602.

Alex. Card. Floren. Episc. Præfatus.

Hier. Agucchius Secret.



ALII

ALII CASVS

EXCOMMUNICATIONVM NON RESERVATI IN BVLLA COENÆ DOMINI

Sed tamen reseruati Summo Ponti-
fici iure Canonum, Hi sunt.

EX DECRETO ET DECRETALIBVS.
Cap. III.



Vi suadente Diabolo huius sacrilegij reatum
incurrerit, vt manus violentas in clericum,
vel monachum iniecerit anathematis vincu-
lo subiaceat, & nullus episcop. illum præsu-
mat absoluerè (nisi mortis urgente pericu-
lo) donec a post. præsentetur conspectui, &
eius mandatum suscipiat, c. 19. Si quis Decr.
pars 2. cap. 17. huius can. exceptiones vide
in gl. eiusd. can.

Item, qui ad hanc rem præstat consilium, au-
xilium, vel fauorem, cap. Mulieres. De sent.
excom. lib. 5. decretal. tit. 39. c. 6.

Etiam si clericus habeat solum primam tonsuram, secundum omnes do-
ctores.

Etiam si sit conuersus religiosus, aut etiam Monialis, aut conuersa. Cap.
de Monialibus, eod. tit.

Præterea etiam si monachus sit solum Nouitius, cap. Religioso eodem
tit. lib. sexto.

Item iudex Ecclesiasticus, aut Abbas, qui clericum, Monachum, aut con-
uersum per laicum verberari, faciunt, etiam si hoc fiat causa disciplinæ re-
gularis, cap. vniuersitatis eod. tit. & item præfatus laicus percuciens causa
disciplinæ, ibidem.

Item, detinens clericum, etiam sine lesione in custodia publica, vel pri-
uata, vel etiam detrudens in vincula. cap. Nuper. eodem tit.

Item, si raru tantummodo quis habeat iniectionem manus violentæ in
clericum, vel monachum, cap. Cum quis, eodem tit. lib. sexto.

Item,

Item iniiciens manus violentas seu iniurias in eisdem, licet velint, & ad hoc consentiant, sponte sua corpora supponant percussionibus pro satisfactione offensæ laico factæ; seruando morem patriz, quem inter se laici obseruant, huiusmodi enim manus iniectio, etsi non violenta, tamen iniuriosa in ordinem videtur. eod. tit. 19. cap. 36. lib. 5. contingit.

2 Clerici, qui scienter, & sponte in diuinis participant cum excommunicatis à Papa, ipsos in officio recipiendo cap. significauit, eod. tit.

Huc spectaret capitula quorundam, cussi alijs extra. De Indæ sed de eis late vide inferius sub nu. 105.

3 Qui scienter in criminæ criminoso communicat cum eo, qui nominatim excommunicatus est, consilium, auxilium, vel fauorem illi dando: cap. Nuper. de sentent. excommun. Pro quo etiam vide cap. Si concubinæ eodem tit.

Nota, quod vbicumque in margine videris sic impressum, videlicet (cum priuatione, & inhabilitatione) significatur, vltra excommunicationem, additam esse poenam, ipso facto priuationis beneficiorum, aut officiorum, cum inhabilitatione ad illa, & aliquando ad alia omnia similia, vel dissimilia obtinenda. Et proinde, casu aliquo incidente, ipsa extraneas, legenda erit, & ab omnibus poenis absolutio ab habente facultatem petenda erit.

Nota.

Hæc partim est Pæpali, & partim Episcopalis. Notaati.

EX SEXTO DECRETALIVM. Cap. IV.

4 Ille, qui propter mortis articulum absolutus ab excommunicatione Papali, postquam conualuerit, quam cito commode potest, contemnit se præsentare. cap. eos qui de sent. excom.

5 Item qui hostiliter S. R. E. Card. fuerit in secutus, vel percusserit, aut ceperit, &c. cap. Felicis, de poenis, Pius V. ampliauit. Ac hodie est in Bulla Cœnæ Domini.

6 Qui nullo sedis Apostol. concessu assentiant nominationi, aut electioni Senatoris Urbis Romæ, aut eius, qui ipse Urbis gubernationi præesse debet cap. Fundamenta de elect.

Hæc potest esse etiam Episcopalis, sed videtur de textum.

EX CLEMENTINIS. Cap. V.

7 Qui iniuriôsè, vel temere aliquem Episcoporum percusserit, ceperit, vel bandiuerit, vel fieri mandauerit, aut facta ab alijs rata haberit, vel consilium, auxilium, vel fauorem dederit. cap. si quis, de poenis. Hodie est in Bulla Cœnæ Domini.

8 Inquisitores, & Sacræ Inquisitionis ministri odio, gratia, vel quæstu alioue commodo ducti, qui in hæreticis inquirendis negligentibus sunt, vel falso hæresim imponunt. cap. multorum. de hæret.

9 Religiosi, qui absoluant excommunicatos à canone, vel absoluunt à sententijs promulgatis in constitutionibus prouincialibus, aut Synodalibus, de priuil. cap. Religiosi, eidem censuræ subiacent, si præsumant absolueri à culpa, & poena. cap. eod.

Sententijs idest excommunicationibus, vide de Card.

10 Religiosi, qui, non impetrata à parochis facultate, Sacramenta Eucharistia, aut extremæ unctionis ministrant, aut matrimonium sollemnizant. cap. religiosi de privileg.

11 Religiosi & clerici seculares, qui alios inducunt ad vouendum, promittendamue, vt in suis Ecclesijs sepulturas eligant, vel iam electis ne mutant. cap. cupientes. de pœnis.

12 Qui prohibent, quomodus publice excommunicati, interdictiue de ecclesia exeat, quo tempore Missæ sacrificium fit, si eis à celebrantibus denunciatum sit, vt de ecclesia abeat. cap. Grauis. de senten. excom.

13 Excommunicati, interdictiue publice, si à celebrantibus moniti fuerint, vt de Ecclesia exeat, idque facere recularint, neglexerintue; cap. eod. vt supra.

14 Principes, & illustres viri, qui interdicti generalis tempore cogunt aliquem facere dotem. celebrare. cap. Grauis. de sent. excom.

IN EXTRAVAGANTIBVS. Cap. VI.

*Quis non sita publici non cõ-
prehenditur.*

15 **Q**ui corpus mortuum in frustra incidunt, & in aqua coquant, vt ossa separent à carnibus Bonif. 8. in extrauag. de sepult. cap. 1.

16 Qui interdictum ab Apostolica Sede promulgatum violant cap. Et si dominici, de pœnit & remiss.

Item conspirantes in personam Rom Pontificis, ibidem.

17 Qui aliquid ex pacto dat, aut recipit pro ingressu religionis cap. sane in vinea, de simonia.

*Cum pri-
uit. & in-
habilit.*

18 Qui dant, recipiuntue quomodocunque aliquid simoniace in ordine suscipiendo; aut beneficio consequendo. Paulus 2. Cum de detabile d. Simon. & Mart. V. in Concil. Constant. cap. multæ. Hoc idem confirmatur in Concil. Lateran. constit. sess. 9. & Concil. Trident. sess. 24. cap. 14. de Ref. & Pius V. cum primum, & Xyst 4. & si dominici, de pœnit. & remiss. & per Bullam Pij V. sunt etiam inhabiles ad alia beneficia obtinenda, tam similia, quam dissimilia.

Item qui in dicta simonia mediatores; procuratoresue extiterint. ibidem vt supra, pag. 2.

19 Religiosi mendicantes, qui transeunt ad ordinem non mendicantiũ, facultate à summo Pont. non impetrata, præterquam ad ordinem Carthusienſium Mart. V. viam ambitiosæ de regul. & transf. ad relig.

Item qui eos in suos ordines adscribant. cap. eod. vt supra.

20 Qui Cardinalium & aliorum in conclauis existentium, vel etiam ipsius electi in Papam, domus, res, & bona eorum violenter inuadere, recipere, occupare, & transportare præsumunt; & qui ad id consilium, auxilium, vel fauorem præstare præsumptierint in Concil. Constit. sess. 41. cap. omnis. 27as.

*Isti casus
dicuntur
esse 12. &
Cæter. po-
nit. c. 17.
ut sũ. n. al.*

21 Confessores, qui absolunt excommunicatos à casibus, & cens. r. s. quæ in extrauaganti Xysti quarti referuntur, cuius iacium est, Et si dominici, de pœnit. & remiss. tit. extran. comm.

22 Qui asserere audent in hæresim, aut in peccatum mortale eos incurere

currere, qui Beat. Virginem ab originali peccato fuisse præservatam, dicunt, & contra. Xylt. 4. Graue nimis in extrau. comm. & Concilium Trid. sess. 5. in fine decreti de peccato originali, V. de. quæ addit Pius in extr. super speculam.

Item, qui libros, in quibus hoc asseritur pro veris legere, tenere, habere, aut auferunt, in ead. extrauag.

23 Qui dant, accipiunt, promittunt, acceptant, paciscuntur, vel aliquid ut in Cur. Roman. iusticiis, vel gratiam alicuius rei obtineant.

Qui item huius criminis reos non denunciant; Bonifac. 8. De sentent. excommunic. cap. 1. Hæc excommunicatio fuerat reuocata, sed Grego. XIII. eam innouauit, & extendit ad audientes qualescunque facinus, & ad dantes consilium, auxilium, vel fauorem. Quos omnes omni beneficio, & officio ecclesiastico, & seculari ipso iure priuatos esse declarat, ac perpetuo infames, & inhabiles ad illa, & alia esse vult. Extrau. Ab ipso.

24 Cardinales, qui sede vacante, constitutioni de electione Roman. Pontif. sine simonia faciendi contrauenire præsumperint. Iul. 2. cum tam diu in Concil. Later. sess. 7. Et Cardinales, qui aliquem elegerint simoniacum, sunt à suis ordinibus, dignitatibus, & beneficijs absque alia declaratione priuati. At mediatores quicumque fuerint, sunt etiam ultra præfata ad illa, & similia inhabiles.

25 Qui monasteria ingrediuntur monialium ordinis Prædicatorum, Franciscorum, & in casibus non concessis. Bonif. 9. & Eug. 4. in privilegijs vniuersi, & alterius ordinis, & vide infra excom. 191.

26 Omnes illi, & præsertim impressores, & bibliopolæ, qui aliquod opus, vel librum, vel scriptum de nouo compositum, & Bononiæ impressum auferunt intra spatium decem annorum à prima editione computandorum, imprimere, aut venialia in officinis habere, aut imprimi per alios facere sine licentia deputatorum Bononiæ, & est Papalis absolutio. Greg. XIII. dum nobis. Inquisitoribus verò mandatur in virtute sanctæ obedientiæ, ne permittant tales libros imprimi.

27 Contra omnes, & singulas mulieres, etiam Ducissas, quæ prætextu licentiarum in hanc vsque diem, hoc est. 1575. Mensis Iunii, à Sede Apostolica seu eius legatis, sibi concessarum ingredi audent monasteria, domos, & loca monialium, ac etiam vrorum, quorumvis ordinum. Greg. XIII. vbi gratia: & est Papalis absolutio, vide infra excom. num. 140.

28 Contra abbatis, abbates, conventus, & alios superiores vtriusque sexus, & alias personas, quocumque nomine vocentur, quæ pretextu huiusmodi licentiarum ingredi facient, vel permittent, ibid. & vterius incurrunt ipsi facto in priuationem, & inhabilitatem dignitatum, officiorum ac beneficiorum suorum ad illa, & alia in posterum, ibid.

29 Contra quasunque personas ecclesiasticas, ac item seculares, ac quorumvis ordinum regulares, quæ pretextu licentiæ sibi datæ ab Episcopis, seu superioribus propter casus necessarios iuxta Concil. Trident. tamēn pro libito, & extra necessitates urgentes, monasteria monialium ingredi præsumunt ibid. infra excom. 93.

30 Contra item moniales, quæ personas quasunque habentes licentias ab Episcopis, aut superioribus, duntaxat pro necessitatibus urgentibus:

Cum priuat. & inhabilit.

Cum priuat. & inhabilit.

Cum priuat. & inhabilit.

Cum priuat. & inhabilit.

Cum priuat. & inhabilit.

*Notandū
singulare.*

bus: tamen extra eas præsumunt aliter admittere, ibid.
Igitur, qui ingrederetur monasteria monialium sine prætextu licentiarum huiusmodi, non incurreret, nisi in excommunicationem latam in conc. Trident.

Cauio.

*Mod^o præ
scriptus e-
piscopis,
quo ad im-
gressum.*

Item moniales admitentes sine dicto prætextu, nullam in censuram incurrerent: sed peccarent tantum mortaliter, propter consensum in actum, qui est mortale peccatum.

Aduertant tamen confessarij monialium, & earum medici, seu chirurgi, ac alij communiter conscripti, ac licentiatij, ne extra casus vrgentes ingrediantur monasteria monialium. Et item caueant moniales, ne tales conscriptos admittant extra dictos casus, alias incurrunt omnes in censuras, ac pœnas supradictas, & caueant ordinarij, ne ingrediantur nisi modo præscripto à Gregorio XIII. alias, incurrunt censuras vt ibi.

31 Qui ad sepulcrum domini accedunt sine licentia Papæ, in libro prænitent. ar. hæbetur, vt refert Archiep. Flor. par. 3. tit. 25. c. 30. infra excom. num. 169.

32 Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ qui aliquid patefaciunt vetitum in consistorio à Papa reuelari: vnde aliquid præiudicij, vel scandali nascitur, Leo X. sess. 9. in Conc. Later.

33 Qui in sermonibus, & in prædicationibus miracula falsa, in certaue populo prædicant. Qui item prophetias ex sacra scriptura desumptas prædicare audent ecclesiæ prælati, aut suis superioribus detrahere aut fuerint, Leo X. in Conc. Later. sess. 11.

*Huc spe-
ctat excō.
173. §. fin.
An autē.*

34 Quicumque ministri Papæ, & omnes officiales, etiam Episcopali dignitate fulgentes, præter Cardinales, in terris ecclesiæ exercentes officium quodcumque, accipiunt munera: præter comestibilia, & potabilia, quæ bi-duo consumi possunt; & similiter dantes, & tenentur illud restituere, Paul. 2. munera.

CASVS EXCOMMUNICATIONIS EPISCOPIS IVRE CANONICUM RESERVARI.

EX DECRETO, ET DECRETALIBVS. Cap. VII.

35 Principes, & Iudices, qui ter admoniti negligunt clericis iustitiam facere 23. quæst. 5. cap. Administratores. Item laici qui oblationes de sacris ecclesijs auferre moliti fuerint, cap. fin. 10. q. 1.

36 Qui de tertij partis Cardinalium nominationem confusus, Papæ sibi nomen vsurpat; & qui ipsum recipiunt; & qui à paucioribus, quam a duabus partibus Cardinalium, electus gerit se pro Papa: nisi maior concordia intercesserit, cap. Licet, de elect.

37 Qui audent affirmare ordinationes ab Octauiano, & Guidone factas, ratas esse, cap. 1. de schismat.

38 Qui vsurpant Episcopatum in Ciuitate diocesiue; vbi populi diuersis linguis vtentes, varios ritus sub vna fide habent, cap. qm̄ de off. ord.

39 Clerici, monachique, qui accipiunt officium vicecomitis, aut præpositi

positi secularis; si moniti non repuerint, cap. Clerici, ne clerici, vel monachi
 40 Religiosi extra claustrum, vel alij clerici quamlibet dignitatem, personarum, aut officium obtinentes, ut archidiaconi, plebani, decani, prepositi, cantores, & item presbyteri, qui leges, vel physicam audiunt; nisi infra duos menses dicti religiosi redierint; alij vero, nisi infra dictam tempus defiterint, cap. vlt. ne cler. vel monachi.

41 Magistri, scolares, que, qui Bononiæ aliorum scholarium hospitia durante locacione conducunt sine eorum consensu, cap. 1. de locacione.

42 Qui seruari faciunt itaruta, edicta, & consuetudines, seu potius abusiones introductas contra Ecclesiasticam libertatem: & item statuarij, scriptores statutorum, potestates, consules, rectores, & consiliarij locorum ubi ea fuerint edicta, vel seruata, ac etiam secundum ea præsumentes iudicare; & si qui in publica forma scribunt huiusmodi iudicata, cap. Nouerint d. sent. excom. Hodie est in Bulla Coenæ Domini.

*Huc spe-
tat ex. 57*

EX SEXTO DECRETALIVM. Cap. VIII.

43 Domini temporales, ut princeps, senator, consul, potestas, & huiusmodi, qui non obseruauerint infra mensem cap. Felic. s. de pœnis, cum omnibus, quæ ibi continentur contra offendentes S. R. E. Cardinales cap. eodem. Hodie est in Bulla Coenæ Domini.

44 Qui quempiam Christianum per quoddam genus hominum, quos vocant assassinos, interfecerit, interficive mandauerit; quamuis mors non sequatur; Qui item eos receperint, & defenderint, occultauerint, uel cap. Pro humani. de hom.

45 Domini temporales, qui prohibent, ne homines sibi subiecti quidpiam vendant, emant; aut ne panem coquant, aliave obsequia præstent hominibus Ecclesiasticis, cap. Eos de immunit. eccl.

46 Qui Ecclesias, & homines Ecclesiasticos compulerint ad pedagia, & Guidagia soluenda, cap. Quamquam de censib. & item, qui ea exigunt, vel extorquent per se, vel per alium: suo nomine, vel alieno, cuiuscunque sint conditionis, & hodie est in Bulla Coenæ Dñi, vide Situ. Tab. Armilla &c.

47 Qui regalia, custodiam, vel titulum aduocationis, aut defensionis in locis pijs vacantibus usurpare conantes, bona Ecclesiastica occupant, cap. Generali, de elect. Sed hodie videtur esse Papalis per Conc. Trid. sess. 22. c. 11. Hodie in Bulla Coenæ Domini.

Item clerici Ecclesiarum, & Monachi Monasteriorum, qui hoc fieri procurant. ibid.

48 Clerici, qui locant domos manifestis vsurarijs ad focus exercendum in terris suis, cap. 1. de vsuris.

49 Qui per se, vel per alios impediunt litigantes in foro Ecclesiastico in causis, quæ de iure, vel consuetudine ad dictum forum pertinent; & item, qui volentem litigare compellunt, aut compelli faciunt, ut cesset; aut id procurant per se, vel per alios; aut ad id consilium, auxilium, vel fauorem præstant. De immunit. eccl. cap. quoniam. Hodie est in Bulla Coenæ Dñi.

50 Qui pignorationes, seu reprecasias aduersus personas ecclesiasticas seu

*Si de hoc
fiat statutum
restringens
libertatem
eccl. est in
Bulla Coenæ
Domini.*

seu bona ipsorum concedunt, vel extendunt, nisi intra mensem renouauerint
cap. 1. de iniurijs.

51 Qui fictione, fraude utuntur, vt iudex ipse vadat ad mulierem
pro testimonio, c. Mulieres de iud.

52 Vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis, neque
abstinent ab ijs, vnde in ipsis electionibus discordia oriri, nutritiue possunt,
cap. indemnitate, de elect.

53 Qui quilibet personas ecclesiasticas ad quas spectat electio in
monasterijs, pijsue locis, & aut eorum item consanguineos quouis modo
offenderint, eo quod eligere noluerint personam, ad cuius electionem in-
ducebantur, cap. sciant cuncti, de elect.

54 Qui compellunt prelatos, ecclesiastico sue homines, vt ecclesias
suas, earum preda, iuraue laicis subijciant, cap. consultissime, de rebus ec-
cles. non alienan.

55 Pars que procurat, vt de alijs, quam de manifestis iniurijs, seu vio-
lentijs, conseruatores se intromittant, vel suam ostendant potestatem ad
ea, que iudicalem indaginem requirunt, cap. hac constitutione, de offic.
deleg.

56 Domini temporales, seu rectores, vel officiales, eorum, circa nego-
tium inquisitionis contra hereticos, deficientes, & omnes, qui in hoc scien-
ter dederint consilium, auxilium, vel fauorem, cap. Vt inquisitionis, de her-
eticis, & satis est, quod aliquatenus, vel indirecte impediunt, vel &c.

*Hodie est
in bulla ce-
na Domi-
ni cap. 17.
nec requi-
ritur mo-
nitio.
Vide Ta-
lien.*

57 Offendentes libertatem ecclesiasticam, quantum ad immunitatem
a collectis, & exactionibus, & item usurpantes iurisdictionem prelatorum
si tamen moniti non desistant, cap. Non minus, de immun. eccles. & compre-
henduntur etiam fautores. Successores autem in officio, elapso mente sub-
iacent excommunicationi, si satisfacere recusaerint. Nota, quod superius
fuerat ponenda hęc censura; quia pertinet ad lib. Decretal.

58 Qui in conclaue scriptum, nunciūque Cardinali cuiquam miserit;
aut secreto cum eo locutus sit, cap. vbi periculum de election. immo no-
tam, vel signum mittentes, vel recipientes sunt hodie excommunicati per
Pium IV. In eligendis cum reservatione Papali.

59 Domini, Rectores, & alij Magistratus vrbis, oppidiue, vbi Pontifi-
cis noui creatio tractatur; si diligenter, aut inmiolabiliter ea non obserua-
rint, que sibi eo in negotio commissa sunt, ac si fraudem commiserint, cap.
eodem.

60 Qui, non impetrata a summo Pont. facultate, nouum religionis ha-
bitum assument, vota nuptantes, simulque in communi viuantes, capit.
Vnico, de relig. dom.

61 Sepelientes in loco sacro hereticos, credentes, receptatores, vel
fauores eorum, cap. quicunque, De heret.

62 Qui renouationem excommunicationis, suspensionis, interdictione,
aut absolutionem extorqueant, vi, vel metu, capit. primo de ijs, que vi,
vel metu.

63 Doctores, qui leges, aut medicinam decent religiosos, in scholis
suis eos retinentes deposito eorum habitu Item ijdem religiosi, non impe-
trata a superioribus suis facultate, ad studia quouis se contulerint capit.
secundo

Secundo, ne cleric. vel monachi.

64 Religiosi quicumque professi, taciti, vel expressi, temere dimittentes habitum suæ religionis. ibidem etiam si occulte retineant habitum. pro quo hodie vide Concil. sess. 25. capitul. 19. de refor. reg. & comprehenduntur etiam conuersi ac laici religionum, dummodo sint saltem professi tacite.

65. Contra prædicantes publice, vel priuatim præter auctoritatem ab Apostolica Sede, vel catholico Episcopo inri susceptam. Decret. l. 5. tit. de Hæreticis, cap. 13. Excommunicamus § Quia vero.

EX CLEMENTINIS. Cap. I X.

66 **M**onachi, qui intra septa monasterij. sine abbatum suorum licentia, arma tenent. i. de statu mon. Nota, quod non comprehendit quoscumque regulares.

67 Religiosi, qui proferunt aliqua, vt audientes deterreant à solutione decimarum cap. Cupientes: de poenis. Qui vero decimas subtrahunt, aut impediunt, sunt excommunicati, vide Concil. sess. 25. cap. 12. de refor.

63 Religiosi item, qui ab officio prædicationis (quia conscientibus, de soluendis decimis scienter postposuerint conscientiam facere) suspensi prædicare præsumunt, dicta negligentia prius non purgata. ibid.

69 Qui prohibent sequestrationem beneficij à Sede, Apost. decretam. Qui item si uictus sequestris nomine depositos occupare quouismodo audent. i. de sequest.

70 Qui postquam moniti fuerint, monialium, aut mulierum canonicarum secularium uisitatores in suo officio impedire præsumunt, cap. attendentes, de statu mona. in

71 Religiosi mendicantes, qui immoderate habitacula acquirunt: vel dimittunt, vel transferunt in alios vsus. Cupientes de poenis. De licentia tamen ordinarij, possunt loca erigere. Vide Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. in fine.

72 Officialem communicatum, qui ue potestate præditi vsuras quibusdam statutis fouent, & item ordinantes, quod cum repetuntur vsuræ, non plene restituantur, & iudices secundum dicta statuta præsumentes iudicare de vsuris cap. 1.

73 Qui in gradibus consanguinitatis, affinitatisue prohibitis scienter matrimonium contrahunt, vel cum monialibus professis. Qui ue in religione, aut sacris ordinibus constituti hoc admittunt. cap. 1. de consang. affinit. sed hi postremi forent etiam de hæresi suspecti, secundum Doctores.

74 Qui in cæmeterijs interdicti tempore in casibus à iure non concessis, quocumque aut excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, aut manifestos vsurarios scienter sepelire audent. i. de sepult.

75 Religiosi, qui administrationem, ecclesiasticæ beneficia non obtinent, si decimas ecclesijs debitas vsurpare audent, nisi postquam moniti sunt, intra mensem de sistant, & satisfecerint ecclesijs duorum mensum spatio de damnis, quæ ob id passæ sunt. cap. Religiosi, de Decima.

76 Monachi, aut canonici regulares, administrationem aliquam non habentes, & ad curias principum sine speciali licentia suorum prælatorum, se conferentes, ut eis aliquod damnum inferant. cap. 1. De statu monach. non comprehendit omnes regulares.

77 Religiosi non seruantes interdictum, aut cessationem à diuinis, potestatem auctoritate Sedis Apostol. aut à loci ordinario: quando tamen ea seruatur cathedralis, aut alias mater Ecclesia. cap. Ex frequentibus, de sentent. excomm. vide Conc. sess. 25. cap. 12. de reg.

78 Mulieres statum Beguinarum sectantes; aut, quæ non uultu suscipiunt religioſi item, qui eis consilium, auxilium, fauoremue dant. 1. de relig. domibus.

IN EXTRAVAGANTIBVS. Cap. X.

79 **Q**ui litteras Papæ ante suam coronationem factas, tamquam irritas, impugnant. Bened. XI. aut secundum alios Clem. V. Quia nonnulli, de sent. excomm. Extravag. comm.

80 Qui assumunt statum, si clamue Fratellorum, Bizochorum, Beguinarum, vel perleuerant in eo: & Prælati, qui eis hoc concedunt. 102. 22. cap. sancta Romana, de relig. domibus.

81 Qui bona ecclesiastica alienant: & qui alienata recipiunt, contra formam ibi contentam, absque Sedis Apost. auctoritate Paul. 2. Ambitiose, de reb. eccl. non alien. idest, ultra triennium &c.

82 Qui impediunt legatos, Nuntiosue Apostol. ne recipiantur, neque faciant, quorum causa missi iunt. cap. super gentes, de consuet.

83 Qui librum, aut quamcunque scripturam imprimunt, vel imprimi facere præsumunt: nisi prius in Vibe per vicarium, & sacri palatii magistrum: in alijs vero diocesis ab Episcopo, alioque perito homine, qui missis delegerit, & ab Inquisitore liber, scripturaue comprobata sit, Leo. X. sess. 10. in Concil. Lateran. & in Iudice lib. proh. reg. 10. & Concil. Trid. sess. 4. §. sed &c.

84 Qui prædicando, vel disputando audent impugnare montes pietatis, Leo X in Concil. Later. Afferendo, videlicet modum ibi traditum esse, vlturarium. Non est enim feneratorius, pro quo vide Ioan. de Med. C. de rest.

EX CONCILIO TRIDENTINO. Cap. XI.

85 **C**ontra eos, qui docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumunt illis, quos conscientia peccati mortalis grauat (quantumcumque se contritos existiment,) habita copia confessoris: non necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem ad digne sumendum in Eucharistiæ Sacramento, sess. 13. can. 11. Ideo caue hic à Caiet.

86 Contra eos (etiam Imperiali dignitate fulgentes) qui alicuius Ecclesiæ, seu cuiusvis sæcularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura quocumque modo

Contra Caiet. in sum. mule.

Est etiã in Bulla Cæ. næ Dni.

modo; & item fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum; quocumque quæsto colore, aut arte in proprios usus convertere: illosque vsurpare præsumunt. *sess. 22. cap. 11. & est Papalis absolutio, Hodie est in Bulla Cœnæ Domini, cap. 17.*

87 Item, qui etiam Regali dignitate fulgentes impedire præsumunt, ne ab ijs, ad quos præfati fructus iure pertinent; percipiantur, & est Papalis absolutio, *ibidem. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam iure patronatus, vltra prædictam pœnam, eo ipso priuatus existit.*

Cum priuati.

88 Item clerici, qui nefandæ fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricatores, seu consentientes fuerint, eidem censuræ subiacent: nec non quibuscunque beneficijs priuati existunt *ibidem.*

Cum priuati.

89 Contra eos, qui falso affirmant, matrimonia, à filijs familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse, *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim. sup. lib. 1. canon. 19.*

90 Contra raptores mulierum, ac omnes consilium, auxilium, & fauorem præbentes, *ibidem cap. 6. & est Episcopalis absolutio, & tales sunt etiam perpetuo infames: omniumque dignitatum incapaces, ac tenentur prætam dotare.*

91 Contra dominos, ac magistratus, ac alios cuiuscumque gradus, & conditionis existentes, qui quouis modo directe, vel indirecte subditos suos, vel quoscunque alios tam viros, quam mulieres cogunt quominus libere matrimonia contrahant, nempe quando spe magnæ hæreditatis eos, aut eas illi nubere faciunt, quibus nolent, & est Episcopalis absolutio, *ibidem cap. 9.*

Cum infamitate, & in capacitare

92 Contra omnes magistratus sæculares, qui ab Episcopis requisiti non præbent auxilium brachij sæcularis, vt clausura sanctimonialium conseruetur; & vbi violata est, restituantur. *sess. 25. c. 5. de reg. & est Episcopalis absolutio & nota hic, quod sola omisso post factam requisitionem subiaceret excommunicationi.*

93 Contra omnes, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, qui sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtemperata ingrediuntur intra septa monasterij monialium. *ibidem, & est Episcopalis absolutio, est tamen Papalis, quantum ad monasteria monialium Ordinis Tractatorum, & ordines Minorum.*

Vide excom. 24. & 25.

quia huc & spectat, & infra

140.

Vide infra in pri. ordin. excom. 192.

94 Contra omnes, quacumque dignitate fulgentes, qui quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, vel aliam quancumque mulierem inuitam ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem, *ibidem. cap. 18. est & Episcopalis absolutio.*

95 Item contra omnes, cuiuscumque qualitatis fuerint, qui ad prædicta consilium, auxilium, vel fauorem dederint, *ibidem.*

96 Item contra eosdem tam clericos, quam laicos, sæculares, vel regulares qui scienter aliquam ex prædictis mulieribus non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere; quoquomodo

modo eidem actui, vel presentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint, ibidem.

97 Item contra praefatos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo sine iusta causa impederint, ibidem.

98 Contra Imperatorem, Reges, Duces, Princeps, & alios quoscumque, qui locum ad manomachiam, hoc est, duellum, in terris suis inter christianos concesserint. sess. 25. cap. 19. de ref. & est Episcopalis absolutio, quo ad dominos vero inferiores Imperatore, & Regibus, est Papalis, ut patet inferius sub num. excomm. 114. Vide etiam Bullam Greg. xiiij.

99 Item contra pugnam committentes in eodem duello, & eorum patrinos, ibidem.

100 Contra eos, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores duellorum, ibidem, & est Episcopalis, quantum ad hunc locum, sed est papalis, si, ut patebit inferius sub num. excomm. 114. Vide eandem Bullam Greg. xiiij.

101 Contra eos, qui Indulgentias, aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi, in ecclesia potestatem esse negant, sess. 25. decret. indulgen. Hi si ex corde id dixerint, sunt vere haetici.

EXCOMMUNICATIONES CONTENTÆ IN EXTRAUAGANTIBUS Rom. Pontificum usque ad Xystum Papam V. inclusivae, quae nondum sunt registratae in corpore iuris, sunt tamen hodie collectae in unū Codicem magnum, quod Bullarium vocant 1586.

In quas quidem incurritur, ubi à locorum ordinariis fuerint, vel erunt semel saltem publicatae: Nec requiritur assensus magistratus temporalis prout est videre in Bulla Genae Domini, & exco. 117. Cap. XII.

Contra eos, qui providentes alijs de beneficijs ecclesiasticis, aliquid inde capiunt, vel sibi promitti faciunt directe, vel indirecte, & contra eos, qui eis nunciant, vel nova portant, &c. Greg. XI in extrauag. quae incipit, Solicite, & est Papalis eius absolutio: quia Papa sibi eam reservat. Quam do autem Papa sibi non reservat, tunc absolutio esse Episcopalis dicitur: & hoc bene nota, pro quo vide extrauag. Benedicti XI. Inter cunctas de privilegijs s. obseruent.

103 Contra quoscumque, qui clericos, & ecclesiasticas personas bandiunt: & item eos, qui praescribunt, & qui scribunt proscriptionem in eos, vel eas Urban. VI. extrauag. quia sicut, & est Papalis absolutio: sed quo ad praefatos est etiam in Bulla Coenae Domini, cap. 11. si eos e terris eijciant.

104 Contra quoscumque, qui traxerint ecclesiasticas personas ad suum forum, vel &c. Mart. V. Ad reprimendas, & est, Papalis absolutio.

105 Contra Ordinarios locorum, officiales delegatos, aut commissarios eorum, qui in sibi subditos insistentes in servicio Papae, vel Romae mo-

..
Notabile
commune
ad oes cen-
suras.
Hodie est
in Bulla Ce-
nae Domini

ram trahentes pro suis negotijs, aut ab ea recedentes, procedunt per censuras Aug. IV. Diuina in eminentia, & est Papalis absolutio. Si tamen dicti ordinarij, officiales, delegati, & commissarij dederint beneficia eorum, quos priuauerint; dum dicti moram trahentes, Romæ fuerint, negotia sua prosequendo; & eo casu sunt excommunicati, etiam ipsi recipientes beneficia, in extrauag. comm. de priuil. sed recentioremoderationem huius est suræ vide in Conc. Trid. sess. 24. cap. 11.

106 Contra eos qui deserunt Saracenis lingua, ferrum, arma, equos; aut mittunt; aut ad id præstant consilium, auxilium, vel fauorem. Nicol. V. olim, & erat olim Episcopalis, si tantumdem de eorum bonis soluisent in subsidium Terræ sanctæ; vel tantumdem de bonis extraxissent de locis ipsorum, quantum derulissent ad eos, & est etiam registrata, in cap. Ita quorundam, & cap. quod olim, & cap. significauit, & cap. ad liberandum, de Iudæis & extrauag. Ioan. 22. cap. copiosus, & extrau. comm. cap. multa, eod. tit. & est ibi Papalis absolutio, & tales sunt etiam perpetuo infames, & intestabiles, ac etiam possunt capi, & fieri serui. At hodie sine vlla exceptione, aut conditione continetur in Bulla Cœnz Domini, cap. 7. & id est omnino Papalis, ac ibi copiosus explicatur, & est etiam registrata.

107 Contra eos, qui, vt litteras Apostolicas gratis expendant, se Cardinalium, aut assistentium familiares, commentales, aut nepotes fingunt. Innoc. viij. cum sicut, & est Papalis absolutio.

108 Contra impediētes mandata Apostolica quocumque modo directe, vel indirecte, &c. & ad id dantes consilium, auxilium, vel fauorem; Innoc. viij. officij, & est Papalis absolutio. Hodie est in Bulla Cœnz Domini. cap. 14.

109 Contra illos, qui non vere, sed ad aliorum commodum sicte, & in fraudem beneficia ecclesiastica resignant, vel permutant. Item contra testes, & notarios huius fraudis non ignaros, Innoc. 8. Sicut bonus. Vide Bullam Pij. & Pij. v. super simonia confidentiali, quæ incipit. Romanum Pontif.

110 Contra inuadentes Romæ, aut verberantes partes aduersas litigantes, aut earum procuratores quocumque modo, immo eis comminantes Alex. vj. In eminentis, & est Papalis absolutio. Hodie est in Bulla Cœnz Domini cap. 12.

111 Contra incantatores, immolantes dæmonibus, aut adorantes eosdem, aut fabricantes, vel fabricari facientes, vel procurantes, imagines, anullum, speculum, phialam, ampullam, vel rem quamcumque aliam, magicæ ad dæmones iribi alligandos, perentes item, vel recipientes responsa ab eis, auxilia præstolantes pro implendis suis prauis desiderijs, & docentes, vel addiscentes huiusmodi artem, & demum habentes, tenentes, studentes, & non comburentes libros continentis huiusmodi. Ioannes 22. Super illius, & est Episcopalis absolutio, nisi respectu eius, quod aliquando contingitur in Bulla Cœnz Domini. Dum nempe quis per huiusmodi facta efficiatur vere hæreticus. vide Direct. inquis. & extrau. Xy. v. & infra eod. num. 80.

Idem habetur in Concil. Later. sess. 9. Vide etiã Direct. Inquis. & extrau. Xy. v. & infra eod. 180.

112 Contra occupantes vel hostiliter inuadentes, loca, terras, & huiusmodi ad Romanam Ecclesiam pertinentia. Leo. X. Inter graues hodie

Q 2 est Pa.

est Papalis absolutio. Hodie est in Bulla Cœnz Domini. § 10.

113 Contra Barones, & communitates permittentes latrocinia fieri venientibus ad Urbem Leo X. Roman. Pontif. Hodie continetur in Bulla Cœnz Domini.

*Cum pri-
uatione, &
inhabilita.
& alijs pœ-
nis.*

114 Contra impediētes executionem litterarum Apostolicarum Leo X. In supremo; hodie continentur in Bulla Cœnz, ideo est Papalis absolutio. Nec requiritur assensus magistratus temporalis, pro executione dictarum litterarum. vide excomm. 116. in Bulla Cœnz Domini §. 14.

*Secunda
pars huius
censuræ.*

115 Contra pugnantēs in duello, & dominos, & quosvis alios, Jantes eis campum, eisque auxilium præstantes, duelloque aut singularia certamina facientibus astant; aut qui præstantes interfunt. Et item contra, diffidationes facientes, & ad id irritantes, seu prouocantes, & auxilium, consilium vel fauorem dantes, & contra eos, qui chartas subscribunt; aut publicant, seu de illis se intromittunt, & est Papalis absolutio, quoad dominos, Duces Marchiones, Barones, & huiusmodi. Pius iv. ea quæ, vbi confirmat quoad hunc effectum extrauagantes Clem. 7. Leo X. Iul. I. Quoad vero ipsos etiam Reges, & Imperatores, est excommunicatio in Concil. Trid. quæ tangit quidem omnes; sed est episcopalis absolutio in dicto Concilio, & in Bulla est Papalis.

116 Contra eos, qui in Romana Curia Apostolicas commiſsiones, intimationes, publicationes, & affixiones præsumperint præsentare, præter cursores, Clem. 7. Accepimus, & est episcopalis absolutio.

117 Contra impediētes executionem, litterarum Apostolicarum, videlicet, quod non habeant effectum, nisi interuenerit ipsum, Placet, vel, Vidimus, Clem. vij. Rom. Pontifex, & est Papalis absolutio. In Bulla Cœnz Domini. §. 14. supra excom. 113.

118 Contra non reddentes computa in Camera Apostol. integraliter. Paull. iij. Cum sicut, & est Papalis absolutio.

119 Contra eos, qui tenent, aut legunt libros Lutheranos, aut hæreticos. Iul. iij. Cum meditatio, & est Papalis absolutio respectu tamen librorum hæresim continuentium, vel de religione tractantium, Hodie est in Bulla Cœnz Domini.

120 Contra negantes Trinitatem, &c. Paul. 4. cum quorundam, & est Papalis absolutio. In Bulla Cœnz Domini.

121 Contra ambientes Papatum; & qui, viuente Rom. Pontifice, de nouo Pontifice Roman. eligendo tractabunt, vel tentabunt; & qui per se, vel per alium in prædictis dederint consilium, auxilium, vel fauorem, seu operam verbis, vel scriptis, aut re, vel facto, seu promissione, aut suasionē, & quouis modo, directe, vel indirecte, principaliter, vel incidentaliter, & qui in prædictis fuerint mediatores, proxenetae, nuntij, mandatarij, procuratores, aut trapezitæ. Paulus IV. cum secundum, & est Papalis absolutio. Non tamen est in Bulla Cœnz Domini.

122 Contra omnes hæreticos, & schismaticos, & eos, qui in schisma inturret, vel excitant, seu committent; & contra receptatores, defensores & fautores eorum, & credentes eis, Paulus IV. cum ex Apostolatus, & est Papalis absolutio. Est etiam in Bulla Cœnz Domini.

123 Contra eos, qui christianos habitantes in terris occupatis à Turcia capiunt

capunt in seruos, aut eorum bona deripiunt; & nolunt eos relinquere. Libere cum bonis eorum. Pius Quintus. Licet omnibus, & est Papalis absolutio.

124 Contra omnes Principes, etiam imperiali dignitate fulgentes, & contra communitates, ac Resp. & quosvis alios, qui in suis prouincijs, ciuitatibus ac locis permittunt fieri spectacula publica, aut priuata, ubi taurorum ferarumque agitationes exercentur. Pius V. de salute congregientes vero si pedestres, siue equestres cum dictis bestijs, si ibi moriantur, carent Ecclesiastica sepultura. At contra clericos, qui interfunt, est comminatio excom. tantum.

Est Episcopalis absolutio.

125 Contra eos quibus de parochialibus Ecclesijs, aut perpetuis vicarijs, aut alijs beneficijs curatis à Papa proutum fuerit, & non adimpleuerint promissa, iuramentum scilicet, vel fideiussuram, seu alias, obligationem de residendo intra expressum tempus, non obseruauerint: etiam si in aliorum intrusorum, vel possessorum fauorem simpliciter, vel ex causa permutationis, huiusmodi resignauerint, seu cesserint, aut illa quouis modo, etiam occasione litis, & molestia dimiserint, Necnon contra eos, in quorum fauorem beneficia ipsa sic resignauerint, cesserint, & dimiserint, & contra eos, qui ad id auxilium, consilium, vel fauorem directe, vel indirecte, scienter præsterint. Pius IV. Inter multiplices. Nota hic Episcopus excipi ab hac censura, & est Papalis absolutio, & à consanguineis, & affinibus, aut alias confidentibus impetrari non possunt, tamquam incapacibus effectis, & collatio deuoluitur ad Sedem Apostolicam.

126 Contra eos, qui commentarios, glossas, adnotationes, aut scholia, aut huiusmodi ediderint pro interpretando Concilio Tridentino. Pius IV. Benedictus Deus. & est Episcopalis absolutio. Hoc idem de Concil. Lateran. vlt. sess. 9. asseritur Prælati autem subiacent interdicto ingressus ecclesie. Crediderim ego verbum illud EDERE, hic denotare imprimere, aut passim euulgare.

127 Contra regentem, correctores, scriptores, procuratores, reuisors, sigillatores, & alios sacre Pœnitentiariæ Officiales, qui aliquid ex his quæ eis per Bullam Pij IV. interdicta sunt, expedire, aut concedere præsumpserint: & est Papalis absolutio, Pius IV. In sublimi, & idem statuitur de officialibus officij correctoris cancellaræ, & contradictarum, Pius IV. Vniuersi.

Cum priuati. In inhabilitatio.

128 Contra quoscunque officiales, & magistratus, & locorum ordinarios, & alios, qui non paruerint præceptis, & mandatis concernentibus inquisitionem octo Cardinalium inquisitorum super imponendis, & exequendis pœnis, &c. & est Episcopalis absolutio Pius Quartus. Cum sicut.

129 Contra vniuersitatum, & Gymnasiorum rectores, doctores, & alios superiores, ac alias facultatem doctorandi habentes, etiam si Duces, Reges, aut Imperator fuerint, qui sine emissione professionis fidei in manus ordinarij, vel eius vicarij, aut doctorum, aliorumque promouentium, præuio processu, aut debita informatione in locis sibi subiectis passi

Cum priuati. In inhabilitatio.

passi

*inhabilita-
tione.*

passi fuerint, aliquem ad gradus promoueri, vel aliter cathedras, aut alias lectiones quempiam retinere, aut consequi, permiserint. Episcopi vero si id permiserint ipso facto sunt interdicti ingressu Ecclesie, præter reatum peccati mortalis Receptiones vero, promotiones, electiones, & admissiones sine dicto processu, ac fidei professione sint irritæ, & nullæ.

In hac Bulla Papa comprehendit eos, qui tam grammaticam, quam alias artes liberales, & tam publice, quam privatim in quibuscumque locis, Ecclesijs, & Monasterijs quoquomodo profitentur, ac item omnes alios in ceteris artibus lectionem habentes, vel exercentes, & est Episcopus, absolutio. Pius IV. In sacro sancta.

Notandū

Notabis autem, ex dicta Bulla, eos, qui legunt, exercent, aut profitentur lectiones, aut artes prædictas sine præuia fidei professione non incurrere censuram, sed peccatum, ac nullitatem gradus, seu promotionis: censuram vero incurrunt supra dicti promouentes, aut permittentes, vt supra.

*Submoni-
tio necessa-
ria.*

Ad in Diocesi Neapolitana dictam excommunicationem incurrunt etiam supra dicti, qui lectionem grammaticæ, vel cuiuscumque alterius scientiæ, seu facultatis, præsumunt habere, exercere, aut profiteri, quoad tamen non exemptos.

Pro quo vide synodum Prouincialem Neapolitani celebratam anno MDLXXVI. sub recol. mem. Mario Carrafa. editum vero tandem in lucem ac promulgatum anno MDLXXIX a clarissimo simul, ac Reuerendissimo Domino, & Patrono Nostro Hannibale Capua, viro alioqui eruditissimo, ac virtute plurimum insignito.

130 Contra omnes Nuntios Apostolicos, etiam si fuerint Episcopi, Archiepiscopi, aut Patriarchæ, qui a Principibus, siue Regibus, Imperatoribus, & alijs, ad quos mittuntur, vocales fauores, aut litteras commendationis, aut preces ad dignitates, & gradus obtinendos, per se, vel alium, directè, vel indirectè, quomodolibet ambire, vel procurare non erubescit, siue pro se siue pro sua consanguineis, & necessarijs suis: aut illis vltro sibi per Principes sponte oblatijs vt præsumunt, vel audent, & est Episcopalis, Pius 4. Et si Romanum Pontificem.

*Cum pri-
uat. & in-
habilitatio-
ne.*

131 Contra quoscunque, Ecclesias, & beneficia ecclesiastica quæcunque in confidentiam retinentes, seu recipientes, expressè, siue occultè, & est Papalis, Pius Quartus, Romanum Pontificem. & Pius Quintus. Intollerabilis, & fructus deuoluuntur ad Sedem Apostolicam.

*Cum pri-
uatione, &
inhabilita-
tione. Cum pri-
uat. & inhabi-
tatione.*

132 Contra Simoniacos in ordine, & beneficio, & contra mediatores, & procuratores palam, vel occulte, & tam dantes, quam recipientes, & est Papalis, Pius Quintus. Cum primum, vbi confirmat extrauagan. Pauli secundi. Ipsi vero affectus beneficia sunt etiam ipso iure illis priuati, & insuper inhabiles ad ea, & ad alia omnia obtinenda. At fructus possunt applicari Ecclesijs, super quibus commissa est simonia supra. nu. 18.

*Nota ho-
die, quous-
que exten-
datur clau-
sura mo-
nasterium.*

133 Contra moniales exeuntes à clausura (quæ hodie extenditur vsque ad portam exteriorem per declarationem Gregorij XII.) & contra dantes eis licentiam, & contra comitantes eas, & receptantes, & est Papalis. Pius V. Decori. & est cum priuatione, & inhabilitatione quoad omnes, præter comitantes, aut receptantes, qui tantummodo excommunicantur.

134. Contra procuratores, scriptores, regentem, datarium, correctorem,

rem, magistrum in theologia, aut decretorum doctorem, & sigillatorem, sacri officij Penitentiariæ, qui acceperint aliquid etiam sponte oblatum à partibus, aut alias, siue pro expeditionis celeritate, siue pro alio extraordinario labore, tam procurando, quam scribendo, aut recognoscendo, & examinando, & est Papalis, Pius V. in omnibus rebus.

*Cum priuati. Si in-
habilit.*

135 Contra omnes, & singulos cuiuscunque gradus, status, & conditionis, qui aliquem ex inquisitoribus, aduocatis, promotoribus, notarijs, alij siue ministris officij sanctæ Inquisitionis, vel Episcoporum id munus in sua Diocesi, aut prouincia obeuntium: seu accusatorem, denunciatores, aut testem in causa fidei quomodocunque productum, vel euocatum, occiderint, verberauerint, deiecerint, seu perterrefecerint. Et item contra eos, qui Ecclesias, ædes, alia siue res, siue publicas, siue priuatas, officij, aut ministrorum expugauerint, inuaserint, incederint, expolauerint, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, registra, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta, siue publica, siue priuata, vbiq; nque posita combusserint, diriperint, seu interuerterint: seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocumque modo illa exportauerint, &c. Et contra eos, qui ad id consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint, & est Episcopalis absolutio nisi respectu eius, quod fortasse continetur in Bullæ Coenæ Domini Pius V. Si de protegendis.

*Cum priuati. Si in-
habilit.*

*Nota solâ
incussione
timoris.*

136 Contra quoscumque, qui supradictis delinquentibus veniam petere, aut alias intercedere tentauerint Nam in easdem illas poenas, quæ in hæreticorum fautores à sacris constitutionibus inferantur, ipso facto incidunt. ibidem, vt supra, Pius V.

137 Contra illos, qui vacantibus Ecclesiarum dignitatibus, canonicis, præbendis, & huiusmodi, volunt, ordinant, aut seruari statuta faciunt, aut consuetudines, vt fructus, ac etiam distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut huiusmodi, prouenturi mensæ Episcopali, seu capitulari, integre, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vltus cedant: seu inter alios canonicos, & personas Ecclesiæ, seu capituli diuidantur: aut super his iuramentum præstari, ordinant; aut ipsum prouitum inducunt ad iurandum super his seruandis (vt aiunt) iudicialijs; aut non facienti prædicta impediunt possessionem, vel remorantur; aut huiusmodi quid tale faciunt: & est Papalis absolutio, si personæ fuerint singulares; antistites vero in suspensionem incurrunt, per Papam tantummodo absoluendis; & capita, ac collegia incurrunt in interdictum. Pius V. Darum nimis. Vbi tamen est consuetudo, vt prædicti fructus, aut distributiones applicentur locis pijs, non est sublata: dummodo non excedat medietatem illorum vnus anni.

*Exceptio
cum mode
ratione.*

138 Contra eos, qui Episcopis inferiores audet proponere populo indidem casuum, & gratiarum cum indulgentijs, aut huiusmodi, ita quod, soluta quadam determinata pecunia, possint sibi sumere sacerdotem, à quo valeant absolutionem à casibus reseruatis Episcopo consequi & à quibusdam alijs cum concessione quarundam gratiarum, & est absolutio Papalis Pius V. Quam plenum. Episcopi autem incurrunt in suspensionem ab ingressu suarum ecclesiarum, & à perceptione fructuum ad beneplacitum Roman. Pontificis,

139 Contra vicelegatos, gubernatores, rectores, præfidentes, & alios ministros Sedis Apostolicæ, seu ciuitatum, & terrarum, vel locorum status ecclesiastici, vel etiam Romæ, aut suburbiorum eius, qui quouis præterito, etiam ad breuissimum tempus, concedere audent, vel præsumunt, vt aliqui sicutiunque dignitatis, ordinis, status, conditionis, vel præminentia, possit deferre arma breuioris mensuræ trium palmorum, cuiusmodi sunt archibusetti, pargiones, cultelli, & huiusmodi; Cultelli, tamen ad incidendum panem, sed non maiores vno palmo, possunt circumferri per statum Ecclesiasticum, sed sine cuspidibus, id est spontatis; & est: Episcopalis Pius V. c. vices. Ipsi autem deferentes prædicta arma prohibita incurrunt in crimen læsæ Maiestatis.

*Vide prag
mati. Reg.
Neapol.*

*Supra ex-
comm. 27. &*

*93.
Pana in-
troducen-
tium mulie-
res, &c.*

140 Contra omnes, & singulas mulieres etiam Ducissas, quæ postquæ huius excommunicationis notitiam habuerint, ausæ fuerint ingredi aliquod monasterium ipsorum regularium, tam Carthusiensium, quam monachorum, etiam mendicantium, aut canonicorum regularium, & est Papalis absolutio Pius V. Regularium. Ipsi autem superiores monasteriorum, aut alij regulares subditi introducentes, admittentes, vel prædictas mulieres, incurrunt ipso facto in suspensionem à diuinis; & in priuationem officiorum quæ tunc obtinent; & inhabilitatem in posterum ad illa, & ad alia omnia obtinenda, sine alia declaratione secutura.

Et scito, hanc censuram vniuersaliter, prout hic iacet, fore intelligendam: quia idem Pius V. viuz vocis oraculo pluribus regularibus hoc declarauit: & ita insuper suo tempore in praxi recepta est, prout hic eam vides impressam, & eodem modo seruari Greg. xij. præcepit summo Pœnitentiarum, & reliquis officialibus sacri officij Pœnitentiariæ: prout ego ab ipsismet audiui, & etiam à quodam Illustrissimo Cardinali, qui de hac re consuluerat S. D. N. Gregorium, & ita etiam scribendo pluribus verbis interpretatur eam Nauarrus in quodam commentario nuper edito de vita, & professione Religiosorum, ac Monialium, vide supra excomm. num. 37. pag. 185.

*Hic nunc
est Xystus
V. Pontif.
Max.*

At hic notent ipsi Priores, custodes, aut Guardiani, quia tenentur statim procurare rehabilitationem in foro conscientia (ac etiam in foro fori, si factum sit publicum) à Papa; & non à superioribus ordinis, quia ipsi non possunt rehabilitare inhabilitatos a Papa.

Caveant etiam ipsi, ac alij delinquentes huiusmodi, ne ante absolutio- nem celebrent, quia statim efficerentur irregulares.

*Cum priua-
tione, &
inhabilit.*

141 Contra omnes, & singulos cuiuscumque gradus, ordinis, & conditionis; qui; cum vacauerit aliquis status, locus, terra, castrum, & huiusmodi ad Romanam Ecclesiam pertinentia, ausi fuerint loqui cum aliquo, vel in communitate, vel etiam cum Papa de subijcendis prædictis locis, & terris alteri feudatario, etiam nepotibus ipsius Papæ, & est Papalis absolutio, Pius V. Admonet, & Greg. xij. Inter cetera.

*Cum priua-
tione, &
inhabilit.*

142 Contra Inquisitores ordinis Prædicatorum si procedant contra Fratres minores, & e contrario. Paul. 1 & Innoc. 8. Ex debito. item Clem. 4. & Xyst. 4. sed teneantur, aut superioribus illorum denunciare, aut ad Sedem Apostolicam referre, sed Clemens. 7. per Bræue; quod incipit, Propter labem Lutherianam, vult, vt inquisitores teneantur solummodo eos præmonere

monere, & infra mensem à die monitionis computandum expectare, si remedia cum effectu adhibeantur contra suspectos de hæresi ab his, qui debent, &c. prout ibi continetur. Sed hodie procedunt indifferenter: & præ nentio concessa à Pio 4. non est vsu recepta causam vide in Direct. inquit. in schol. F. Pegnæ. Item contra Episcopos, & Inquisitores, qui laicos secum quomodocumque de crimine hæresis cognoscere, aut iudicare permiserint. Et est Papalis absolutio. Iul. iij. Licet aduersis.

143 Contra depingentes, siue iniuriantes, aut venales proponentes circulos cæreos, idest, Agnus Dei, à Romano Pontifice benedictos, seu consecratos, & est Episcopalis absolutio. Greg. xij. extrauag. Omni certe. 1574. vij. Kal. Iunij, anno primo pontific.

144 Contra omnes, & singulos exactores dationum, gabellarum, pedagogiorum, veltigalium à personis regularibus ordinum mendicantium; & item contra perturbantes, aut molestantes eas in prædictis, toties, quoties contrauentum fuerit. Pius. V. Dum ad vberes. vide Bullam cœnæ Dñi c. 18

145 Contra eos, qui exegerint aliquid à religiosis mendicantibus, pro contributione sumptuum, & impensarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aquæductibus, muris, alijsue machinis struendis, aut reparandis, aut locorum, aut terrarum fortificationibus imponuntur Pius. V. ibidem. Et item contra exactores quaterni, seu denarioli carni in singulas libras, seu sextertia carniū: hac tamen immunitate gaudent etiam omnes clerici de iure communi.

146 Contra eos, qui regulares mendicantes quoad omnia eorum bona, & quoad suos colonos, affictuarios, & huiusmodi respectiue, non dimittent exemptos, & immunes ab omnibus, & singulis exactionibus, tam vrbanis, quam rusticis, & à collectis, impositionibus, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, tam realibus, quam personalibus, meris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, & focularibus, equorum taxis, militumque hospitij, ac alias quibuscumque nominibus nuncupatis. Pius V. Dum ad vberes. In hanc etiam excommunicationem incurritur toties, quoties contrauentum fuerit & ibidem est etiam poena 1000. ducatorum pro vna parte Basilicæ Sancti Petri de Vrbe applicandorum, pro altera vero quere lantibus; & mandatur Episcopis, & Prælati, vt faciant obseruari.

147 Contra legatos etiam de latere, & contra gubernatores, & officiales status ecclesiastici, qui aliquem homicidam, seu banditum ausi fuerint ad ciuitatem, vel districtum reuocare, vel eis saluum conductum facere, etiam ad diem vnum, vel noctem vnam, & est Papalis absolutio, Pius ij. & Pius V. Ex supernæ, ibi confirmauit.

148 Contra, barones, dominos, domicellos, ac ciues Romanos, & alios cuiuscumque status gradus, ordinis, & conditionis, mediate, vel immediate subiectos Sedi Apostolicæ, qui homicidas, aut alios banditos, & facinorosos homines subditos Romanæ Ecclesiæ, in suis terris præsumserint receptare. Pius V. ibidem. Alias verò plures, & grauissimas pœnas videas in extrauag. eiusdem Pij V. quæ incipit, Indefessa. & aduerte, etiam Theaurarios negligentes exigere comminatas pœnas, incurrere in excôicatione per supradictam extrauag. Ex supernæ. Hodie est quædam reuocatio Xyst. V. quoad excommunicationem tantum Kal. Iul. 1585. Hoc nostri Pont. infra nu. 150.

R

Item

Vigor Bullæ in cena Dñi oēs clericis gaudet hac prima parte. Nota ibi quoties. Alij etiã regulares debet gaudere hoc privilegio

Denarius carnis

Nota illud quoties. Reservatio est in Bulla cœnæ domini quoad multa capita hic contenta. Cum priuatione.

*Cum pri-
uacione; et
alijs penas*

149 Item contra eosdem, qui in Vrbe Roma, vel eius districtu, propter vindictam exercendam domum communitam habuerint, armatos receptauerint, aut tenuerint, vel adherentes, & fautores brigae acceperint, siue quamcumque conuentionem, congregationem, & hominum collectam huiusmodi ad ultionem iniuriæ inuocare; & excitare, inuitare, vel receptare per se, vel per alium præsumserint. Paulus ij. & Pius v. ibidem confirmauit, & est Papalis absolutio. Vide etiam additionem poenarū, & extensionem Greg. xij.

150 Contra eosdem dominos subditos Ecclesiæ Romanæ; qui in districtu eius propter vindicandam iniuriam suam, vel amici, vel propinqui, vel ærere, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel personaliter offendere patrem, aut filium; fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticum offendens, vel alias fieri facere, vel mandare præsumunt. Paulus 2. & Pius V. vt supra, & est Papalis absolutio.

*Hodie sub-
lata est cē-
sura.
Supra m.
247.*

151 Contra proceres, & barones, & quoscumque alios dominos, seu vicarios in temporalibus Regni Siciliae citra Pharus; & aliarum partium Rom. Ecclesiæ subiectarum, aut vrbi adiacentium; qui homicidas, & banditos Rom. Ecclesiæ ausi fuerint receptare, vel protegere, vel eis auxilium, consilium, vel fauorem dare quouis quæsito colore, & est Papalis, & Pius V. confirmant; quod ad hunc effectum, Bullam Pij 2. Paulus 2. Xyst. 4. Iul. 2. Leon. 10. Clem. 7. & Pij 4. sed hodie Xystus v. subtulit censuram ex materia banditorum, & confirmauit alias poenas, & addidit.

C A P. XIII.

*Cum pri-
uacione be-
neficiorij.*

152 **C**ontra illos, qui pro se, vel pro alijs se obligarunt soluere annuatim in camerâ Apostolica, & non solunt suo tempore, sed qui pro se, obligauit se ad soluendum, incurrit etiam in priuationem ipsorum beneficiorum, pro quibus tenetur soluere dictam annuatim: qui vero pro alio se obligauit soluere, incurrit etiam in priuationem omnium beneficiorum obtentorum. Pius 2. Innoc. 8. extrauag. Apostolicæ. Iul. 2. Paulus 3. Iul. 3. Paul. 4. & est Episcopalis. Vide etiam Hier. Gig. tract. de pens. ibi; An, & quando Annata.

153 Contra quouis ordinarios etiam S. R. E. Cardinales, & alias personas quouis auctoritate etiam Apostolica fulgentes, cuiuscunque dignitatis, status, &c. qui collegium, & deputatos fabricæ Sancti Petri super reuisiones, & recuperatione bonorum ecclesiasticorum, male alienatorum, in fauorem ecclesiarum, monasteriorum, & piorum locorum, &c. molestare aut facultatum eis concessarum quoquomodo executionem impedire, vel in eis directe, vel indirecte se ingerere, aut intromittere ausi fuerint. Pius V. Exigit, & est Episcopalis absolutio.

154 Contra Episcopos, superioresque prælatos, qui extra suarum ciuitatis, & diocesis prouinciarum limites mutatis habitibus indiscrete discurrunt.

Item contra eosdem, qui lateant, & præsertim habitu transformato, uenientes ad curiam, ex ea recedunt absque Romani Pontificis licentia petita, &c.

11. & cetera, seu concessa: eoque non viso, & est Episcopalis, Io. 22. extranag. com. cap. 2. Et praelatorum, & cap. etiam deceat, de maiorit. & obed.

Item contra eos, qui scienter receptauerint ante dictos, nisi i. i. confessim eidem Rom. Pontifici aduentum illorum, vel alicui, per quem ad notitiam Papae deducatur, antequam eos receptent, manifestauerint, etiam si patrias ebali, vel quavis alia dignitate tales receptantes praefulgeant, ibid.

Item contra dictos praelatos etiam patriarchas, qui sine superioris licentia (nisi pro negotijs Ecclesiae sibi commissa) extra suam dioecesim ausi fuerint pernoctare, ibid. cap. Et si deceat.

115 Contra falsarios, & fabricatores monetarum in Regno Francia, & item contra eos, qui scienter falsas monetas extra dictum regnum emunt, & postea intra regnum ipsum portant eas, vendunt, & impendunt Io. 22. de crimine falsi. cap. Prodiens, & est Papalis absolutio.

116 Contra quoscumque de Marchia Anconitana prouincia oriundos, aut aliunde profectos, ibi moram trahentes laicos, vel clericos, cuiuscumque etiam praeminentiae fuerint, qui rectorem, seu rectores, qui pro tempore regimini dictae prouinciae in spiritualibus, & temporalibus auctoritate Apostolica praefuerint vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipsorum vicarium, aut iudicem, aut indices, vel ipsius prouinciae thesaurarium, aut locumtenentem eiusdem occiderint, aut ad occidendum illum, vel illos insecuti fuerint, ceperint, captiuauerint, aut percusserint, aut saltem insultum fecerint, aut ob sederint, aut de suo officio expulerint, siue dederint consilium, vel fauorem, directe, vel indirecte, &c. Io. 22. de poenis tit. 22. cap. Diuum, & est Papalis absolutio. Communitas vero, quae deliquerit in praedictis, eiusque districtus subiacet interdicto.

117 Contra iudices in Regno Delphinatu Francia, & terris, ac dominijs eiusdem deputatos auctoritate Apostolica in causis beneficialibus, siue super petitorio, siue super possessorio procedatur, qui, cum intra biennium causam, vel causas in petitorio terminare teneantur, cuiusvis causae sibi commissae, expeditionem malitiose prorogare, aut differre praesumant. Sixti 4. extranag. com. de treg. & pac. cap. ad vniuersalis, & est Papalis.

118 Contra plebanos, rectores, & curatos, ac Episcopos, & Archiepiscopos quosdam Germaniae, videlicet, Megunt. Treuer. Herp. Bip. Vuormac, & curatum in opido Effigen. Constac, dioeces, qui non obseruauerint concordata capitula in fauorem mendicantium per ipsum Xystum 4.

Item contra priores, & custodes seu guardianos, & singulos fratres ordinum mendicantium, qui non obseruauerint praedicta capitula concordata in fauorem dictorum curatorum, aut praelatorum per eundem Xyst. 4. lib. 1. cap. 2. extranagant. com. Vices illius de Treug. & est Papalis absolutio.

119 Contra omnes cuiuscumque fuerint praeminentiae, etiam si Archiepiscopali, aut nem Regia dignitate praefulgeant, qui ordinationem, ac reservationem, ac cetera contenta in bulla Ioan. xxij. facta in fauorem Ecclesiae Tolosanae metropolitanae praesumpserint quouis modo turbare, seu impedire. In extranagant. com. lib. 3. cap. 5. de praeb. & dig. Saluatori, & est Papalis absolutio. Vniuersitas vero subiacet interdicto; conuentus autem, capitula, & collegia suspensioni cum reservatione Papali.

Hodie tamen possunt per nosse. sess. 23. c. 2. de refor.

Cum amplissima in habilitatio ne.

Cum priuatione.

Cum priu. & inhabilitate.

Item in prædictos dantes consilium, auxilium, vel fauorem directe, vel indirecte cap. Nuper certis eodem tit.

In extran.
Ioan. 22.

160 Contra eos, qui vacantibus beneficijs, & prætendentibus ex consuetudine, priuilegio, vel statuto, &c. tam, ubi solutiones decimarum cassatae sunt, quam ubi decimaram taxatio non est facta, perceperint aliquod prædictorum, id est, eorum, quæ ibi continentur, ultra præmissa, id est, ibi contenta, & illud ijs, ad quos pertinebit, infra mensem non restituerint cum effectu. In extranag. com. lib. 3. de præb. & dig. capit. suscepti, & eodem cap. de electione, & est Papalis. Episcopus tamen à pontificalibus, & ingressu ecclesiæ est suspensus, & capitulum interdicto subiaceat.

Cum priuilegio.

161 Contra fratres Sancti Francisci de obseruantia, qui in electionibus omnibus, videlicet, superiorum, prouincialium, custodum, diffinitorum, & huiusmodi (vel ante eas per sex menses) pro se, vel pro alio subornauerint, Item non solum contra subornatum, sed etiam contra alium, pro quo subornatio fuit, qui subornantem non detulerit.

Item contra illos, qui pro hac re quemuis fauorem extra religionem procurauerint, & est Papalis absolutio. Pius V. Pastoralis.

Cum priuilegio
& inhabilitate.

162 Contra magistrum, item consuetam, & fratres Hospitalis Sancti Lazari, Hierosolymitani, si utantur priuilegijs reuocatis super recuperatione quorundam locorum. Pius V. Grates.

Cum priuilegio.

163 Contra Episcopos, & omnes electores, præsentatores, & patronos tam ecclesiasticos, quam laicos quocumque, qui effecti suspensi à collatione, quia verbo, signo, aut nutu facti, aut huiusmodi fuerit alicuius beneficii facta designatio, ut alicui determinatæ personæ conferatur, tamen sic suspensi conferre, eligere, præsentare, vel instituere ausi fuerint, & est Papalis absolutio. Pius V. Quanta.

Cum priuilegio
& inhabilitate.

164 Contra eos, qui non reuelauerint conscios conspirationis in personam Cardinalis S. R. E. siue crimen sit commissum, siue etiam effectus committendum, siue id per se sciuerint, siue ex aliorum renuntiatione etiam per interpositam personam, siue alio quocumque modo, ut ex scripturis, coetu, conatu, concursu, insidijs, alijsue signis, & inditijs id cognouerint, vel etiam coniecerint, vel quidquam intellexerint, audiuerint, quamcumque res alias occulta sit, & est Papalis. Pius V. Infelicis sæculi.

165 Contra præpositos extincti ordinis Humiliatorum, qui vel aliquos ad professionem receperint, vel contenta in bulla extinctionis non obseruauerint. Pius V. Quomodo, vel etiam bireto quadrangulari, alijsue vestimentis, ornamentis, ac præminentijs, ac insignibus, vel denominatione præpositibus, quomodolibet uti præsumperint. Idem Pius V. Cum sicut, & est Papalis absolutio.

166 Contra Barones, & alios dominos, terrarumque vniuersitates, omnesque alios Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate, subiectos, cuiuscumque status, & conditionis extiterint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, qui subditorum suorum frumenta, aliquem blada, seu fruges ultra usum, & necessitatem suam, & familiæ suæ emerint, & sunt etiam suspensi, & interdicti, ac feudis priuati. Pius V. Cupientes. ubi confirmat constitutionem cum censuris, & pœnis Clem. vij.

167 Contra eosdem Barones, ac dominos prædictos cuiuscumque status

tus fuerint, qui accedentes ad Urbem cum frumentis, alijsque rebus ad vitum necessarijs directe, vel indirecte impediunt, vel remorantur. Pius V. ibid. sub eisdem pœnis, vel qui non permiserint portantes frumentum, fruges aut blada, venire ad Urbem exemptos, & immunes ab omni datio, pedagio, & gabella, ibidem. Hodie est in Bulla Cœnæ Domini cap. 8. & comprehendit omnes, quantum ad priorem partem.

168 Contra omnes, & singulos quacumque Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, etiam regia, qui tempore vacationis Imperij, nomen Vicarij, seu cuiusvis alterius officij titulum sine Romani Pontificis licentia, in ipso Imperio retinent, aut assumunt, aut resumunt, & potestatem: aut iurisdictionem sub tali prætextu exercent publice, vel occulte. Io. 22. ne sede vacante cap. Si fratrum, & est Episcopalis absolutio.

Item contra quoscumque quacumque dignitate præfulgeant, etiam ducali, ac Regio pollentes, qui in Imperio existentes aliquem ex supradictis potestatem, aut iurisdictionem exercentem, aut Vicariatum gerentem sine licentia Romani Pontificis receperint, vel admiserint, aut ei paruerint, vel parere fecerint, aut permiserint; aut in his consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint. ibidem. ciuitates vero, communitates, ac villæ ipso facto sunt interdictæ.

169 Contra omnes religiosos cuiuscunque religionis, qui sine superioris sui ordinis licentia, per parentes litteras sibi concessa, ad partes transmarinas se transferre præsumunt, vbi pauci fidelium respectu in fidelium commorantur, & absolutio est Papalis. Extrau. comm. de Reg. cap. Ad nostrum ipsi autem superiores hanc licentiam dare non possunt, nisi viris literatis, prouidis, & expertis.

170 Contra commissarios, aut delegatos ad cognoscendum, an rei ecclesiasticæ alienatio cedat in euidentem vtilitatem ecclesiæ, qui conscientie suæ prodigi in grauenam, aut detrimentum ecclesiæ per gratiam, timorem, vel sordes alienationi consenserint, aut decretum, vel auctoritatem interposuerint. Inferiores quidem Episcopo, in sententiam excommunicationis incurrunt, &c. Is verò qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, vel impulsionem alienationis decretum extorserit, in similem excommunicationis sententiam incurrit, & est absolutio Papalis, & tenetur ad restitutionem, &c. Paul. 2. in extrauag. Cum in omnibus, & Clem. 7. Ex commissi.

Supra excomm. 31.

Vide an hoc spectet quod habetur in Cœc. Trid. sess. 22. c. 11.

CASVS EXCOMMUNICATIONVM, QVI ALIQUANDO Papales, & aliquando Episcopales existunt. Cap. XIV.

Inquisitores, & Commissarij eorum, vel Episcoporum, sine capituli, sede vacante, qui pecuniam modis illicitis extorserint, aut scienter ecclesiæ bona fisco, etiam ecclesiæ, ob delictum clerici adiudicare tentauerint. Clem. nolentes de Hæret. Hic enim casus ante satisfactionem est Papalis, post verò est Episcopalis.

172 Qui effringunt, & spoliant loca sacra, & item incendiarij, extra de sent. excom. cap. conquesti. quoad primam partem, & c. Tua nos, quoad secundam partem. Nā ante publicationem absolutio est Episcopalis, sed nō post.

Quicum.

173. Quicumque licentiam alicui dederit occidendi, aut capiendi eum qui excommunicationis sententiam tulerit contra quoscumque Principes, Nobiles, aut eorum ministros, aut eiusdem bona, suosque offendendi, & illos item, quorum occasione talis sententia lata est, cap. Quicumque de sent. excommun. in 6. Hic enim, si duorum mensium spatio resipuerit, eius absolutio erit Episcopalis, sin manus erit Papalis.

*Notandi
singulare.*

Nota quod in anno Iubilei confluenter Romani Pontifices excommunicationem promulgare contra omnes, qui populo indulgentias plenarias audent proponere, aut prædicare, quia eo anno omnes plenarie suspenduntur, & deinceps ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, & absolutio solet esse Episcopalis; sed nota bene illud beneplacitum Sedis Apostolicæ.

*Submonitio
notabilis.*

Ex quo sequitur, quod ab illa hora, & deinceps sequentibus annis (etiam si ipse Papa e vita migraret) nullus, etiam virtute privilegiorum regularibus quomodocumque concessorum, consequitur aliquam indulgentiam plenariam, nisi Papa iterum gratiam, & privilegia alias quibuscumque locis, ecclesijs, monasterijs, cappellis, oratorijs, & huiusmodi, aut personis quibuscumque, aut coronis, aut huiusmodi concessa rursus concedat, & impendant. Quia cum non dicatur, nec præcedenti anno Iubilei dictum sit, suspendimus ad beneplacitum nostrum, sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ (quæ quidem sedes nunquam moritur) necessario concluditur id eorum, quod præsertum est, Quo circa puto, ego plurimos tam laicos, quam clericos, & etiam regulares hac in te decipi, putantes se multis indulgentijs olim à Rom. Pontific. concessis potiri, ac gaudere. Aut satis est, si per viam communicationis iterum concedantur.

Sed quod malum, & indecens esse puto, hoc est, quia, videlicet, plures verbi Dei concionatores populis evulgant, proponuntque diuersas olim plenarias indulgentias varijs locis concessas, non iterum post dictam generalem suspensionem confirmatas; non advertentes, quod superius consideratissime, simulque saluberrime à nobis memoratur. Crederent tamen, hos Regulares, qui communicant in privilegijs cum alijs (cum hac tamen additione, quod facta quacumque gratia vni ordini, in genere, vel in specie intelligatur facta alteri) gaudere omnibus gratijs indulgentiarum plenariarum, si interim alicui Religioni ex dictis communicantibus in prædictis privilegijs, supradicta eorum privilegia sint denuo confirmata.

An autem ministri iustitiæ abstrahentes aliquem ex ecclesia seu templo (præter casus à iure concessos in cap. inter alia de immuni. eccles.) sint excommunicati per cap. Definuit. 17. q. 4. aliqui dicunt esse excommunicandos. Aut vero de Butrio inquit, eos esse excommunicatos, & re vera iudicio meo dictum cap. Optime ponderavit.

174. Contra omnes, & singulos cuiuscumque status, ordinis, gradus, & conditionis, eorumque socios, complices, familiares, & sequaces, qui alumina ex Turcarum, aliorumque infidelium partibus ad partes Christianitatis conducunt, seu conducti faciunt, aut conducti, & adducti vendunt, emunt, laborant, aut se in illis, vel circa ea, etiam assecurando naues, & alumina ipsa; seu alias de illis quomodolibet se immiscunt. Iul. 2. Paul. 3. Iul. 3. & Pij. 4. in extrauag. Ex Apostolicæ cum aggravatione, & reaggravatione, & æterna maledictione, cum incapacitate ad omnia, etiam ad te
flamen-

Samenta, cum interdicto ipso facto contra Ciuitates, castra, & Villas, si post terminum vnus diei ab habita noticia qualicunque de supradictis euentibus, &c. non eos eiecerint de locis suis: & est Papalis absolutio harum censurarum.

175 Item contra dominos locorum, & officiales, &c. qui supradictos omnes infra dictum terminum non eiecerint, vel eieci fecerint, & est Papalis absolutio ibid.

176 Item contra qualescumque personas, quæ cum supradictis conuersationem, commercium, aut negociationem aliquam habuerint, & est Episcopalis absolutio ibidem.

177 Contra subiectos mediate, vel immediate Sedi Apost. omentes sal exterum in publicos, vel priuatos vsus, absolutio Papalis Greg. xiiij. extrau. Ex incumbenti, & idem Ad Apostolica. 17. Decemb. 1577.

178 Extrahentes, & a sportantes frumenta, blada, legumina, animalia extra statum Ecclesiasticum, absolutio Papalis Greg. XIII. extrauag. 53. Volentes.

179 Contra eum, qui directe, vel indirecte abduxerit Iudæum à prædicatione, seu salutaribus sermonibus, semel in hebdomada faciendis pro eorum conuersione in omnibus locis, in quibus sit eorum synagoga, Greg. xiiij. extrau. 105. Sancta Mater Eccles.

180 Contra diripientes in statu Ecclesiastico animalia seu alia bona, ac illa ementes, permutantes, recipientes, retinentes, licet sit extra prædictum statum. huius absolutio est reservata soli Papæ Gregorius xiiij. extrau. 100. Non sine.

181 Contra eos qui paruerint monitis, legibus, mandatis Henrici Borbonij asserti quondam Regis Nauaræ, & Bearnij, & item alterius Henrici Borbonij, præfensi olim principis Condensis Hæreticorum, & est Papalis absolutio. Xystus V. 1585. V. Cal. Sept. anno 1. sui Pontif. extrauag. 10. Eter ni reg.

182 Contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem, Mathematicam & alia quæcumque diuinationum genera, & Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, Artimagicæ, Sortilegia, Veneficia, Incantationes, Superstitiones, Auguria, Auspicia, Ineantationes, aut facientes iudicia, & Natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actioibus exhumana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare, audeant: etiam si, id se non certo affirmare asserant, aut protestentur. Item qui profitentur, exercent, docent, aut discunt supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, seu scientias, quique tenent, seu legunt libros, tractatus, indices, aut scripta, in quibus supradicta continentur. præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam. Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Ordinarij locorum, Inquisitores diligenter prouideant ne huiusmodi libri habeantur, procedant, atque in eos seuerius Canonice pœnis, & alijs e suo arbitrio procedant, &c. Indici lib. prohibet. Regula nona, & extrauag. Xyst. V. nuper edita. Non. Ianuar. 1586. cuius initium est. Celi, & Terra creator Deus:

EXCOMMUNICATIONES IN LIBRO PRIVILEGIORUM
Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini hæc sunt.

Cap. XV.

Cum pri-
uatiōe,
& inhab.
Credo om-
nes mēdi-
cantes ho-
die gaude-
re hac gra-
tia.

Nota con-
tra dantes
consil. au-
xil. vel sa-
uorem.

Ordinarij
locorum.

Submoni-
tio pro Cō-
cilio Tri.

Contra rectores parochialium ecclesiarum, & alios quoscumque qui Fratrum Eremitarum domos, & professores, præter aut contra litterarum tenorem Innoc. Bonif. Alex. Mart. Eug. Nic. & Benedicti, aliorum quorumcumque prædecessorum Roman. Pontificum, & præter, aut contra Bullam dictam, Mare Magnum, quæ incipit. Dum fructus vberes, quos facer ordo fratrum Eremitarum Sancti Augustini, &c. inquietare, seu molestare, & eos, aut testamentorum, vltimarumq; voluntatum executores, & heredes prædicto, seu quoscumque alios directè, vel indirectè ad solutionem alicuius quartæ parochialis, seu canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris, & ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum ecclesijs, vel alibi, dum ad ipsos fratres, decedentium cadauera tumulantur, ante vel post eorum sepulturam, cogere, aut confelsis dictis fratribus ordinis Eremitarum pro tempore eucharistiæ, seu extremæ vntionis sacramenta sine rationabili causa denegare, vel illorum exhibitionem malitiosè differre, aut eorum parochianis, ne dictis fratribus confiteantur, prohibere, vel persuadere, aut etiam ad præmissa, seu aliquod præmissorum, auxilium, consilium, vel fauorem dare directè, vel indirectè præsumunt. Xyst. iij. in priuileg. Eremit. S. Angust. in extrauag. quæ incipit. Dum fructus, vbi præter excommunicat. latæ sententiæ, non reseruata tamen, super addit penam priuationis earundem ecclesiarum parochialium, & aliorum beneficiorum ipso facto, & inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda. Ipsi vero ordinarij locorum, si, vt præfertur, contra fecerint, subiacent, eo ipso ingressus ecclesiæ interdicto, & suspensioni à regimine, & administratione suarum ecclesiarum. Mandatur præterea omnibus prælatis etiam Archiepiscopis, vt quoties requisiti fuerint, faciant prædictam bullam sollempniter publicare, & in omnibus efficaciter dictis fratribus assistant. Et Iulius ij. confirmauit in extrau. Dum fructus, & Leo x. in extrauaganti, Licet sponte, sic ait, si sæculares vestro Mari Magno, vel cuiquam concessionum vestrarum contraire temere audeant, pro excom. publicari volumus: si clerici, præter censuram prædictam, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis priuatos esse decernimus. Et Paulus. 4. Ex Clementis. Hodie tamen nota quod quantum ad ea, quæ aperte Concil. Tridenti aut renouauit, aut moderauit quæ tamen pauca sunt, non subsistunt contenta in hoc priuilegio, sed in reliquis subsistunt omnia, vt colligitur ex bulla Greg. xij. quæ incipit. In tanta, sed hodie attendenda sunt quæ Xystus V. modificauit circa huiusmodi priuilegia.

184. Contra recedentes ab Ordine Eremitarum Sancti Augustini, aut quoquo modo exeuntes fratres professos, aut habitum relinquentes, nisi post mandatum Prioris generalis, infra dies octo, mandato proximis, ad obedientiam redierint. Iul. 2. Vt religioni. in priuileg. ordin. & absolutio est Papalis, & Leo X. Licet sponte.

Contra

185 Contra omnes, qui ordinis Eremitarum Sancti Augustini bona occupare, vel vexare audent, quod quidem tam de personis, quam de locis conuentibus possessionibus, & alijs quibuscumque rebus ad loca, vel personas pertinentibus, intelligitur, siue pecunia, siue mobilia ea sint. Leo X. ibi dem, Licet sponte, & est Papalis absolutio; debent tamen præfati prius a fratribus moneri, & tunc, si per tridui spatium integre omnia non restituerint, subiaceant præfate centuræ. l. 1. Nihil est quod.

*Cum prius
uat. & in
babilis.*

186 Contra rectorem, conseruatores, magistrōs, ac scolares vniuersitatis Parisiensis, qui prætextu suorum priuilegiorum aliquem, vel aliquos, ex fratribus mendicantibus directe, vel indirecte per se, vel per aliam a prædictæ vniuersitatis corpore relecare, seu prinare, aut graduum insignia seu conuictos curius eorum in theologia, aut eorum prædicationes, vel cessent ab eis, impedire, aut in prædictis omnibus molestare, vexare, seu perturbare preumpserint. Calist. 3. Inter cetera, & est Papalis absolutio.

187 Contra quoscumque fratres de obseruantia nuncupatos, quorum uis ordinum mendicantium, qui loca, aut domos aliorum fratrum, Conuentualium nuncupatorum, aut monasteria monialium ipsorum præsumpserint quærere, aut recipere, & incurritur toties quoties contrauentum fuerit.

188 Item contra laicos vtriusque sexus, ac alios quacumque præfulgeant dignitate, etiam Ducali, & etiam Patriarchali, qui præsumpserint sub nomine reformationis procurare, quærere, aut tentare, vt fratres Conuentuales nuncupati, aut monasteria monialium sibi subiectarum de conuentibus suis amoueantur, & alij fratres, obseruantes nuncupati, in eorum locum subrogentur, aut substituancur: aut præfatis fratribus, ad effectum, amoti onis eorum, iniurias, aut grauamina inferre præsumpserint. Xyst. 4. in extrauag. Dum singulos, absolutio est Episcopalis, & quoties contrauentum fuerit, toties incurritur. Possunt tamen prædicti Principes, aut Prælati procurare, quærere, aut tentare reformationem monasteriorum apud generales, aut prouinciales dictorum ordinum mendicantium, qui tenentur, & debent, quoties oportuum fuerit, & postquam fuerit requisiti, infra annum debite reformare, i. idem.

189 Item contra prædictos laicos principes, qui in reformationibus, quas in dies fecerint apud conuentuales præfatos eorum generales, aut prouinciales, aliquo modo se intromiserint, aut ne fiant, se opposuerint, aut vt reformationes factæ alterentur, aut mutentur, procurauerint, aut, vt in eis aliquid ultra addatur, quærere ausi fuerint. ibidem, & Episcopi tenentur tales pro excommunicatis publicari facere, si fuerint super hoc requisiti.

190 Contra prohibentes facere elemosynas fratribus Eremit. Ordini Sancti August. Xyst. 4. in Mari Magno. Et nota, quod locorum ordinarij nec post censuras ordinare possunt, vt nullus fratrum mendicantium possit elemosynas quærere sine sua licentia, quia non comprehenduntur sub cap. 9. l. 1. Quamobrem congregatio Cardinalium Romæ de hac conuicta, ita præcise respondit. Ad secundum, Fratres Ordinum mendicantium impediri non posse quominus elemosynas quærant. Anto. Cardin. Carrasa. Nomine autem elemosinæ veniunt quæcumque vlui humano sunt necessaria, aut commoda, & tam pecunia, quam reliqua omnia arg. c. Totum 1. q. 3.

191 Contra omnes, & singulos fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, qui prætextu archioris regulæ ad alium ordinem quemcumque etiam Mendicantium, transire præsumperint sine licentia prioris generalis, nisi vere, & effectualiter ad archiorem regulam transferint, & in ea perseverauerint, & est Episcopalis absolutio, & tam ipsi, quam recipientes eos incurrunt in excommunicationem. Leo. 2.

EXCOMMUNICATIONES IN PRIVILEGIIS PRÆDicatorum, & Ordinis Minorum cum reservatione Papali, hæc sunt, ultra alias, ut refert Ant. 3. part. iii. 24. cap. 70. & Caiet. in sum. casu 81. & Niquarr. in Manuali cap. 27. num. 109. Cap. XVI.

*Supra ex-
som. 29. et
93. & in-
fra in ca-
sib. refer.
Episcopis*

Contra ingredientes monasteria monialium prædictorum ordinum sine licentia Generalis, aut eius, qui habet ad id facultatem.

193 Item contra eos, qui præsumunt prædicare, docere, aut defendere, prædictos religiosos non esse in statu perfectionis.

194 Item contra Fratres Minores & econuersos, contra fratres Prædicatores, si alter alterius ordinis professos receperint, sine licentia Summi Pontificis, aut suorum superiorum licentia petita, & obtenta.

195 Contra quoscumque iudices, tam laicos, quam Ecclesiasticos; ac etiam contra conseruatores priuilegiorum, qui querellas fratrum, aut monialium Ordinis Prædicatorum contra alios fratres, aut sorores dicti ordinis susceperint, vel de eis cognouerint, & est Episcopalis absolutio. Leo 2. Romani Pontificis.

196 Contra fratres dicti ordinis, qui aliquem ex fratribus sui ordinis coram aliquo iudice, qui de dicto ordine non sit, ex quacumque causa conuenerint, aut conueniri fecerint, aut à correctione quacunque seu alias ab aliquo prælato, seu fratre dicti ordinis, quavis occasione, vel causa, appellauerint, aut contra eos quærelam proposuerint, nisi prius coram prouinciali, seu conuentuali priore, & generali, & successiue in capitulo generali causam suam verbo, vel in scriptis proposuerint ibidem.

197 Item contra eos, qui præsumunt proferre in lucem libellos famosos lingua vulgari, aut alia, aut componunt, aut habent, aut in vulgus emittunt versus, aut cantilenas in infamiam, & detractionem status Ordinis Prædicatorum, aut Ordinis Minorum.

*Hic aduer-
sant Cura*

198 Item contra eos, qui asseruerint, non licere eis viuere de elemosynis, neque prædicare, neque audire confessiones cum licentia Summi Pontificis, aut aliorum prælatorum inferiorum, sine licentia rectorum Ecclesiarum parochialium, aut presbyteri Cardinalis.

199 Item contra eos, qui præsumunt inferre aliquam violentiam locis ordinum Prædicatorum, aut Minorum.

200 Item contra eos, qui in suis Monasterijs, vel Ecclesijs detinent apostatas prædictorum, nisi eiecerint eos, postquam ei denunciatum fuerit, ne eos retineant.

201 Item contra eos, qui palam, vel occulte conantur expellere ex vniuersis-

Universitate Parisiensi de S. fratribus Prædicatores, aut Minores.

Notandum autem hic est, quod, licet omnes ordines Mendicantium cõicent simul in omnibus privilegijs, perinde ac si de verbo ad verbum cuilibet eorũ dicta privilegia concessa forent, prout Pontifices in eorũ extrauagantibus decreuerint. Idcirco fortasse etiam in prænotatis censuris, & pænis, simul omnes dicti ordines communicant. Nec obstaret fortasse regula iuris in sexto, Odia restringi, & fauores, conuenit, ampliari: quia fere omnes præfatæ centuræ in fauorem dictorum mendicantium latæ sunt, quamuis in pænã laicorum ex altera parte redundant. Et hoc bene nota, quia, casu aliquo emergente, non erit sicco pede pertranseundum, sed periti cõsulendi erunt, & a viris suæ conscientiæ prodigis erit tibi prorsus recedendum. Non tamen quoad prædictas censuras, inteliigo, fieri communicationem prædictorum fratrum inter se. Quia odia restringi, & fauores, conuenit, ampliari de reg. iuris lib 6. & præterea, quia, infinita absurda sequerentur, prout facillime possem demonstrare.

Notandum præterea, quod nuper Greg. xij. confirmauit privilegia fratrum Minorum sub hac clausula, videlicet. Quatenus sunt in vsu, & decretis Concilij Trident. non aduersantur, sed hodie attendenda est modificatio Xysti V. respectu omnium fratrum mendicantium.

Ad vberiore cognitionem excommunicationum, quæ extra Bullam Cocnæ sunt reseruatæ Papæ, vel nemini subiecinus hic sequentem Catalogum, olim Bononiæ impressum.



CATALOGVS EXCOMMUNICATIONVM,

QVÆ EXTRA BVLLAM COENÆ DOMINI SVNT
referuatæ Papæ, vel Episcopo, vel nemini.

IVSSV ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI D. CO.
*Alexandri Ludonisi Archiepiscopi Bonon. & Principis col-
lectæ, & decem Capitibus comprehensæ.*

AD COMMODVM PAROCHORVM, ALIO-
rumque Confessariorum, atque Poenitentium.



N E A P O L I,

Ex Typographia Constantini Vitalis. M. DC. XVII

SVPERIORVM PERMISSV.

ANNOTATIO

IN OMNIA,

DE SEQUENTIBUS, CAPITA EXCOMMUNICATIONVM.



LICET in articulo mortis nulla sit reseruatio, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolueri possint, vt inquit Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. tamen aduertat Sacerdos, qui ob articulum mortis absoluit aliquem ab excommunicatione reseruata monendum sibi esse poenitentem, vt, cum primum commodè poterit, se presentet Prælato, cui excommunicatio reseruata erat, quia alias reincidit in similem excommunicationem, & idem dicendum est,

si non ob mortis periculum, sed ob alia legitima impedimenta (de quibus glossa in cap. Religioso. V. eo casu. de sententia excommun. in 6.) absoluat, vt dicitur infra in cap. 9. excom. 40.

Secundo aduertat idem Sacerdos duo etiam alia sibi præstanda esse. Vnum est, vt ab absoluedo exigat prius iuramentum, quod de cætero similia crimina non patrabit, seu, vt dici solet, de stando mandatis Ecclesiæ, alterum est, vt neminem absoluat, nisi prius satisfaciatur, cui satisfaciendum est; vel, si satisfactio re ipsa dari non possit, det cautionem pignoratitiam, vel fideiussoriam; aut, si neque hæc præstari possit, det cautionem iuratoriæ id est iuret, quod satisfaciatur, quam primum poterit. Atque hæc duo videlicet iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, & satisfactionem exigere debet non solum dictus Sacerdos sed etiam quilibet alius Confessarius, qui ob priuilegia, vel sub seum, vel aliam occasionem absoluit aliquem, siue solemniter, siue priuatim ab excommunicatione reseruata, vel etiam non reseruata; & quidem satisfactio semper re ipsa præstanda est antea absolutionem quando præstari debet, & potest, alias dandæ sunt cautiones dictæ, vt ait Nauarr. c. 26. num. 7. Auila par. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 5. & alij. Iuramentum vero de stando mandatis Ecclesiæ præstandum est saltem in magnis criminibus sicut falsarij, & aliorum Bullæ Cœnæ, incendiarij, percussoris clericorum notorij, & huiusmodi, vt docet Caiet. V. absolutio, cap. 4. Suarez dist. 19. in fine. Auila supra, & alij.

Tertio aduertant Confessarij omnes absoluedes aliquem ab excommunicatione in foro interiori, talem absolutionem nihil ei prodesse in foro exteriori, de quo expedit, vt Confessarius moneat poenitentem, sicut etiam monere solent Pontifices in Iubileis.

Quatuor ergo dicat Confessor Poenitenti quando ab excommunicatione eum absoluit ob articulum mortis, vel aliud impedimentum.

Primo, vt se presentet illi, cui excommunicatio illa reseruata est, si alicui sit reseruata.

Secun-

Secundo, vt iuret, quod de cetero similia crimina non patrabit, si ob cūm magnum illam excommunicationem contraxit.

Tertio, vt satisfaciat re ipsa ante absolutionem, si tenetur, & potest; alias det cautionem pignoratitiam, vel fideiussoriam, vel, si neque hanc dare potest, iuret, quod satisfaciat, cum poterit.

Quarto, vt in foro externo se non esse absolutum nouerit. Hæc inquam quatuor dicat Confessor absoluens in dicta necessitate. Confessores vero alij dicant tria posteriora iuxta supradicta.

**CAPVT PRIMVM CONTINENS QVATTORDECIM
excommunicationes contra Prælatos, octo reseruatæ Papæ, &
sex nemini reseruatæ.**

Prima est contra Cardinales, qui Sede vacante contrauerint ijs quæ ordinata sunt à Iulio II. vt sine simonia eligatur Papa, vide extrauagantem eiusdem Iulij II. Cum tam diuino, quæ est 2. Caiet. V. exc. c. 24. Nauar. cap. 27. num. 111. §. Trigesima prima. Suarez tomo 5. disp. 22. l. 6. nu. 2. Sayrum l. 3. c. 3. l. nu. 3. in fine, & Reseruatur Papæ.

2 Contra Cardinales reuelantes aliquid de actis secreto in Consistorio existente præcepto Papæ, vt non reuelentur. Vide Concil. Lateranen. sub Leone X. sess. 9. Nauar. cap. 27. num. 110. & 111. & Authorem summæ Conciliorum, qui sequitur Caiet. V. excomm. in fine dubitantem, an hæc excom. & aliz eiusdem Concilij sint receptæ, & Reseruatur Papæ.

3 Contra Cardinales, qui Papatum ambiunt, eiusque causa simoniam committunt, aut cum aliquo tractant de futuro Papa eligendo in consulto Papa viuente. Vide Extrau. Cum secundum. Pauli IV. quæ est 38. & Extrau. Li maluaggi. Greg. XIV. & Sayrum l. 3. c. 3. l. num. 2 & hæc excom. ligat etiam alios omnes quamuis Reges, & Imperator. & dantes auxilium &c. vt infra c. 9. exc. 16. & Reseruatur Papæ.

4 Contra Cardinales, qui simoniam committunt, de qua infra cap. 2. excomm. 4. & 5. & Reseruatur Papæ.

5 Contra Episcopos à collatione, & præsentatione officiorum, & beneficiorum suspensos, qui dicta officia, vel beneficia contulerint, vel ad ea præsentauerint. Et hæc excommunicatio est etiam contra omnes alios habentes ius Patronatus tam Ecclesiasticos, quam laicos à præsentatione suspensos. Vide Extrau. Quanta Ecclesie Dei, quæ est 58. Pij V. & Suarez d. 22. sess. 6. nu. 21. & reseruatur Papæ.

6 Contra Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & omnes Ecclesiasticas personas, quæ aliam personam Ecclesiasticam, Collegium, vel Conuentum traxerint ad forum laicale pro causis, quæ de iure ordinario, vel consuetudine ad forum Ecclesiasticum spectant. Et hæc excommunicatio ligat etiam laicos dantes auxilium, &c. Vide Extrau. Martini V. ad reprimendas, quæ est quinta, & Nauar. cap. 27. num. 71. ubi dicit, si hoc fiat auctoritate iudiciali laica hæc excommunicationem esse in Bulla Coenæ, & Reseruatur Papæ.

7 Contra Administratores episcopatum, & omnes inferiores Episcopus

pis, qui publicant indulgentias cum amplis priuilegijs, & suspicione simonia, de qua Pius V. in extrau. Quam plenum, quæ est 99. Vide eandem extrau. & Sayrum l. 3. c. 3. nu. 15. & referuatur Papæ.

8 Contra Prælatos, & personas omnes Ecclesiasticas apud Sedem Apostolicam constitutas, quæ aliquid donant, seu promittunt, vel per alios datum, seu promissum persoluant nuntiantibus provisiones, translationes, commendas eis concessas, &c. de quibus in extra. solicite, quæ est 4. Greg. XI. de qua Grag. l. 4. c. 23. nu. 3. & referuatur Papæ.

9 Contra Cardinalem, qui electus à paucioribus, quam à duabus partibus Cardinalium in summum Pontificem assensit electioni de se factæ. Vide c. licet. de elect. § Anton. 3. par. tit. 24. cap. 48. Ang. excomm. 7. casu 2. Syl. excomm. 9. num. 2. Nauar. cap. 27. num. 114. §. secunda. Caiet. cap. 9. Hæc excomm. ligat etiam alios omnes, & secluso schismate, Nemini referuatur.

10 Est contra Episcopum, qui in Ciuitate, in qua homines sunt diuersarum linguarum, susceperit gubernationem eorum, qui sunt suæ linguæ, antequam à proprio eorum Episcopo assumatur in suum Coadiutorem. Vide cap. quoniam de off. iud. ord. Nau. cap. 27. num. 114. & Sayrum cap. 32. nu. 2. qui putat hanc excommunicationem esse contra omnes, sed Nau. vult esse solum contra Episcopos, & Nemini referuatur.

11 Contra Nuncios Apostolicos, etiam si fuerint Episcopi, Archiepiscopi &c. qui à Principibus, Regibus, siue Imperatoribus, ad quos mittuntur, fauores vocales, aut litteras ad dignitates impetrant. Vide extrau. Pij IV. & si Romanum, quæ est 124. & Nemini referuatur.

12 Est contra Episcopos, & quoscunque Prælatos permittentes ritum habitumue Fraticellorum, Bizocorum, siue Beguinorum. Vide extra. Ioan. XXII. Sancta Romana. Caiet. V. excommunicatio. cap. 5. & Sayrum l. 3. cap. 32. num. 24. Tol. l. 1. c. 38. num. 12. Hæc excommunicatio est etiam contra dictos Fraticellos, & Beguinas, & omnes de nouo affluentes talem sectam, quæ hodie non extat, vt inquit Toletus supra, & Nemini referuatur.

13 Contra Prælatos quoscunque etiam Patriarchas, ad Romanam Curiam venientes, & inde discedentes absque Papæ notitia secus atque statuitur in extrau. Et si deceat Ioan. XXII. Et excommunicantur etiam omnes, qui Prælatos apud Sedem Apostolicam recipiunt, nisi ante receptionem aduentum illorum Papæ significauerint. Vide dict. extra. & Sayr. l. 3. cap. 32. nu. 23. & nemini referuatur.

14 Contra Prælatos, si sint Sacerdotes, & habeant officium Vicecomitis, vel alterius præfecti secularis, nec tale officium admoniti dimittant. Hæc excommunicatio est etiam contra alios Sacerdotes, vt dicemus infra cap. 5. excomm. 8. Vide c. Clericis. Ne Clerici, vel Monaci Caiet. c. 76. Nauar. cap. 27. nu. 117. §. septima. Grassum. l. 4. c. 22. nu. 32. Tol. lib. 1. c. 37. nu. 7. Suarez disp. 23. l. 3. nu. 21. & Nemini referuatur.

Adverte hic contra Episcopos, & alios Prælatos esse etiam multis alias excomm. & præcipue illas, quæ sunt contra omnes, ponunturque infra in cap. 9. Quamuis enim in Suspensionem, & Interdictum non incidant Episcopi, nec eorum Superiores, nisi de illis fiat expressa mentio. cap. qui periculosum de sent. excomm. in 6. Excommunicatio tamen generaliter la

22, & Episcopos, & eorum Superiores etiam Cardinales ligat, vt notat Nauar. in Comm. de datis, & acceptis notabili sexto. Sayrus lib. 1. cap. 8 num. 23. & 24. Vgolinus Tabula 1. cap. 17. num. 10. & 11. & alij. Nos tamen hic solum posuimus excommunicationes, quæ solis Prælati competunt, vel in quas facilius Prælati incidere posse videntur.

CAPVT SECVNDVM CONTINENS TREDECIM EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, CÆTO RESERVATAS PAPA, ET QVINQUE NEMINI RESERVATAS.

1 **C**ontra Clericos, qui scienter, & sponte participant cum excommunicatio à Papa recipiendo eum ad diuina. Vide c. significauit, de senten. excomm. Sylu. excommunicatio 7. num. 12. Caiet. cap. 58. Nauarr. c. 27. nu. 93. Sayrum l. 3. cap. 29. nu. 5. Suarez disp. 22. f. 2. nu. 22. Toll. l. 1. cap. 35. nu. 2. & reseruatur Papæ.

2 **C**ontra Clericos, qui inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, aut promittendum, quod eliget sepulturam in sua Ecclesia, vel electum non mutabit. Vide Clem. Cupientes § fin. de pœnis. Syl. excomm. 7. num. 49. Nauar. c. 27. num. 103. Caiet. cap. 49. Say. l. 3. cap. 29. num. 39. Suarez disp. 21. f. 4. num. 25. Toll. l. 1. cap. 36. num. 3. Est hæc excommunicatio etiam contra Religiosos, & Religiosas, & reseruatur Papæ.

3 **C**ontra Clericos inferiores Episcopis, qui prouisi de beneficijs curatis præstito iuramento de eisdem beneficijs intra certum tempus personaliter deseruendo, non adimplent iuramentum. Et hæc excomm. est etiam contra illos, in quorum fauorem beneficia dicta resignantur, seu dimittuntur, & qui ad id præstant auxilium, & c. Vide extrau. inter multiplices curas. Pij IV. quæ est 87. & Sayrum l. 3. c. 31. nu. 5. & reseruatur Papæ.

4 **C**ontra Clericos qui dant, vel recipiunt aliquid per simoniam realem pro Ordine suscipiendo, vel beneficio consequendo, Item qui proxeneta fuerint, procuratoresve, vt huiusmodi simonia committatur. Et hæc excommunicatio ligat etiam alios omnes quamuis Episcopos, Patriarchas, Cardinales, Reges, & Imperatores, vt infra cap. 9. excomm. 10. Vide extrau. Cum detestabile. de simonia. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 65. Syl. excomm. 7. num. 80. Caiet. cap. 72. Nauar. cap. 27. num. 106 § Vigesima prima. Sayrum l. 3. cap. 30. num. 6. Setum. l. 9. quæst. 8. ar. 2. Lessl. l. 2. cap. 35. dub. 24. & 25. Suarez disp. 22. f. 5. num. 22. & l. 4. de simonia cap. 56. & reseruatur Papæ.

5 **C**ontra Clericos, & alios omnes aperte, vel occulte committentes simoniam confidentialem. Vide extrau. Intolerabilis Pij V quæ est 87. Suarez disp. 21. f. 6. num. 15. & lib. 4. de simonia cap. 43. Nauar. cap. 27. nu. 110. Lessium l. 2. c. 35. dub. 26. & Sayrum l. 3. cap. 31. num. 6. qui non recte excipit Card. nam etiam hi expresse comprehenduntur, & notat Parisius q. 19. de confidentijs, & reseruatur Papæ.

6 **C**ontra Clericos, qui, vt aliqui occupent bona, vel iura Ecclesiarum locorumve piorum, causa fuerint, vel eis consenserint. Habetur in Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. de reform. & infra in cap. 9. excomm. 36. reseruatur Papæ.

7 **C**ontra Clericos trahentes aliam personam Ecclesiasticam ad forum

ram laicale, vt supra c. p. excom. 6. & referuatur Papæ.

8 Contra Clericos apud Sedem Apostolicam constitutos, qui aliqui donant, seu promittunt, vel solunt nuntiantibus prouisiones, &c. de quibus sup. c. p. exc. 8. & referuatur Papæ.

9 Contra Clericos omnes minores Episcopis, qui publicis fœneratoribus locant domos, vel aliter concedunt, aut eos ex suis terris intra tres menses non expellunt. Vide cap. primum. de Viuris in 6. Caiet. cap. 52. Nauar. cap. 27. nu. 136 § Trigesima. Sayrum. l. 3. cap. 32. nu. 12. Suarez. disp. 22. l. 4. nu. 42. Tol. l. 1. c. 38. nu. 22. & Nemini referuatur.

10 Contra Clericos Presbyteros, vel etiam non Presbyteros, sed Archidiaconus, Plebanos, Decanos, Præpositos, Cantores, vel personatum habentes, qui audiant Physicam, idest Medicinam, vel Leges, nisi intra duos menses desistant. Vide cap. super specula Ne Clerici, vel Monaci. Syl. excomm. 9. num. 22. Caiet. cap. 50. Nauar. cap. 27. num. 116. Suarez. disp. 23. sec. 3. nu. 9. Tol. l. 1. cap. 37. nu. 4. vbi dicit in foro poli, non in foro fori excusari eos, qui student legibus in quantum conducunt ad notitiam Canonum, & Nemini referuatur.

11 Contra Sacerdotes, qui habent officium Vicecomitis, vel alterius præfecti secularis, si admoniti non relinquunt tale officium, vt diximus supra c. 1. excom. 14. & Nemini referuatur.

12 Contra Clericos, qui Matrimonium de facto contrahunt. Et hæc exc. est et contra Religiosos, & Religiosas idē facientes, & contra oēs matrimonium contrahentes in gradibus prohibitis, vel cū Monialibus. Vide Clem. p. de consan. & aff. Caiet. c. 47. & Nauar. c. 27. nu. 141. qui duo DD. dicunt in d. Clem. excommunicari etiam Clericos celebrantes Matrimonia inter dictas personas prohibitas, sed hoc negat melius Suarez d. 23. l. 5. num. 23. & Nemini referuatur.

13 Contra Clericos, & alias personas Ecclesiasticas, quæ alienant, vel locant in plures, quam tres annos bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum extra casus iure permisos, & hæc excommunicatio est etiam contra omnes, qui prædicta bona recipiunt. Vide Extrau. Ambitosæ. de reb. Eccles. non alien. & Syl. V. alienatio. num. 15. in fin. qui dicit hanc censuram non esse vsu receptam, sed melius dicunt alij consulendum esse vsum locorum, vt Sayr. l. 3. c. 32. nu. 21. in fine, & Nemini referuatur.

Aduerte contra Clericos esse etiam alias excomm. quæ infra præsertim in c. 9 & 10. positæ sunt.

CAPVT TERTIVM CONTINENS VIGINTI QVINQVE
excommunicationes contra Religiosos, duodecim referuatas
Papæ, & tredecim nemini referuatas.

1 Contra Religiosos omnes, qui inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum, quod eliger sepulturam in sua Ecclesia, vel electam non mutabit. Hæc excommunicatio est etiam contra Moniales. Vide supra c. 2. excom. 2. & referuatur Papæ.

2 Contra Religiosos omnes, qui Sacramentum Vnctionis extrema,

T vel

vel Eucharistiæ ministrant, aut Matrimonia solemnizant sine expressa licentia Parochi, aut absoluunt à culpa, & à poena, vel absoluunt excommunicatos in casibus sibi non concessis. Vide Clementinam Religiosæ de priuilegijs. Caiet. cap. 64. Nauarr. cap. 27. num. 101. Suarez d. 22. f. 3. num. 2. Tol. l. 1. c. 36. nu. 2. Sayr. lib. 3. c. 29. nu. 26. & referuatur Papæ.

3 Contra Religiosos euntes ultra Mare sine licentia suorum Superiorum in scriptis obtenta. Vide extrau. ad nostrum. Ioan. XXII. de Regularibus, & referuatur Papæ.

4 Contra Religiosos exigentes quoscunque passus, prandia, coenas, pecunias, iocalia, aut alias res pro ingressu Monasterij. Hæc excommunicatio est etiam contra omnes dantes prædicta, vt in cap. 9. excomm. 10. Vide extrau. Sanæ. de simonia. Caiet. cap. 73. Syl. excomm. 7. num. 81. Suarez disp. 22. f. 5. num. 11. Tol. lib. 1. cap. 36. num. 7. Sayrum. l. 3. c. 31. num. 5. & referuatur Papæ.

5 Contra Religiosos Mendicantes, qui transeunt ad ordiæm non Mendicantium, excepto Carthusianorum, & contra Religiosos non Mendicantes, qui in suum Ordinem prædictos recipiunt sine licentia Papæ. Vide Extrau. Viam ambitiosæ, de Regularibus. Caiet. cap. 74. Nauar. 27. c. 106. S. vigesima secunda. Suarez disp. 22. f. 5. num. 16. Sayrum lib. 3. cap. 30. num. 8. & referuatur Papæ.

6 Contra Religiosos, qui detinent in suis Ecclesijs, vel Monasterijs Apostatas Fratrum Prædicatorum, nisi eiecerint postquam à dictis Fratribus moniti sint. Vide illorum priuilegium citatum à S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 71. Et hanc excomm. incurrunt etiam, qui detinent Apostatas aliorum Ordinum, qui eisdem Priuilegijs gaudent, & referuatur Papæ.

7 Contra Minores, & Eremitanos, qui præsumunt recipere in suum Ordinem Fratres Prædicatores. Vide eorum Priuilegium aliud citatum ab eodem S. Anton. supra, quo gaudent alij Ordines, quibus FF. Prædicatorum priuilegia sunt communicata, & referuatur Papæ.

8 Contra Religiosos omnes exceptis Carthusianis, qui recipiunt aliquem Religiosum Societatis Iesu sine licentia sui Superioris, & hæc excomm. est etiam contra ipsos Iesuitas ingredientiæ Religionem aliam à Carthusiana, & contra dantes auxilium &c. Vide extrau. Equum reputamus Pij V. quæ est in priuilegijs d. Societatis, & referuatur Papæ, vel Superiori eiusdem Societatis.

9 Contra professos Ordinis Humiliatorum extincti à Pio V. qui admittunt aliquem ad professionem, vel habitum dicti Ordinis. Vide extrau. quemadmodum Pij V. quæ est 122. & referuatur Papæ.

10 Contra Minores, qui tempore Interdicti admittunt in suis Ecclesijs Fratres Tertij Ordinis ad audiendâ diuina Officia. Hæc excomm. (vt habetur in Clem. cum ex eo. de sent. excomm.) satisfactione præmissa tollitur ab Episcopo, alias referuatur Papæ.

11 Contra Religionum Superiores, qui non paruerint Bullæ Pauli V. editæ anno 1606. quæ incipit Romanus Pontifex, & præcepit, vt Religiosi de hæresi suspecti (cuiusmodi sunt sollicitantes mulieres in confessione) ipsis Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus denuntiarentur, ita vt pro ipsorum suspectorum Superioribus non sit amplius præuentorius locus, & referuatur papæ.

12 **Contra Abbates, Priores, & alios quoscunque Superiores Regulares,** quibus cura, & regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, si eadem monasteria ingrediantur in casibus non necessarijs, & non comitati à paucis, ijsque senioribus, ac religiosis personis, & hæc excommunicat etiam Prælatos seculares, Episcopos, & Cardinales, si tertia vice ingrediantur. Vide extrau. Dubijs, quæ est 75. Greg. XIII. vbi nulla fit mentio referuationis, contra alios vero, qui ingrediantur monasteria Monialium est excom. quæ, vt dicitur infra c. 9. exc. 12. referuatur Papæ.

13 **Contra Religiosos omnes,** qui habitum iuxta Religionis temere dimittunt. Vide c. vt periculosa, Ne Cler. vel Mon. in 6. Cai. c. 61. Nauar. c. 27. nu. 131. Suar. d. 23. l. 4. nu. 26. Nemini referuatur.

14 **Contra Religiosos omnes qui ad aliqua studia accedunt sine licentia sui Prælati, & consilio maioris partis Conuentus.** Vide d. c. vt periculosa, & DD. citatos, & Nemini referuatur.

15 **Contra Religiosos exeuntes à Monasterijs ad audiendas leges, vel Medicinam nisi intra duos menses redeant.** Vide cap. non magnopere. Ne Clerici, vel Moqaci, & Doctores citatos supra in cap. 2. excom. 10. & Nemini referuatur.

16 **Contra Religiosos omnes,** qui non seruant interdictum, aut cessationem à diuinis, quam seruat Ecclesia Cathedralis, vel Matrix, aut Parochialis Oppidi, Vide Clem. primam. de sent. excomm. 5. Anto. 3. par. tit. 24. c. 56. Caiet. c. 67. Nauar. cap. 27. num. 146. Sayrum lib. 3. cap. 32. nu. 44. Tol. lib. 1. cap. 39. num. 15. Syluest. excomm. 9. num. 90. casu 47. & Nemini referuatur.

17 **Contra Religiosos, qui non habentes beneficium, aut administrationem sibi appropriare noualium, aut alias decimas Ecclesijs debitas præsumunt, vel eas prohibent solui Ecclesijs &c.** Vide Clem. Religiosi. de decimis. Caiet. c. 48. Sylu. exc. 9. nu. 72. casu 36. Nauar. c. 27. num. 138. Tol. l. 1. c. 39. nu. 3. & Nemini referuatur.

18 **Contra Religiosos saltem Monachos, & Canonicos regulares, qui non habentes administrationem proficiuntur ad aulas Principum animo nocendi suis Superioribus, aut Monasterijs.** Vide Clem. Ne in agro. §. quia vero. de statu Monac. Caiet. c. 62. Syluest. excomm. 9. nu. 73. casu 37. Nauar. cap. 27. num. 139. Suar. disp. 23. lect. 5. nu. 4. & Nemini referuatur.

19 **Contra Religiosos omnes, qui aliquid dicunt ea intentione, vt aueriant audientes à solutione decimarum.** Vide Clem. cupientes. de pœnis. Caiet. cap. 65. Syluest. excomm. 9. num. 88. casu 45. Nauar. cap. 27. num. 145. Hic excommunicatio est etiam contra Religiosos confessarios negligentes facere conscientæ scrupulum circa solutionem decimarum. Nemini referuatur.

20 **Contra Religiosos omnes contrahentes de facto matrimonium,** vt supra c. 2. excom. 12. & Nemini referuatur.

21 **Contra Religiosos dictos Fratucellos, seu Fratres de Paupere vita, aut Bizochos, seu Beguinos, vt supra cap. 1. excomm. 11. & Nemini referuatur.**

22 **Contra Religiosos Mendicantes, qui sine licentia Papæ accipiunt noua loca ad habitandum, aut commutant, aut alienant acquisita ante**

Conc. Lugdun. Vide Clem. cupientes de poenis. Sylu. excomm. 9. num. 87. casu 44. Caiet. cap. 56. Nauar. c. 27. num. 144. qui recte notat hanc excomm. quo ad multos Mendicantes per eorum privilegia sublatam esse, & Nemini reseruatur.

23 Contra Religiosos Mendicantes approbatos post Concil. Lugdun. qui absque facultate speciali Papæ recipiunt aliquem ad suum Ordinem, vel nouum locum acquirunt, aut acquisitum vendunt, excipiuntur tamen, quatuor Ordines Mendicantes, & alij post hos approbati. Vide cap. vnicū. de Relig. Domin. in 6. Nauar. cap. 27. num. 137. §. vigesima Sayrum lib. 3. c. 34. nu. 5. Suar. d. 23. l. 4. nu. 19. Tol. l. p. c. 38. nu. 12. qui dicit hanc excomm. modo non habere locum, & Nemini reseruatur.

24 Contra Monacos, qui sine licentia Abbatis habent arma intra septa Monasterij. Vide Clem. ne in agro. de statu Monac. Caiet. cap. 63. Nauar. cap. 27. num. 139. Sylu. excomm. 9. num. 73. casu 38. & Nemini reseruatur.

25 Contra Religiosos Sacerdotes habentes officium Vicecomitis, aut alterius Præpositi Secularis, vt diximus supra c. 2. excomm. 11. & notat. Graffius lib. 4. c. 21. nu. 31. & Nemini reseruatur.

Aduerte contra Religiosos omnes esse etiam alias excomm. & præcipue illas, de quibus infra. c. 9. & 10.

CAPVT QVARTVM CONTINENS SEPTEM EXCOMMVNICATIONES contra Moniales, vel alias feminas, quinque reseruatas Papa, & duas nemini reseruatas.

Prima est contra Moniales quæ inducunt aliquem ad vouendum, irrandum, vel promittendum, quod eliger sepulturam in sua Ecclesia, vel eadem non mutabit, vt diximus supra in cap. 3. excomm. 1. & reseruatur Papæ.

Hic addi possent excommunicationes supra positæ contra Religiosos, nam sub nomine masculino solet etiam foemininum comprehendi, quando excommunicatur actio, quæ potest etiam foeminis conuenire, vt notat Suarez disp. 2. sect. 4. num. 5. sed, quia sunt de raro contingentibus, omittuntur.

2 Est contra Moniales exeuntes de suis Monasterijs quacunque ex causa etiam infirmitatis, exceptis solis tribus casibus magni incendij, lepræ, & epidimix. Hæc excommunicatio est etiam contra concedentes Monialibus facultatem exeundi, & comitantes, & recipientes. Vide Extrau. De aori, quæ est centesima Pij V. & Nauar. in cap. statumus. 19. q. 3. num. 39. & sequentibus, & reseruatur Papæ.

3 Contra Moniales, quæ introuunt, vel ingredi permittunt sua Monasteria viros, vel foeminas, de quibus dicemus infra exc. 7. & c. 9. exco. 1. & reseruatur Papæ.

4 Contra Moniales contrahentes de facto matrimonium, vt diximus supra c. 2. exc. 15. & Nemini reseruatur.

5 Contra foeminas omnes sectantes statum Beguissarum, vel de nouo insti-

inofficentes, vt diximus supra c. 1. ex c. 11. & Nemini referuatur.

6 Contra foeminas omnes ingredientes Monasteria quorumcunque Regularium. Vide Extra. Regularium Pij V. & Nauar. in c. statum. q. 3. au 61. & referuatur Papæ.

7 Contra foeminas saculares ingredientes Monasteria Monialium, etiam præ extu licentiarum, quas reuocauit primum Pius V. deinde Greg. XIII. postea Paulus V. die decimo Iulij 1613. & referuatur Papæ. Vide infra c. 9. ex com. 12.

Aduerte contra Moniales, & foeminas omnes esse etiam alias excomm. quæ infra in c. 9. & 10. habentur.

**CAPVT QVINTVM CONTINENS SEPTEM EXCOMMV-
NICACIONES CONTRA CONFESSARIOS, VEL CONCIONATORES, QVINQUE
Papales, & duas nemini referuatas.**

1 **C**ontra Confessarios, qui præsumunt absoluerè à casibus clarè, vel dubiè contentis in Bulla Cenzæ, aut ab alijs casibus Papalibus, vel Episcopalibus. Vide Decretum Clementis. VIII. & eius declarationem editam anno 1602. & referuatur Papæ.

2 Contra Confessarios, qui ex Privilegio Sixti 4. commutant aliquod istorum quinque votorum, Peregrinationis ad Urbem, vel Compostellam, vel Hierusalem; Religionis, & Castitatis, &c. Vide Extra. et si Dominici 2. de poenit. & rem. Caiet. cap. 72. Soc. 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. concl. 5. Nauar. cap. 27. nu 109. qui dicit parum, vel nihil prodesse nunc scire hanc exc. nisi vt sciamus vota Papæ referuata, & referuatur Papæ.

3 Contra Concionatores, qui in suis ad populum concionibus prædicant miracula falsa, vel incerta, vel Prophetias, quæ non continentur in Sacra Scriptura, vel audent Episcopis, aut suis Superioribus detrahere, &c. Vide Conc. Later. sub Leone X. ses. 11. & DD. citatos supra c. 1. ex com. 2. & referuatur Papæ.

4 Contra Concionatores, qui in sermonibus ad populum, vel alias quomodolibet affirmare præsumunt esse hæresim credere Beatam Virginem conceptam sine peccato originali, vel esse peccatum mortale id credere, aut tenere; vel esse aliquod peccatum Conceptionis. Officium celebrare, concionesve eorum, qui immaculatam eam prædicant, audire. Item excommunicantur, qui ausi sint asserere esse hæresim, vel peccatum mortale tenere contrariam opinionem. Et hæc excommunicatio est etiam contra alios omnes. Vide Extra. Graue nimis. de Reliquijs, & veneratione Sanctorum. Caiet. c. 74. Nau. nu. 107. c. 27. Suar. d. 22. sec. 5. nu. 30. Sayr. lib. 3. c. 30. nu. 10. & referuatur Papæ.

5 Contra Concionatores, qui præsumunt prædicare Fratres Prædicatores, vel Minores non esse in statu perfectionis, vel non licere eis viuere, ex elemosynis, neque prædicare, neque audire confessiones cum licentia Papæ sine licentia aliorum Prælatorum, & Curatorum. Vide Sanctum Antoninum 3. p. tit. 24. c. 70. Caiet. c. 81. Nauar. cap. 27. num. 109. & Referuatur Papæ.

6 Contra eos, qui prædicando, vel disputando æudent impugnare Mores Pietatis. Vide Concil. Lateran. sub Leone X. & Nemini reservatur.

7 Contra Confessarios Religiosos negligentes facere conscientie scrupulum non soluentibus Decimas, vt diximus supra c. 3. excomm. 19. & Nemini reservatur.

Aduerte contra Confessarios, & concionatores omnes esse etiam alias excommunicatione de quibus infra in cap. 9. & 10. Et præterea si sint Religiosi ligantur excomm. latis contra Religiosos, de quibus supra cap. 3. Si vero sint Clerici seculares innodantur excomm. de quibus supra cap. 2. &c.

CAPVT SEXTVM CONTINENS TRES EXCOMMVNICATIONES
contra Inquisitores, & Deputatos ad executionem Sancti Officij, vel commissarios, duas reservatas Papæ, & unam nemini reservatam.

1 **C**ontra Inquisitores, & alios deputatos ad S. Officij executionem qui odio, vel amore, vel lucri, aut commodi temporalis gratia omittunt procedere contra aliquem in causa hæresis; aut ob easdem causas imponunt alteri hæresim, vel quod impeditur S. Officium Habetur in Clem. Multorum. §. verum. de hæret. vide Caiet. c. 3. Nau. cap. 27. num. 100. Suar. d. 22. sess. 3 Sayrum lib. 3. c. 29. num. 25. Tol. l. p. cap. 36. nu. 1. & reservatur Papæ.

2 Contra Inquisitores, & Commissarios ipsorum, vel Episcoporum, vel capituli sede vacante super hæresim deputatos, qui prætextu Officij Inquisitionis modo illicito extorquent pecuniam aliquam, vel Ecclesie bona ob Clerici delictum fisco etiam Ecclesie applicant Habetur in Clem. Nolentes, de hæret. Vide Syl. excom. 9. nu. 81. casu 42. Nau. c. 27. nu. 142. Caiet. c. 4. Tol. l. p. c. 39. nu. 11. & Nemini reservatur.

3 Contra Commissarios, & Delegatos ad cognoscendum, an alienatio bonorum Ecclesie sit in evidentem vtilitatem Ecclesie, vel non, qui amore, vel timore alienationi consentiunt, aut auctoritatem præbent tali alienationi. Habetur in Extrauag. Cum omnibus. Pauli II. Vide Syll. excom. 7. num. 83. casu 47. Nauar. cap. 27. num. 108. Caiet. vero hanc omittit, & Reservatur Papæ.

Aduerte personas de quibus est hoc cap. ligari etiam excommunicationibus, de quibus est cap. 9 & 10. atque si sint Prælati, excomm. de quibus in cap. princ. si Clerici, excomm. de quibus in cap. 2. Si Religiosi, excomm. de quibus in cap. 3. &c.

CAPVT SEPTIMVM CONTINENS QVINDECIM EXCOMMUNICATIONES
contra Dominos temporales, tres reservatas Papæ, & duodecim nemini reservatas.

1 **P**rima est contra omnes Dominos temporales, & Nobiles, qui cogunt aliquem ad celebrandum diuina Officia in locis interdicitis: siue cogatur

gatur celebrans in sua persona, siue in consanguineis; & qui per Preconem, campanam, aut tubam faciunt euocari populum ad audiendam ibi Missam, & qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti moniti à celebrante exeant ab Ecclesia. Hæc excomm. est etiam contra prædictos monitos non exeant. Habetur in Clem. Grauis, de senten. excomm. Vide Caiet. cap. 42. Sylu. excomm. 7. nu. 51. casu 17. Nau. c. 27. nu. 104. Suar. disp. 22. sect. 4. nu. 27. Tol. lib. 1. c. 36. nu. 4. & reseruetur Papæ.

2 Contra omnes Dominos, etiam Reges, & Imperator. qui concedunt in suis terris inter Christianos duellum, Hæc excomm. est etiam contra duellantes, & spectatores &c. Habetur in Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 19. & in Bullis plurium Pont. sed præcipuè in Bulla Clem. 8. de duell. Vide Sayr. lib. 3. c. 31. nu. 2. reseruetur Papæ.

3 Contra omnes habentes dominium temporale, qui prohibent subditis, ne quidpiam vendant personis Ecclesiasticis, neque ab eis emanent neque eorum frumenta molant, aut panem coquant, & c. habetur in c. fin. de immun. eccles. in 6. Vide Sylu. excomm. 9. num. 50. casu 23. Caiet. cap. 37. Nau. cap. 27. num. 130. Sayr. 1. 3. c. 34. num. 16. Suarez disput. 23. sec. 4. num. 24. & reseruetur Papæ.

4 Contra omnes Principes, Senatores, Iudices, Consules, Rectores, Officiales, & alios Dominos, qui intra mensem à die notitiæ habiti delicti, nõ obseruant quod statutum est contra insequentes Card. Vide cap. foelici, de poenis in 6. Sylu. excomm. 9. num. 64. casu 33. Nauar. c. 27. nu. 136. Caiet. c. 11. & Nemini reseruetur.

5 Contra omnes Dominos Gubernatores, Rectores, aliosque Officiales cuiuscunque dignitatis sint, qui non obseruant diligenter omnia, quæ circa electionem Papæ statuuntur in cap. Vbi periculum §. præterea, de elect. in 6. Vide Caiet. c. 54. Sylu. excomm. 9. nu. 35. casu 12. Nau. nu. 121. & Nemini reseruetur.

6 Contra omnes habentes iurisdictionem temporalem, qui non obediunt Episcopis, & Inquisitoribus in requirendis hæreticis, & alijs præstantis, de quibus in cap. vt Inquisitionis, de hæret. in 6. Hæc excommunicatio est etiam contra dantes auxilium, consilium, fauorem. Habetur in dicto capite, vt Inquisitionis. Vide Caiet. cap. 2. Syluest. excomm. 9. num. 58. casu 28. Nauar. cap. 27. num. 135. Tol. lib. 1. cap. 38. num. 19. & Nemini reseruetur.

7 Contra potestates, Capitaneos, Rectores, & Officiales omnes quorumcunque Ciuitatum, qui faciunt, scribunt, vel dicunt statuta, vt soluantur vsuræ, vel vt solutæ non possint repeti, vel iudicant vsuras esse soluendas, & habetur in Clem. 1. de Vsuris. Vide etiam Caiet. nu. 5. Sylu. excomm. 9. nu. 81. casu 43. Nau. c. 27. nu. 143. & Nemini reseruetur.

8 Contra omnes facientes seruari statuta, vel consuetudines, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & habetur in cap. Nouerint. de sent. excomm. Vide Caiet. c. 31. Nau. 27. num. 129. Sylu. excomm. 9. num. 31. casu 10. & Nemini reseruetur.

9 Contra concedentes Represalias contra personas Ecclesiasticas, aut bona ipsorum, nisi intra mensem à die concessionis eam reuocent. habetur in cap. vaico de iniurijs. in 6. Vide Caiet. cap. 32. Sylu. excomm. 9. num. 62. casu

casu 32. Nauar. cap. 37. num. 136 & Nemini referuatur.

10 Contra omnes Magistratus seculares, qui requisiti ab Episcopo, non ei præbent auxilium brachij secularis, vt seruetur clausura Monialium. habetur in Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 5. & Nemini referuatur.

11 Contra omnes Officiales, & Magistratus qui non paruerint Cardinalibus, Inquisitoribus Generalibus Romæ in ijs, quæ spectant ad S. Officium, habetur in Extra. Sanctissimus Pij V. & Nemini referuatur.

12 Contra omnes Principes quacunque tam ecclesiastica, quam mundana, etiam Regali, & Imperiali dignitate fulgentes, qui in suis terris permittunt fieri taurorum agitationes, seu ferarum, habetur in Extra. de salute quæ est 47. Pij V. Vide Nau. c. 15. nu. 19 & Nemini referuatur.

13 Contra Principes, & Restores locorum quorumcunque, qui non faciunt diligenter inquiri per Domos, & Synagogas Iudeorum libros Talmut, & inuentos comburere, habetur in Decreto Cardinalium, quod est in primo Tomo Bullarum, fol. 122. & Nemini referuatur.

14 Contra habentes iurisdictionem, qui directe, vel indirecte contrahi faciunt matrimonia non libere, in Conc. Trid. sess. 24. cap. 9. de Reformat. Matr. Vide Sanchez lib. 4. d. 22. nu. 8. & Suarez disp. 23. sect. 7. num. 6. & Nemini referuatur.

15 Contra Administratores, Iudices, & Gubernatores seculares, qui conuenti ab Episcopis, & Viris Ecclesiasticis, quod iustitiam non seruent post trinam monitionem non se corrigunt, habetur in cap. administratores 23. q. 5. Vide Tol. lib. 1. cap. 37. nu. 1. Suarez disp. 29. sect. 2. nu. 1. & Nemini referuatur.

Aduerte contra Dominos omnes, etiam Reges, & Imperatores esse alias quoque excommunicationes, vt illam, quæ est contra percussorem Clerici & alias, quæ ponuntur infra cap. 9. ab excommunicationibus vero Episcopalibus generaliter latis non ligantur Reges, nec Regina, nec eorum filij, vt dicitur in cap. cum capella, de priuilegijs, in 6.

CAPVT OCTAVVM CONTINENS TREDECIM EXCOMMUNICATIONES CONTRA STATVS PARTICULARES, TRES REFERVATAS PAPÆ & DECEM NEMINI REFERVATAS.

1 **C**ontra Officiales S. Poenitentiarie accipientes aliquid etiam à sponte dantibus, vel facientes alia prohibita à Bulla 85. Iij V. quæ incipit in omnibus rebus de qua Sayrus l. 3. cap. 31. num. 8. & Referuatur Papæ.

2 Contra Iudices, qui se intromittunt circa pertinentia ad officium Auditoris Cameræ contra tenorem præscriptum in Extra. Ad excomm., quæ est 38. Pij IV. & Referuatur Papæ.

3 Contra Vicecamerarium, Thesaurarium, & Clericos ministros assistentes in Tribunali Cameræ Apostolicæ, si non tenuant, quæ statuuntur in Bulla reform. dicti Tribunalis, quæ incipit. Cum inter. & Referuatur Papæ. Huc spectat excomm. Papalis lata contra Ministros eiusdem Cameræ rationem administrationis fideliter non reddentes, de qua Sayr. lib. 3. c. 31. nu. 1.

Alia

Alia etiam excommunicationes contra Iudices, & Officiales, Camerae Apostolicæ, & aliorum Tribunal. partic. habentur in alijs Bullis, sed Nemini referuantur.

4 Contra DD. qui scienter docent Leges, aut Medicinam Religiosos, qui reliquerunt suum habitum; aut retinere in suis Scholis præsumunt. Habetur in cap. 2. ne Clerici, vel Monaci. Vide Caiet. cap. 62. Syluest. excom. 9. nu. 56. casu 26. Nau. c. 27. nu. 134. & Nemini referuatur.

5 Contra DD. & Rectores Vniuersitatum, ad quos pertinet conferre gradus, si patiantur aliquem promoueri ad gradus aliter, quam præcipitur in Extra. in Sacrosanto. Pij IV. & Nemini referuatur.

6 Contra Gubernatores, Rectores, Præsidentes, & alios Officiales Sedis Apostolicæ, qui præsumunt dare licentiam, etiam ad breuissimum tempus deferendi, vel retinendi Archibufetos minores duos palmis. Hæc excom. ligat etiam Vicelegatos, & Legatos. Habetur in Extra. cum vices eius, quæ est 65. Pij IV. & Nemini referuatur.

7 Contra Rectores, Præsidentes, & Gubernatores terrarum immediate subiectarum Sedi Apostolicæ, qui applicant alteri, quam Camerae Apostolicæ poenas pecuniarias, & confiscationes. Habetur in Extra. Decet. Pij 4. & Nemini referuatur.

8 Contra eosdem, & omnes iustitiam in terris Eccles. administrantes, qui perturbant, vel impediunt Notarios, qui Officia emerunt, vt Ordinatur in Extra. Superna, quæ est 107. Pij IV. & qui sese ingerunt ad illa officia, aut alios Notarios intromittunt. Habetur in d. Extra. Superna, & Nemini referuatur.

9 Contra Officiales Poenitentiarie, qui præsumunt se intromittere in expeditionibus, & concessionibus prohibitis ab Extra. In sublimi, quæ est 60. Pij IV. & Nemini referuatur.

10 Contra eos, qui exigunt datia, gabellas, pedagia, vectigalia à Relig. Mendicantibus, & qui eos perturbant, aut molestiam eis inferunt in prædictis toties quoties; & qui exigunt aliquid ab eisdem pro pontibus, vijs, aquæ ductibus, muris, mœnibus alijsque machinis struendis, vel reparandis, seu reficiendis, ac locorum fortificationibus, aut militum hospitij: Et hæc excomm. ligat etiam omnes, qui dictos Religiosos Mendicantes quo ad omnia eorum bona, & quo ad suos colonos, affictuarios, negotiorumque gestores non dimittunt exemptos ab omnibus exactionibus tam vrbanis quam rusticis. Habetur in Extra. Dum ad vberes, quæ est 14. Pij V. & Nemini referuatur.

11 Contra Rectores Ecclesiarum Parochialium, & Religiosos Mendicantes in partibus Germaniæ existentes, qui pacem inter ipsos factam violant. Vide Extra. 2. de treguâ, & pace, & Sayrum lib. 3. c. 33. num. 49. & Nemini referuatur.

12 Contra laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes. Vide cap. hanc. 10. quæst. 1. & Grassium lib. 4. cap. 24. num. 10. & Nemini referuatur.

13 Contra Doctores, & Scholasticos Vniuersitatis Bonon. qui conducunt domos alterius Doctoris, aut Scholastici sine eius consentu. Vide c. 1. de locato, & Nau. c. 27. n. 114. § quarta, & Nemini referuatur.

82
Aduerte esse etiam alias excommunic. contra particulares status, præsertim in particularibus constitutionibus, & privilegijs Denique aduersus contra omnes status, esse etiam excommu. de quibus infra c. 9. & 10.

CAPVT NONVM CONTINENS SEXAGINTA SEX EXCOMMUNICATIONES CONTRA OMNES, QUADRAGINTA RESERUATAS PAPA, & VINGITISEX NEMINI RESERUATAS.

1 PRIMA est contra percipientes Clericum, vel Monachum suadente Diabolo, id est cum peccato mortali. Vide c. si quis suadente. 17. q. 4. & DD. Hæc excommunicatio, si percussio sit leuis, reservatur Episcopo si grauis, reservatur Papæ.

Procedit primo etiam si Clericus sit prima tonsura tantum insignitus. c. cum contingat. de ætate, & qualit. Secundo etiam si Clericus sit coniugatus, dummodo cum vnica, ac virgine; atque gesserit habitum, & tonsuram. cap. 1. de Cler. coniug. in 6. Tertio, etiam si Monachus strictè sumptus non sit, sed Religiosus id est tria Vota in Religione approbata emiserit. c. cum illorum de senten. excomm. Quarto etiam si fornicata sit, vt supponitur in c. de Monial. de senten. excomm. Quinto, etiam si Nouitius, vel Nouitia sit. c. Religiosi. §. quamais, de senten. excomm. in 6. Sexto, etiam si conuersus, vel conuersa sit. c. non dubium. de sent. excom.

Extenditur primo ad eos, quorum auctoritate, vel mandato alij percipiunt. c. mulieres. de sent. excomm. Secundo ad ratam habentes percussione[m] cum nomine factam. c. cum quis. de sent. excomm. in 6. Tertio ad eos, qui cum possit, hæc facinori desinunt obuiare. c. quantæ. de sent. excomm. Quarto ad detinentes in custodia publica, vel priuata, vel etiam detrudentes in vincula, etiam si nulla corporalis læsio fuerit subsequuta. cap. nuper. de sent. excomm. Quinto ad consentientes dando percussori auxilium, comsilium, vel fauorem, vt probant DD. ex d. c. quantæ per locum à fortiori. Sexto ad percipientes illum, qui sponte se subijcit percussioni. c. contingit. de senten. excomm. ipse tamen Clericus, qui se tali percussioni subijcit, non est excommunicatus, sed excommunicandus. ex d. c. contingit. quod si peremerit se ipsum cum p. c. esset excommunicatus. ex Panorm in d. cap. contingit. nu. 6. Nauar. c. 27. nu. 79. Tol. lib. 1. c. 34 nu. 7. qui alios citat. & Suar. disp. 22. sect. 1. nu. 59.

2 Est contra illum, qui excommunicatus a Delegato Papæ per annum manet in excommunicatione. tunc enim excommunicatio ex cap. quærenti. de off. del. reservatur Papæ.

Verum hæc non est censura à Iure, sed ab homine delegato à Papa, cui conceditur per annum iurisdic[tio] in ordine ad suæ sententiæ executionem. Hinc fit, vt intra annum delegatus possit absoluere, non ultra; quia cessat eius Iurisdic[tio], & remanet in delegante id est Papa. Consequenter hæc excommunicatio est ab homine, non à Iure. Vide Suar. dist. 22. sect. 2. num. 2. Secunda ergo excommunicatio à Iure lata sit, quæ habetur in cap. dura. §. adijcientes de crimine falsi. contra eos, qui habent literas Apostolicas falsas, & intra 20. dies eas non destruant, aut resignant; hi enim debent pro mul-

mulgari excommunicati ab Episc. & talis excommunicatio promulgata.
(vt notat Suarez num. 3. Tol. lib. 1. cap. 22. in fin. Sayr. lib. 3. cap. 29. nu. 3.)
reſeruat^r Papæ.

3 **Est contra Incendiarios secundum aliquos DD.** Alij tamen melius dicunt nullam adhuc excomm. de iure communi latam esse contra incendiarios, etiam Ecclesiarum ita Caiet. cap. 22. Nauar. cap. 27. nu. 94. Tol. lib. 1. cap. 35. num. 5. Suarez disp. 22. sec. 3. num. 15. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 8. Si tamen excommunicatio lata sit ab Episcop. & publicata, tunc reſeruat^r Papæ.

4 **Contra effringentes, & spoliantes Ecclesiam, & ante denunciationem nemini reſeruat^r,** post denunciationem vero est Papali s, vt habetur in conquesti. de sent. excomm. Vide S. Anto. 3. par. tit. 24. cap. 12. Sylu. excomm. 7. num. 16. Caiet. cap. 21. Nauar. cap. 27. num. 94. S. octaua. Tol. lib. 1. cap. 35. num. 6. Suarez disp. 22. sect. 3. num. 4. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 13. & Reſeruat^r Papæ.

5 **Contra tres actiones, de quibus in cap. quicumque de sent. excomm. in 6.** Prima est dare licentiam inferendi iniuriam, vel grauamen ijs, qui sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti tulerunt, etiam si dans talem licentiam sit Rex, & etiam si grauamen interatur non alicuius Iudicium personis, sed bonis suis, vel tuorum; aut etiam illis, qui occasione fuerunt late sententiæ vel reuertunt communicare cum sic excommunicatis. Secunda, vsus talis licentiæ. Tertia, illatio talis iniuriæ, seu grauamini propria auctoritate sine licentia vlla: quicquid fecerit aliquam ex his actionibus, nisi licentiam datam re integra reuocauerit, & bona intra octo dierum spatium restituerit, incidit in excommunicationem, quæ post quosdam menses reſeruat^r Papæ. Vide Doctores supra citatos.

6 **Contra eligentes, vel nominantes in Senatorem Romanum personas expressas in cap. fundamenta. de elect. in 6.** Vide Doctores citatos. & Reſeruat^r Papæ.

7 **Contra interdictos, vel excommunicatos, qui moniti à celebrante, vt exeant ab Ecclesia non exeunt, vt supra cap. 7. excomm. 1. & Reſeruat^r Papæ.**

8 **Contra eos, qui fidelium cadavera exenterant, vel concidunt in frustra, vel elixant, carnes ve ex ossibus separant, aut præparata fieri faciunt in locis fidelium, vt alibi ea sepeliant.** Vide Extrau. de tetandæ de sepult. & Doct. citatos. & reſeruat^r Papæ.

9 **Contra omnes, qui dant, vel recipiunt aliquid simoniace pro ingresso in Monasterij, vt supra c. 3. exc. 4. & reſeruat^r Papæ.**

10 **Contra omnes, qui dant, vel recipiunt aliquid simoniace pro ordine suscipiendo, vel beneficio consequendo, vt supra cap. 2. excomm. 4.** Item, qui committunt simoniam confidentialem, vt supra c. 2. excomm. 5. & reſeruat^r Papæ.

11 **Contra omnes præsumentes asserere esse hæresim, vel p. m. dicere B. V. conceptam sine pec. orig. vel contra, vt supra cap. 5. excomm. 5. & reſeruat^r Papæ.**

12 **Contra omnes violantes Clausuram Monialium ad malum finem.** Vide declarationem Decreti super absolutione à casibus reſeruat^r editam

anno 1602. & referuatur Papæ. vt quibusdam videtur: alij tamen dicunt eſſe caſum reſeruatum Papæ ſine excom.

Adde hic primo eſſe excommunicatos à Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regularibus omnes cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, qui ſine Epiſc. vel ſuperioris licentia in ſcriptis obſeſſa ingreſſi fuerint intra ſcæpta Monafterij monialium, ſed hæc excomm. Conc. nemiſ reſeruatur. Ad ſe ſecundo à Pio V. primum in extrau Regularium, deinde à Gregor. XIII. in Extrau. Vbi gratiæ. poſtea à Paulo V. anno 1612. die 10. Iulij reuocatas fuiſſe omnes licentias ingrediendi Monafteria Monialium ſecularibus mulieribus conceſſas, & Gregor. reuocauit etiam conceſſas Viris, & fulminauit excomm. papalem, tam contra dictis licentijs vtentes, quam contra perſonas Religioſas eos recipientes. Adde tertio contra omnes tam Viros, quam mulieres ingredientes Monafteria Monialium etiam cum licentijs Ordinariorum extra neceſſitatem latam eſſe excomm. papalem à Gregor. XIII. in dicta Extrauag. Vbi Gratiæ, quam ligare non ſolum ingredientes ſub prætextu licentiæ, ſed etiam impediētes ſine tali prætextu dicit Nau. c. 27. nu. 150. verſ. adde ſecundo. Qui etiam teſtatur ita ſeruare ſacram pœnitentiam.

13 Contra omnes cuiuſcunque gradus, qui vt literas Apoſtolicas gratis expediant ſe Cardinalium, aut aliarum perſonarum, ex quarum priuilegijs literæ Apoſtolicæ gratis expediri ſolent, nepotes, germanos, aut familiares continuos, vel commenſales in dictis literis Apoſtolicis falſo nominauerint. Vide Extra. cum ſicut. Innoc. VIII. quæ eſt 7. & referuatur Papæ.

14 Contra omnes, qui lapides, ſiue alia ornamenta de Eccleſijs, & locis ſacris ſurrepta habent, aut in ſurripiendo, ſeruando, retinendo auxilium præſtiterint, vel fauorem, niſi à die habitæ huius excommunicationis notiæ ea reſtituant cum effectū. Vide Extrau. Cum prouida. Sixt. IV. quæ eſt tertia, & referuatur Papæ.

15 Contra omnes, qui libros, vel ſcripturas Cameræ Apoſtolicæ ſurriperint, vel detinuerint, vel ſcientes, raptos, ſeu detentores non patefecerint. Vide Extrauag. Cum acceperimus, quæ eſt 14. Iulij III. & referuatur Papæ.

16 Contra omnes, qui Papatum ambiunt, vt ſupra c. 1. excom. 3. & referuatur Papæ.

17 Contra omnes, qui vt Beneficium impetrent ſe pro alio in examine ſupponunt. Vide Extrau. inter cæteras, quæ eſt 33. Pauli IV. & Referuatur Papæ.

18 Contra omnes, qui ex partibus infidelium ad partes fidelium arma deferunt. Vide Extrau. ex Apoſtolicæ ſeruitutis, quæ eſt 43. Pij IV. & referuatur Papæ.

19 Contra omnes, qui literas, vel ſcriptum, cuiuſuis generis, aut nuntium, aut ſignum ad eos, qui in Conclauſi ſunt miſerint. Qui item receperint, vel è Conclauſi ad eos, qui foris ſunt ſimilia miſerint, vel receperint. Vide Extrauag. In eligendis, quæ eſt 81. Pij IV. & referuatur Papæ.

20 Contra omnes, qui non reuelant Papæ, ſi fuerint in Curia, vel Ordinario loci, vel viciniſſimo Ordinario auctorem, administratorem, vel conſiſſium coniurationis, ſiue conſpirationis commiſſi, committendæ criminis

20 *is in personam Cardin. & c. Vide Extrau. infelicis seculi, quæ est 99. Pij V. & referuatur Papæ.*

21 *Contra omnes, qui Christianos habitantes in terris occupatis a Turcis capiunt, aut præter eorum voluntatem, & data mercede remigare cogunt, vel taleam imponunt, vel eorum bona deripiunt, aut eos liberè cum coniugibus, liberis, & bonis suis abire non permittunt. Vide Extrau. licet omnibus, quæ est 56. Pij V. & referuatur Papæ.*

22 *Contra omnes, qui receperint a tertia tantum parte Cardinalium electum in Papam, si ipse tali suæ electioni consenserit. & hæc excomm. secluto schismate non est Papalis, vt inquit Caiet. cap. 9. sed hic temper interuenire schisma dicit Suarez disp. 23. less. 3. nu. 2. consequenter est in Bulla Coenæ, & referuatur Papæ.*

23 *Contra omnes inferiores Episcopis, qui etiam ratione status, vel privilegij, vel consuetudinis fructus aliquos primi, vel vltioris anni beneficij vacantis retinent, vel illorum cessionem, aut renuntiationem, vel dulciaria, aut alia quomodo locumque petunt, vel exigunt. Vide Extrau. Durum nimis, quæ est 106. Pij V. Naua. cap. 27. num. 150. §. sexagesimaquarta. Sayr. lib. 3. cap. 3. num. 14. Philarcum de offic. Sacer. lib. 3. cap. 30. casu 25. & Referuatur Papæ.*

24 *Contra omnes suadentes tam per se, quam per alium Summo Pontifici, vt Oppida, & loca ad Romanam Ecclesiam pertinentia alienent, vel infen- det. Vide Extrau. Admonet nos, quæ est 35. Pij V. & referuatur Papæ.*

25 *Contra omnes, qui pro iustitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apostolicam promittunt, dant, vel recipiunt aliquid; item scientes, & non reuelantes infra triduum; quin etiam vtentes sic obtentis; & consilium, auxilium, vel fauorem in id præstantes. Vide Extrau. Ab ipso Pontificatus nostro, quæ est 28. Greg XIII. & referuatur Papæ.*

26 *Contra omnes personas Episcopis inferiores iurantes, aut iurare facientes illicita, impossibilia, damnosa, &c. Eccl. sic libertati, aut decretis Conc. Trid. aduersantia. Vide Extrau. Inter Apostolicas, quæ est 103. Greg XIII. & Referuatur Papæ.*

27 *Contra omnes personas notorias criminosas, seu diffamatas, quæ per Italiam furantur animalia, blada, & alia quæuis bona, omnes etiam seculares, & regulares, quæ scienter de eisdem rebus sic male acceptis secum faciunt quemcumque, contractum emendo, permutando, recipiendo, reu- nendo. Habetur in Extrau. non sine graui, quæ est 100. Gregorij XIII. & referuatur Papæ.*

28 *Contra omnes cuiuscunque gradus etiam si Imperatores, aut Cardines, qui promissiones, stipulationes, conuentiones, aut pacta (quæ vulgo scommesse dicuntur) aut contractum aliquem faciunt super vita, aut morte, aut super futura creatione Summi Pontificis, viuente ipsomet Summo Pontifice, vel vacante Sede Apostolica, aut etiam super futura creatione Cardinalium, quam etiam sententiam incurrunt permittentes huiusmodi tacite, vel expresse fieri in terris, Ciuitatibus, locis, & dominijs suis, vel consilium auxilium, aut fauorem in prædictis dantes. Habetur in Extrau. Li maluaggi. Gregor. XIV. quæ est edita die 21. Martij. 1591. & referuatur Papæ.*

29 *Contra omnes extrahentes delinquentes à sacris locis, præterquam*

In casibus concessis per Gregorium XIV. in sua constitutione, quæ incipit Cum alias, ac etiam in illis abique licentia Episcopi, vel Ordinarij loci. Habetur in dista Extrau. cum alias Greg. XIV. & referuatur Papæ.

30. Contra omnes cuiuscunque status & præminentie existant, qui Societatis Iesv Institutum, Constitutiones, &c. quouis disputando, vel etiam veritatis indagandæ quæsitio colora, directè, vel indirectè impugare, vel eis contradicere audent. Habetur in Extrau. ascendente Domino, quæ est 600. Greg. XIII. & referuatur Papæ.

31. Contra omnes cuiuscunque status in duello publico, vel priuato pugnantes, aut aliquid ad id tentantes, prouocantes, & acceptantes, aut locum seu campum ad pugnam dantes, seu concedentes, ac etiam in illo ex composito astantes, intereffentes, lacescentes, comitantes, & comitiuum præstantes, nec non consuitores, adherentes, & fautores. Item cartas duelli scribentes, assigentes, publicantes, seu de illo se intromittentes etiam si nulla pugna sit secuta. Habetur in Extrau. Illius vices, quæ est Clem. VIII. & ante eum similia statuit Pius IV. Gregorius XIII. & Concil. Triden. & referuatur Papæ.

32. Contra omnes extrahentes frumenta, blada, legumina, & oleum, & extrahi facientes ex statu Ecclesiastico. Vide Extra. Pauli V. Inter grauissimas curas ex consuetudine (vt quibusdam videtur) referuatur Papæ.

33. Contra omnes, qui Cardinalium, & aliorum, qui in Conclau fuerint, vel ipsius etiam electi Pontificis domos, res, bonaque illorum violenter inuaserint, receperint, occupauerint, & asportauerint. Habetur in Conc. Constan. sess. 41. cap. omnis ætas, & referuatur papæ.

34. Contra omnes, qui in proprios vsus conuertunt per vim, vel suppositas personas bona Ecclesiæ. Habetur in Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. & referuatur Papæ.

35. Contra omnes, qui per vim, metum, fraudem, aliamvè artem bona, fructus, aut iura Ecclesiarum, locorumvè piorum occupant. Clerici item, qui nefandæ huius fraudis, & vsurpationis fabricatores, eidemvè consentientes fuerint. Habetur in Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de reform. & referuatur Papæ.

36. Contra omnes, qui non permittunt Christianos captiuos apud Turcas postquam illos coeperint libere abire cum suis liberis, coniugibus, & & bonis. Vide extrau. Licet, quæ est 56. Pij V. & referuatur Papæ.

37. Contra omnes, qui impediunt prohibent vel molestant personas non impeditas volentes ingredi Religionem S. Bened. Cti. Habetur in Bulla illi Religioni concessa quæ incipit, & si ad Vniuersas de qua Viualdus de excom. nu. 119 §. quadragesima quinta, & referuatur Papæ. Similis excom. est contra omnes qui Ordini Prædicatorum, aut Minorum inferunt iniuriã in quinq; casibus, de quibus S. Anto. p. 3. tr. 24. cap. 70. Caiet. V. excomm. cap. 81. & alij. Primus est libellos famosos, cannilenas, vel rythmicos edere, vel retinere, vel publicare in infamiam, & detractionem Ordinis. Secundus est dicere, & defendere quod ordo illorum non sit in statu perfectionis, & quod non liceat eis de elemosynis viuere, prædicare, Confessiones audire de licentia Papæ aliorum Ordinariorum consensu minime requisito. Tertius est exercere violentiam in locis illorum impedire ne possint in suis Ecclisjs

alijs celebrare, recipere elemosynas, vel prædicare. Quartus est ab Veritate eos eijcere. Quintus est retinere Apostat. Ordinis Prædicatorum Excommunicati sunt etiam qui retinent. Minores à suo Ordine sine licentia recedentes, vt patet ex Priuilegio concessio minoribus ab Innoc. IV. quod diximus de Ord. S. Bened. & Prædic. & Minorum, dicendum est de alijs Ordinibus, quibus communicata sunt eorum Priuilegia.

38 Contra omnes, qui ad Sepulchrum Domini accedunt absque licentia Papæ. Vide S. Anto. in sua Summa p. 3. tit. 24. c. 30. in fin. vbi dicit hanc excom. referuari Papæ, vel summo Pœnitentiario.

39 Contra omnes communicantes scienter in crimine criminoso cum excommunicatis, quorum excommunicatio si nemini referuatur, etiam hæc excommunicatio nemini referuatur; si referuatur Episcop. etiam hæc referuatur Episc. si denique referuatur Papæ, etiam hæc (vt dicitur in cap. no. per. §. in 2. vero q. de sent. excomm.) Referuatur Papæ. Vide Nauar. cap. 27. nu. 112. & Suar. d. 22. lect. 2. nu. 22. Tol. l. 1. c. 13. nu. 1.

40 Contra omnes, qui ob mortis periculum, vel aliud impedimentum legitimum absoluti ab excommunicatione referuata, cessante periculo, seu impedimento contemnunt, quam cito commodè possunt, se præsentare illi, cui excommunicatio referuatur. Qui si fuerint absoluti ab excommunicatione referuata Episcop. hæc excommunicat. etiam referuatur Episcop. Si vero fuerint absoluti ab excommunicat. Papali, hæc etiam excommunicatio (vt habetur in cap. eos qui de sent. excommunicat. in 6. de quo vide Caiet. c. 69. Nau. c. 27. nu. 46. & 113. Tol. l. 1. c. 15. nu. 2. Suar. d. 22. l. 3. nu. 9.) Referuatur Papæ.

Eadem excommunicat. Papalis in eodem cap. eos qui fertur contra eos qui absoluti à Sede Apostolic. vel eius Legatis cum obligatione se præsentandi Ordinarijs suis, vel alijs quibuscunque, vt ab eis poenitentiam suscipiant & ijs quibus debent satisfactionem exhibeat competentem, hoc cum primum potuerunt non curarunt adimplere. Vide DD. cit.

41 Est contra omnes qui per se, vel per alios præsumpserint vexare aliquam personam Ecclesiast. vel eius consanguineos, vel ipsas Ecclesias, aut alia loca pia spoliando, seu alias iniuste prosequendo, eo quod noluerint eligere eum, pro quo rogabatur. Habetur in cap. sciati cuncti. de elec. in 6. Vide Sylu. excomm. 9. nu. 38. casu 13. Tol. l. 1. cap. 38. num. 4. Suar. d. 23. sect. 4. num. 3. Caiet. cap. 34. & Nauar. cap. 27. num. 123. Sayr. l. 3. c. 34. nu. 7. Nemini referuatur.

42 Contra omnes, qui in locis pijs titulum defensionis, aut similem de nouo vsurpare conantes iura ad talia loca pertinentia, aut eorum bona quando talia loca vacant, occupare præsumunt. Et accessorie fertur hæc excomm. contra personas dictorum locorum piorum, quæ prædicta fieri procurant. Habetur in cap. generali. de elect. in 6. Vide Doctores citatos, & Nemini referuatur.

43 Contra omnes, qui clam loquuntur Card dum sunt in Conclauo ad eligendum Papam. Habetur in cap. vbi periculum, de elect. in 6. Vide Doct. citatos, & Extrau. 8. Pij IV. de qua supra diximus excomm. 19. & Nemini referuatur.

44 Contra omnes, qui vocati, vt inserant electioni Monialium, aliquid faciunt

faciunt, ex quo potest oriri, vel nutrirī discordia inter ipsas Moniales super huiusmodi elect. Habetur in c. indemn. §. Postremo, de elect. in 6. Vide DD. cit. Nemini reseruatur.

45 Contra omnes, qui cum sint partes in Iudicio incitant Conseruato rem ad procedendum in ijs, quæ non continent apertam violentiam, vel insuriam, & quæ requirunt altio rem indaginem. Habetur in c. fin. de offi. del. in 6. Vide Doct. cit. & Nemini reseruatur.

46 Contra omnes, qui vi, aut metu extorquent absolutionem, vel reuocationem excomm. susp. vel interdicti. Habetur in cap. vnico de ijs, quæ vi metusve cau. fiunt. in 6. Vide DD. cit. & Nemini reseruatur.

47 Contra omnes, qui fingunt casum, vel fraudem aliquam faciunt, vt Index ipse personaliter eat ad mulierem eius testimonium per se ipsum accepturus. Habetur in cap. mulieres, de iud. in 6. Vide Doct. cit. & Nemini reseruatur.

48 Contra compellentes personas Eccles. ad submitendum eis iura Eccles. in casib. iure prohibitis, & qui aliquid Eccles. habentes per contra ctum licitum vsurpant sibi plus, quam permillum est ex tali contractu, si ad moniti non desistant. Vide cap. 2. de rebus Eccles. non ali. in 6. & Doct. Nemini reseruatur.

49 Contra præsumentes sepelire hæret. vel eis credentes, aut eorum receptores, defensores, fautor. in loco sacro. & non debent hi absolui, donec suis proprijs manibus corpus extraxerint e sepultura, & eiecerint foras. Vide c. 1. de hæz. in 6. & D. cit. Nemini reseruatur.

50 Contra eos, qui per assassinos interficiunt aliquem Christianum, vel iubent interfici, & in eos, qui tales receperint, defenderint, vel celauerint, c. 1. de hom. in 6. Vide DD. cit. qui dicunt assass. de quib. hic est sermo non reperiri amplius. Nemini reseruatur.

51 Contra sepelientes aliquem in loco interdicto, & contra sepelientes interdictos nominatim, excomm. publicos, vel vsur. manif. Clem. 1. de sep. Nemini reseruatur.

52 Contra præsumentes impedire vsu. Monial. in eo, quod statuitur in Clem. attendentes, de statu Monac. Vide hanc Clem. Nemini reseruatur.

53 Contra scienter contrahentes de facto matr. in gradibus prohibitis vt supra dix. c. 2. exc. 12. Nemini reseruatur.

54 Contra eos, qui commentantur Clem. exiui de Paradiso, de ver. sig. Vide S. Anto. 3. par. tit. 24. cap. 69. & similes excomm. est contra eos, qui commentantur Conc. Trid. Vide extrau. P. IV. 96. quæ incipit Benedictus Deus, & Sayr. l. 3. c. 3. nu. 21. Nemini reseruatur.

55 Contra eos, qui impugnant litteras electi Papæ, antequam coronetur. Habetur in Extrau. fin. de ienc. excomm. inter communes, & ratio huius Extrau. est, quia Papa cum primum eligitur confirmatur à Deo, & eandem habet auctoritatem, quam habet postquam est coronatus. vt dicitur in c. in nomine. d. 23. Nemini reseruatur.

56 Contra imprimentes, vel imprimi facientes: vendentes, aut apud se retinens libros de rebus sacris sine nomine auctoris, & sine examine, & approbatione prius ab Ordinario factis. Item contra euulgantes, aut communicantes eos scripto. Habetur in Concil. Trid. s. 4. de hac excommu. Vide

Suar.

Suar. d. 23. sect. 7. in princip. Nemini referuatur.

57 Contra prædicantes, docentes, vel pertinaciter asserentes non esse necessariam sacerdotalem confessionem mortalium ante Communionem. Habetur in Concil. Trid. l. 13. Can. 11. Vide Suar. tom. 3. dist. 66. l. 3. Nemini referuatur.

58 Contra raptos mulierum, & dantes eis auxilium, consilium, fauorem. Habetur in Concil. Trid. l. 24. cap. 6. Vide Sanchez lib. 7. d. 13. Nemini referuatur.

59 Contra omnes, qui in sequestratione facta per Ordinar. loci de benef. Eccles. per triennium integrum pacificè possessio sent. definitiuam contra possessorem apud Sed. Apost. duntaxat promulgatam impedit, vel fruct. sequestratos quouomodo occupare præsumunt. Atque hi non possunt absolui, nisi prius vsurpata restituant, & remoueant imped. tunc vero hæc excomm. Nemini referuatur. Vide Clem. 9. de seq. poss. & fr. Suar. d. 23. s. 5. n. 1. Say. l. 3. c. 35. nu. 7. Tol. l. 1. c. 39. nu. 1.

60 Contra cogentes aliquam mulierem inuitam præterquam in casibus in iure expressis ad ingredi. Monast. vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque relig. vel ad emittendam prof. & contra eos qui id consil. vel aliter adiuuant. Hab. in Conc. Trid. l. 25. c. 18. de reg. Vid. decl. Graf. l. 4. s. 24. nu. 7. & nemini referuatur.

61 Contra eos, qui s. Virginitatem, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi sine iusta causa impediunt. Habetur in Concil. Trid. l. 25. c. 18. de Regular. & Nemini referuatur.

62 Contra pingentes, vel pingi facientes, aut venales habentes Agnus Dei. Vid. Extra. omni certè studio, quæ est 2. Greg. XIII. & Say. l. 3. c. 35. nu. 23. Nemini referuatur.

63 Contra omnes, qui vindictæ studio aliquem offenderint in Vrbe, vel ibi arma ad hoc, aut armatos congregauerint. Et contr. faut. Vide Extra. 93. Pij V. quæ incipit infel. & Graf. l. 4. c. 23. nu. 22. Nemini referuatur.

64 Contra eos, qui cum sint pars incitant Conseruatores, vt excedant fines mandati. Atque hos ab excomm. absolui non posse, donec satisfaciant expressè habetur, in cap. fin. de off. del. in 6. cum vero satisfecerint. Nemini referuatur.

65 Contra omnes, qui impediunt Iudic. Eccles. quo minus sua iurisdic. vtantur. Habetur in c. quoniam de immun. Eccles. in 6. Hæc exco. (ex Suar. d. 21. l. 2. nu. 91.) si impediuntur Iud. Eccles. Ordinarij est referuatur Papæ in Bulla Cœnæ. §. 16. si vero impediuntur Iud. Eccl. delegati. Nemini refer.

66 Contra eos, qui occidunt, verberant, deijciunt, perterrefaciunt Inquisit. Aduocatum, Procur. Notar. aliumvè ministrum s. Officij, seu accusatorem, denuntiat. aut testem in causa fidei quomocumque productum, & alios multos de quibus in extr. Si de protegendis. quæ est 83. Pij V. in qua nulla fit mentio referuationis, sed si isti fauent hæret. incidunt in Bull. Cœn. si percutiunt Clericum Monachumvè referuatur Papæ, iuxta suprad. in prima exc. huius capitij; alias Nemini referuatur.

Aduerte alias etiam excom. reperiri, vt contra recipientes Bannitos excom. fulminarunt Pius 2. Iul. 2. Pius 5. & Greg. 13. Sed hæc excom. ne animarum perniciem potius, quam salutem adferret penitus susculit, & abro-

gavit Sixt. V. in constit. sua 6. quæ incipit. Hoc nostri. Edita ann. 1585. Et refertur etiam à Say. l. 3. c. 31. num. 17. Postea tamen ann. 1589. idem Sixt. V. Edidit aliam constit. in qua tulit excom. Papalem contra personas omnes Ecclesiam Secular. quam Regul. quæ in Regno Neapol. Bannitos viarum grassatores receperiat, vt dix. sup. c. 8. exc. 4. Quare hæc exc. quatenus erat contra omnes receptores Bannitorum est reuocata. Sic multæ aliæ exc. olim latae fuerunt, quæ nunc sunt reuocatae, & ideo in hoc Catalog. sunt ommissæ sic & quæ dicuntur latae à Io. 23. quæ (inquit Caiet. 5. excom. in fine) non possunt esse vrentium consensu firmatae, ex quo vt ignotæ, aut incertæ fuerunt, & sunt.

CAPVT DECIMVM CONTINENS EXCOM. EPISCOPALES.

Prima est contra communicantes in crimine criminoso cum innodato excom. reseruata Episcopo, vt diximus supra c. 9. excom. 39. Reseruatur Episcopo.

2. Contra absolutum ob mortis periculum ab excom. reseruata Episc. qui cessante periculo contemnit se præsentare ipsi Episc. Hic enim vt dixi. in d. c. 9. exc. 40. Incidit in excom. quæ eidem Reseruatur Episcopo.

3. Contra leuiter percutientem Clericum, vt diximus in d. c. 9. excom. prima Reseruatur Episcopo.

4. Est omnis illa excom. quæ est reseruata Sedi Apost. sed excom. eam ob iustum impedimentum nequit adire, tunc enim (vt ait Nau. c. 27. nu. 89. & 90. §. ad quartam) si potest, debet adire legatum, vel alium legati ad id priuilegio munitum, si non potest Reseruatur Episcopo.

5. Est omnis illa exc. quam Episc. per suum statutum tulit, & per idem statutum Reseruatur Episcopo.

6. Contra Fratres minores, qui tempore interdicti admiserunt in suis Ecclesijs ad audienda diuina officia fratres tertij. Ordinis, sed satisfecerunt vt diximus, c. 3. exc. 12.

7. Contra omnes abortum scetus animati causantes. hæc exc. fuit reseruata papæ à Sixto. V. sed postea Greg. XIV. concessit Episcopis, & ordinarijs locorum, vt per se, & per quouis Confessores ad hoc specialiter à se deputatos, possint ab hac excom. absoluer. Vide Sayrum lib. 3. cap. 37. num. 24. & seq.

F I N I S.

LIBER

LIBER QVARTVS. ET PRIMO.

DE EPISCOPORVM IN ABSOLVENDO AMPLA FACULTATE post Concilium Tridentinum. Cap. I.



SCIENDVM est, quod hodie possunt Episcopi absolue-
re sibi subditos ab omnibus casibus, etiam Sedi Apo-
stolicæ reservatis, ex delicto tamen occulto pro-
venientibus, per se, aut per Vicarium ad id specialiter
deputandum, & in foro conscientiæ, & gratis, im-
posita tamen pænitentia saluari. vt patet ex Conc. Tri-
dent. sess. 24. cap. 6. à casibus autem Bullæ in Coena
Demini non possunt abtoluere nisi tamquam princi-

pales in officio sanctæ Religionis in sua Diocesi, & hoc propter magnas
obstantias, & derogationes contentas in dicta Bulla, cui Pius V. deinde
Greg. XIII. & hoc anno Xystus V. nouas clausulas derogatorias inferue-
runt. Sunt, & aliæ excomm quæ aut sunt reuocata, aut non videntur in vsu
esse, vel non sunt generales. sed quæ in hac, vel illa diocesi vigent: & con-
fessarij ibi commorantes debent curare, vt eas nouerint, quæ quidem ligant
vbi ipsi confessiones audiunt. Sed quæ sunt dicta de casibus excommunica-
tionem sufficere videntur, vt, si qui occurrerint, agnoscantur. Qui verò fu-
torem tractationem requiret, ad canones, vel alios auctores, ei recurrere,
vel certe peritiores consulere licebit.

*De hac re
vide etiã
superius
concordat
Franc. Te-
letus.*

Sciant qui in aliquam ex prædictis excommunicationem incurrerint, ne-
cesse eis esse videre, an etiam ipso facto ipsius beneficijs priuati sint, & ad
ipsa, & alia omnia similia, ac dissimilia inhabiles ipso iure fuerint effecti.
Nam hodie. Rom. Pontifices vltra dictam censuram consueuerunt præfa-
tas poenas, immo aliquando etiam alias, adiungere: prout, est videre in ex-
communicationibus sub nu. 129. & 132. & alibi, vt superius dictum est.

Quod vero ordinarij inquisitorum munus in suis Diocesisibus obeuntes
possint hæreticos pænitentes absolue. vide Roiam. sing. 57. & Archid. Io;
And. & Gem. in cap. Vt officium de hæret. lib: 6.

DECRETVM CONCILII LATERANENSIS VLTIMI SESS.
9. Super recitandis horis canonicis; vbi, vltra reatum peccati morta-
lis, extat obligatio ad restitutionem fructuum, pro rata
omissionis. Cap. I I.

STatuimus, & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel
sine cura, si, post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium
non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus
suo

suos non faciãt pro rata omissionis officij, & temporis; sed eos, tamquam iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel in pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero, ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittente, quoad hoc, ut beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit; Deo tamen, ultra præmissa, de dicta omissione redditurus rationem.

NOTANDA SUPER HUNC CANONEM DICTI CONCILII
Cap. I I I.

Primo scias non modo beneficiarios obligari, sed etiam eos, qui sunt in sacris, ad recitandum diuinum officium sub pœnis hic contentis; ij tamen, qui sunt in sacris, & non habent beneficium Ecclesiasticum, non subijciuntur alteri pœnæ, videlicet, restitutionis, etiam si ad titulum patrimonij fuerint promoti, aut alias habeant cappellas, amouibiles tamen, vbi, vel vnde quotidianas eleemosynas percipiunt, sed tantummodo peccant mortaliter; quemadmodum etiam professi religionum, qui alias dicuntur clerici, non autem conuersi, seu laici professi: vt etiam lib. 1. cap. 5. r. p. 118. adnotauimus, & est communis sententia doctorum antiquorum, ac recentiorum, vt Nauar. Soci. de iust. & iure, Medinæ, atque aliorum.

Secundo vigore huius decreti scias, olim ante Extrauag. Pij V. non fuisse obligatos pensionarios ad aliquod officium recitandum, quamuis aliqui tenuerint oppositum, & hodie sublatus est omnis scrupulus, vt inferius patebit.

Tertio, prædicta restitutio non est necessario faciendã fabricæ Ecclesiarum, vbi sunt beneficia, sed satis est dare pauperibus. Immo si ipsemet beneficiarius esset vere pauper, & non haberet patrimonium, aut alias, vnde viueret, de consilio tamen, & licentia sui Confessarij posset sibi retinere loco, & vice eleemosynæ, dummodo nihil fiat in fraudem. At si lucrifacta per distributiones sint restituenda, non putuerunt fabricæ applicari, aut pauperibus elargiri. Quia debentur ijs, qui choro interfecerunt, quibus solum accrescunt, cap. 1. de cler. non resid. lib. 6. cum ei adnotatis. Non sufficit autem, dari pauperibus, quod alteri debetur. arg. cap. Ea te, de iur. iur. nisi quando ignoratur quis sit. cap. Cum tu, de Vfur. vbi gloss. cum communi.

Item præterea dico de illis fructibus Ecclesiarum, vbi est statutum, vt fructus male percepti restituantur certis operibus pijs, quia illis, & non alijs debet fieri restitutio.

Hoc ipsum dico de parte, quam corpus, seu grossam canonicatuum vocant, quam quidem canonici ita lucrantur, vt pars non lucrifacta ab vno, accrescat alijs, & obueniens tempore vacationis, non reseruetur successori, qualem regulariter non habet canonicus, secundum gloss. singul. in cap. Quod sicut, de elect. in ver. consentire. Sed diuiditur inter superstites, iuxta notata in cap. Relatum 1. de testam.

Id ipsum assero de eo, quod canonicus perdit ob excommunicationem, suspen-

suspensionem, aut ob aliam quamcumque causam, sicut per hanc non recitandi. Quia de similibus idem est iudicium cap. Dudum, de elect. cl. 2. Nō tamen tenetur ad restituendum fructus beneficii, eo quod in peccato mortali occulto, aut notorio fuerit. Quia certe id nullo iure cauetur, & licet Angel. ver. Clericus 8. §. 5. teneat quod sic. Rosella tamen, Siluest. & Nauarrus oppositum tenent, & reuera, colligitur etiam hoc ex præfato canone, quatenus habet beneficiarium, qui canonicas horas nō persoluit, non teneri ad restituendum quod primis sex mensibus accepit, & tamen manifestum est, illum in peccato mortali, & sæpe notorio fuisse, si videlicet notorie officium diuinum prætermisit.

¶ Quarto scias, quod vigore huius canonis non tenebamur olim curati non residentes in Ecclesijs suis parochialibus fructus inde perceptos restituere. At hodie pro rata absentia temporis tenentur restituere: prout inferius ex Concilio Tridentino patebit, & tunc tales fructus fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci, & non pauperibus, alterius loci applicandi, seu dandi sunt.

¶ Quinto, nota quantum ad quasdam distributiones, quod cap. 3. sess. 22. iuxta declarationem congregationis Cardinalium loquitur in dignitatibus quæ habeat officium, & tertia pars segregatur pro seruitio illo.

NOTANDVM QVÆ ET QVANDO POENA OBLIGET IN conscientia. Cap. I I I I.

Decipiuntur multi, & pernicioso quidem errore, qui cum audiant poenam temporalem etiam ipso iure incursum non deberi in foro conscientia, iuxta cap. fraternitas, 1. §. 2. (expectatur enim, executio iudicis) putant id passim esse verum, quamobrem animæ suæ pro restitutione facienda minime consulunt. Quæ de re sciendum est, quod, cum contrarium constat de mente legislatoris; vel cum poenæ non imponitur proprie vt poenæ, sed vt quædam conditio, vel modus rei tradita, vt cum testator relinquat aliquid alicui, vt quidpiam faciat, alias perdat legatum, iuxta Panormitanum communiter receptum super gloss. ver. Adijcien. cap. Raynaldus, de testamentis tunc poenæ etiam in foro conscientia debetur. Quæ de re, qui non recitauit horas canonicas, vel qui non fecit residentiam in sua Ecclesia parochiali, qui item, post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem, non promouetur ad sacerdotium intra annū, & eo elapso illam retinet, & in multis alijs casibus tenentur omnes in foro conscientia, etiam ante iudicis sententiam, restituere fructus tamquam iniuste perceptos iuxta Concilium Lateranense vltimum sess. 9. & Pij V. ita eorum Concil. Trident. sess. 23. cap. 1. de reform. §. si quis, & cap. licet canon. de elect. lib. 6. Constat enim ex stylo curia, mentem Pontificum esse, & fuisse, vt illo, vel illo casu non possit fructus retinere, & ad ratam teneri ad restitutionem: vel item ipso iure beneficium vacare. Nam beneficia Ecclesiastica sub hoc, vel illo modo, vel condicione, tacite, vel expresse conferri intelliguntur, vt etiam, inter alios, addocuit Nauarrus 12. quest. 2. cap. Non liceat, & in cap. fraternitas, vbi supra, vnde tales, pro viribus suis

NON

non restituentes, neutiquam sunt absolucendi, & hoc bene nota :

SVPER HÆC VERBA CONCILII SIC AIT DOMINICVS

Sorus lib. 10. de Inst. & iur. q. 5. art. 6. Cap. V.

IN hac vero, vt iacet, verborum serie partim nimia videri cuiquam potest relaxatio, partim vero nimia perstrictio. Nam, quod vtique post sex menses ab obtento beneficio, cogatur Clericus sub aliqua pœna officium dicere, nimia relaxatio est. Rursum, quod, qui postea vno, aut duobus diebus orare cessauerit, teneatur pro rata soluere nimium apparet rigidum. Præterea, quod vrgentius est, nec verba Concilij, vt iacent, satis sunt intelligibilia. Habetur enim prius, quod, qui post sex menses ab obtento beneficio non orauerit, pro rata restituat, postea vero subditur. Si vero vitra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, &c. Quæ quidem verba prioribus non grate cohærent; Nam hæc postrema, in simili negligentia, aperte denotant, negligentiam priorum sex mensium ad restituendum pro rata obligasse, quando quidem post illos rigor cogendi per comminationem priuationis beneficij adhibetur. Comicio ergo, immo certo crediderim, illud verbum Concilij non esse, *Post*, sed *Per*, videlicet, vt sensus sit, quod, qui per sex menses ab obtento beneficio, vel quamlibet eorum partem, officium non dixerit, solum teneatur ad restitutionem pro rata, elapso vero semestri, si post admonitionem in quindecim diebus non bis orauerit, beneficio priuetur. Itaque primum semestre non datur tanquam indutiæ, vt Clericus non orans nulli subiaceat pœnæ, esset enim omni rationi dissonum, sed, vt non priuetur, & hoc pacto verba sunt intelligibilia, alioqui minime. Colligitur ergo ex hoc concilio, quod quæcunque horarum ommissio, cum primum quis habet beneficium, eum ad restitutionem obliget, immo si rigorem verborum spectes; quamuis vnâ dumtaxat horam prætermittat, restituere compellatur, &c. & inferius, post aliquot verba, non valde tamen veritati consona, subdit, & quidem vere, quod composio super dicta restitutione fructuum non nisi cum summo Pont. aut eius Legato, locum habere potest. Hæc Sorus.

*Nauarrus
sententia
ad verba
præjati
Conc.*

*Bart. Medina
error*

Nauarrus in suo Manuali cap. 25. num. 123. explanans verba dicti Concilij, inquit, Clericum beneficiatum non recitantes horas canonicas, teneri ad restitutionem fructuum, iuxta dictum Lateranense Concilium, & inquit, obligari ad restitutionem fructuum pro rata prædictæ omissionis post sex menses à consecutione beneficij, & non ante, & re vera hic est verus intellectus canonis dicti concilij. Verumtamen interim peccat mortaliter beneficiatus, qui intra dictos sex menses diuinum officium omiserit, vt ibidem num. 123. habetur, sed de his plenius superius dictum est. Quæ vero Bartholæus Medina in hac materia scripsit, magna ex parte sunt explodenda, ut aliena à communi doctrina,

DE ERRORE QUORUNDAM SUMMISTARUM CIRCA
hanc materiam. Cap. V I.

Non te lateat, optime lector, per prædicta verba dicti canonis correctas fuisse opiniones multorum doctorum, olim aliter sentientium, unde Siluefter in sua summa, in verbo Clericus 4. §. 23. num. 16. vna cum alijs doctoribus, quos ibi refert, ac sequitur: omnino corrigitur. Et Ioannis Cald. cap. 1. de cel. miss. atque etiam Aug. de Clauasio in sua summa, opinio confirmatur, & canonizatur. Quorum quidem ratio erat talis, primo, quia præfatus beneficiatus non recitans canonicas horas, effectualiter non residet, ac non residens priuatur beneficio, & fructibus, Extrauag. de cler. non resid. cap. pen. Igitur, &c. Et Nauarrus inquit cap. 25. num. 124. hanc legem de recitando diuino officio esse valde conformem iuri diuino, & eandem approbauerat olim in cap. Quando de conf. distin. 1. not. 7. num. 31. & loa. Bern. præfui. Callagur. in præct. crim. cap. 49.

Secundo, quia propter officium datur beneficium. De Rescrip. cap. fin. lib. 6. At vbicumque aliquid datur ob causam, tunc causa illa non secuta, potest repeti. ff. de condit. ob turp. causam, quasi per totum Igitur, &c. Vide Couarru. var. resol. lib. 3. cap. 13. in fine.

Correctio
opinionū.
Siluester
corrigitur
Prima ra
tio.

Secunda
ratio.

**II P APÆ V. STATVTVM DE FRVCTIBVS, QVOS
amittunt, qui horas canonicas, vel pensionarij, qui officium
Beate Virginis non recitant.**

**TVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPE
tuam rei memoriam. Cap. V I I.**

Ex proximo Lateranensi concilio pia, & salubris Sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, & sine cura si post sex menses, quam illud obinuerit, diuinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis, & officij, & temporis suos non faciat, sed eos, tanquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratio prædicta ratio sit habenda. Nos huic rei euidentius, atque expressius providere volentes statuimus, vt qui horas canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur; qui vero matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat. tamen si aliquis choro addictus, non recitans, omnibus horis canonicis cum alijs præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia, iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias, sibi lucri sic esse prætendat, is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem. Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarantes,

Quomodo
rata omis
sionis in
telligenda
sit.

Nullibire
citas, et in
choro non
psallens te
netur ad
resist.

præ-

*Beneficia
si quomodo
docunque
tinentur
ad restitu-
tionem, si
omittant
horas ca-
nonicas.
Pensiona-
rii quomo-
do, & quā
do tenean-
tur officium
dicere.*

præstimoniam, præstimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt Clericus, percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo, septuagesimo primo duodecimo Kal. Octobris. Pontificatus nostri anno sexto.

SUMMA HVIVS STATUTI DECLARATIONIS, ET DECRETI, hæc est. Cap. VII.

Papa hic primo declarat verba prefati concilij Lateran. quam ad quotam restitutionis, respectu omissionis horarum, canonicarum.

*Res indig-
na est, nõ
psallere cũ
alias, &
Deo disci-
tant.*



Secundo, decernit, solam præsentiam in choro non sufficere, quantum ad licite percipiendas distributiones quotidianas, sed teneri Clericos cum effectu psallere, & recitare cum alijs, quando sunt in choro, pro vt in Concilio Tridentino habetur sess. 24. cap. 12. nisi alias (dictas horas recitando satisfecerint) attamen res est pessimi exempli, velle a omni diuinum officium per soluere ad hoc, vt in choro liceat deinde silere. neque enim hoc sine peccato effici potest. Si enim ore Christi patrimonium comedendo contumis, quare non eodem ore, ac gutture eundem in choro laudas, eidemque debitas gratias persoluis? Vnde Diuus Vincentius de existentibus in choro loquens aiebat. Numquam parcas voci, quantum potes, discretionem regente, non prætermittas loca vnum tam de psalmis, quam de versibus, dictionibus, syllabis, & voce, & si non potes æquati voce cum alijs, tamen cum voce submissa.

Tertio declarat quod, quamuis in primis sex mensibus, adepti beneficia non teneantur ad restitutionem, si omittant diuinum officium, tamen peccant, quoad Deum (legitimo tamen impedimento cessante) ob talem omissionem, sicut & illi qui solum intertunt horis canonicis, & hac ratione putant se præcepto de recitando diuino officio satisfecisse.

Quarto, declarat verba dicti concilij non solum de habentibus beneficia curata, sed etiam de habentibus qualiacunque beneficia, debere intelligi, pro quo vide Couarr. lib. 3. var. resol. c. 23. nu. 8. ver. 12.

Quinto statuit, & decernit, Pensionarios eodem modo cum supradictis si tamen officium Beatæ Virginis non recitauerint, obligari, & ita corrigi opinionones multorum doctorum olim asserentium, pensionarios quoscunque non teneri ad aliquas horas canonicas. Quamquam non defuerunt olim sollemnes doctores, qui pensionarios ad diuinum officium teneri, pluribus rationibus, ac auctoritatibus tutati sunt, prout refert, ac sequitur

Alfonius

Alfonfus Alvarez in speculo Roman. Pontif. cap. 6r.

Sexto Papa vult ad persoluendas dictas horas Beatæ Virginis etiam pensionarium, (vt d. dum est) teneri, non quemcumque tamen, sed eum dum taxat, qui percipit pensionem, vt Clericus, idest (vel loco beneficij veluti, cum datur alicui promouendo ad sacros ordines, non habenti vnde alias viueret) vel cum datur alijs non coniugatis, neque bigamis recipientibus primam consuram tantum, sine obligatione descendendi habitum clericalem, aut consuram, cuiusmodi sunt plurimi curiales insistentes seruicij Papæ, aut Cardinalium, aut aliorum prælatorum, aut etiam plures adolentes nanantes operam litteris, & hic obiter notabis, stylum curiæ, & vsum esse, vt nullus extinguat aliquam pensionem, aut eius partem sine auctoritate Papæ. Non tamen in censuram aliquam incurrisset, qui sine dicta auctoritate eam extinxisset, sed peccasset tantummodo: & concordat huic doctrinæ Franciscus Teletus vir egregius, & Theologus Sacræ Pænitenariæ, facta autem extinctione, non tenetur amplius recitare Officium Beatæ Mariæ pensionarius.

*Franciscus
Teletus &
Societate
Iesu.*

Papa ergo non compræhendit eum, qui percipit, vt laicus, idest, quando datur viris benemeritis pro aliquo temporali commo, & ita, si pensio assignatur laico, tamquam laico, talis pensio temporalis res est, nec habet secum hoc vinculum recitandi dictas horas, alias sic. Pro hoc autem facit, quod dicunt doct. in cap. quamuis cl. 2. de præbend. in 6. & c. audientiam, cl. 2. de rescript. & in cap. possessiones. 16. q. 1. & c. consuetudinem. de consuet. lib. 6. Card. in Clem. quia regularis de supp. negl. præl.

Septimo, hinc discas, decreta omnia, & singula Concilij Lateranensis vltimi esse rara, & à catholicis personis vsu recepta, & obseruata. Quocirca debita quæ super hanc rem scripsit impius Molinæus, & quidquid alij cum eo effutuerint. Non enim, quia alias leges saluberrimas prauis homines non obseruant, idcirco argumentari licebit, eas non fuisse in vsu receptas, & eas præcipue, quæ conscientiæ forum concernere videntur, & vt plurimum secreto seruantur. Eo etenim casu legislatoris dissimulatio allegari non potest.

DE DISTRIBUTIONIBVS QUOTIDIANIS, QUAS CANONICI, & præbendarij, aut alias, clerici, amittunt, etiam in foro conscientie, & tenentur ad restitutionem ob non residentiam in Ecclesia, vel præbenda, vt habetur, de cler. non resid. lib. 6. Decretal. cap. 1. & in Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. §.

Distributiones. Cap. I X.

Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inoleuit, quæ canonici, & alij beneficiati seu clerici cathedralium, & aliarum collegiarum Ecclesiarum, distributiones quotidianas (quæ alias manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, & tantum residentibus tribuuntur) qualitercunque in Ciuitatibus, seu alijs locis, in quibus ipse consistunt Ecclesiæ, sint præsentibus, licet diuinis officijs non inter sint, ex integro percipiunt, ac si continue seu quotide ipsi Ecclesijs in eisdem officijs deseruirent, penitus im-

*Pro hoc
vide Con.
Trid. sess.
24. c. 22.*

Y pro-

probantes. Statuimus, vt distributiones ipsarū quotidianarū in quibuscumque rebus consistant, canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officijs in ipsis Ecclesijs adfuerint, tribuantur, iuxta Ecclesiarū cuiuslibet ordinationem rationabilem iam factam, seu etiam faciendam. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidentis Ecclesiarū utilitas excusaret) rerum sic receptorum dominium non acquirat, nec faciat eas suas; immo ad omnium restitutionem, quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniuersarijs largiendis, idem decernimus obseruandum; hæc ibi, & cet. At duos hodie casus exceptos vide sess. 22. cap. 3. & loquitur de quodam genere distributionum, quæ in casu absentium non accrescunt serpiensibus, aut massæ, sed erogari debent fabricæ Ecclesiarū, aut pijs locis. Alter casus est in cap. 8 in calce sess. 24. Sed penitentiarius esse debet ille, qui fuerit institutus cum præbendæ institutione ad hunc effectum; & præterea debet esse Doctor, vel licentiat, vt ibi. De materia autem distributionum vide Couar. var. resol. cap. 13. num. 7. & Nauar. in Manual. confess. cap. 25. num. 123. pro hac doctrina facit cap. 12. sess. 24. Concl. Trident. & latus Pius IV. in Extraneag. seu mot. prop. Cum sicut. Quomodo autem priuilegia, seu consuetudines præstandarum, seu recipiendarum distributionum in præsentatione, seu prouisione beneficiorum, & dignitatum Ecclesiasticarum fuerint subla: a.

Vide extraneag. Pij 5 incipient. Durum nis.

DE PECCATO ET OBLIGATIONE, AD RESTITUTIONEM, eorum, qui in sua Ecclesia curata non resident. Cap. X.

Residua quanti sit ponderis, vide Cou. lib. 3. c. 13 au. 9

Non residentes teneantur ad restitutionem ultra etiã mortale pecc. Per bimestre tempus ex licentia

Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 1. De refor. corrigens multas doctorum opiniones, quæ habentur apud Summistas in verbo. Residentia, ac prospiciens in futurum salutem animarum, obuiareque volens fraudibus, sic declarat, statuit, & decernit. Si quis autem (quod vtinam nunquam eueniat) contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta Synodus; præter alias poenas aduersus non residents sub Paulo 3. positas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, in quem incurrit; eum pro rata temporis absentiarū fructus suos non facere, nec tuta conscientia: aliam etiam declarationem non secuta, illos sibi detinere posse; sed teneri, aut ipso cessante, per superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarum, aut parochiarum loci erogare, prohibita quacumque conventionem, vel compositionem, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte, ei remitterentur: non obstantibus quibuscumque priuilegijs cuiuscumque collegio aut fabricæ concessis, &c. Quodcumque autem eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, vicarium idoneum, ab ipso ordinario probandum, cum debita mercedis assignatione, relinquunt. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratique concedendam. Ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa, non obtineant: &c. & infra, Nec executionem hanc quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscumque beneficii, pactio

ne, statuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, (quæ potius corruptela censenda est) siue appellatione, aut inhibitione etiam in Romana curia, vel vigore Eugeniæ constitutionis, suspendi posse, &c.

Episc. poffunt curati esse absentes, sed sufficit esse tempus interpellatum.

BVLLA CONTRA PROMOTOS ANTE LEGITIMAM ætatem, aut extra tempora, aut sine dimissorijs. Cap. X I.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cum ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimitur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione, excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque, sicut fide dignorum relatione (non nisi moleste) accepimus, non nulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui vero sine dimissorijs litteris, contra sanctiones canonicas, se faciunt ad sacros ordines promoueri, nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut alijs in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolica, hac constitutione perpetuo valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs litteris etiam citramontani à citramontanis (præterquàm, si in hoc ultimo casu, per Cameram Apostolicam, iuxta illius stylum, ordinati fuerint) ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante, in iisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant: præterea, vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficijs Ecclesiasticis possint iure priuari. volumus autem, quod præsens nostra constitutio in Romana Curia existens, post quindecim dies, absentes vero Italicos, post duos menses, alios vero vltimontanos post sex menses ab ipsius inaudientia contradicatur, & Cancellaria Apostolica, publicatione, & affixione, ligare incipiat; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram statuti, ordinationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno ab incarnatione Dominica M. CCCC. LXV. decimo Kalendas Decembris. Pontificatus nostri anno IV.

NOTANDA SUPER HANC BVLLAM. Cap. XII.

Primo corriguntur per hanc Bullam multæ opinionis Summistarum, puta Diui Antonini, Armillæ, & aliorum, qui præfatam Bullam non viderunt, prout Nauarrus asserit in suo Manuali, & prout colligitur ex Dominico Soto in 4. senten. de sacramento ordinis, & ex alijs recentioribus

Armilla in erratis & sibi ipsi

contradicit in hac re.

bus doctoribus, & ex Syluest. in ver. irregularitas §. 10. Pro hoc facit Concil. Trid. sess. 23, c. 8 & sess. 7. c. 10.

Secundo Episcopus non potest dispensare super ætate ordinandorum, prout etiam colligitur ex Glossa, & doctoribus, in Clem. fina. de ætate, & qualit. & ex Silu. in ver. ætas.

Ampla potestas Episcoporum.

Tertio à suspensione incurfa, & ab irregularitate contracta ob contraventionem præfate bullæ, non potest Episcopus in foro fori absolueri, neque dispensare, vt sentit Rebuffus in suo tract. vbi agit de Clericis male promotis, in Glossa. 4. quia Papa absolute, & non ad tempus suspensionis censuram incutit, & maculam irregularitatis incurrit decernit. In foro tamen conscientie possunt hodie ab omnibus suspensionibus, & irregularitatibus Episcopi absolueri, ac dispensare, si tamen ex delicto occulto proueniant; & excepta irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, vt habetur ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. Attamen necesse erit, præfatos dispensandos prius ætatem legitimam saltem attingisse, alias beneficium dicti c. 6. consequi minime possent.

Mare magnum.

Quarto sciendum, hodie ætatem legitimam esse annum. 22. pro subdiacono, pro diaconis 23. & pro presbyteris 25. & sufficit attingisse. vt aperte habetur in Concil. Triden. sess. 23. c. 12. vbi etiam scito, ipsos etiam regulares hac lege astringi, nec eis quoquomodo priuilegia sua, aut Mare magnum, quantum ad hunc effectum iustifragari. possunt tamen regularium superiores à præfata irregularitate sibi subditos, si tamen, interim ad legitimam peruenerint ætatem, dispensare, & hoc, vigore suorum priuilegiorum; & præcipue Xysti 4. & aliorum Roman. Pontif. in Mari Magno, & alibi.

Armilla error.

Quinto scias, prædictam Bullam à tempore Pij 2. citra, semper à Romanis Pontificibus, & demum à Gregorio XIII. fuisse in Cancellaria Apostolica confirmatam; illiusque stylum sacrum poenitentiarie officium semper obseruasse; & proinde caue ne impingas in scopulos, si Summis legendo, aliquid in contrarium inueneris, & præcipue apud Armillam.

Sexto, scito, irregulares adeptos beneficia curata non facere fructus suos, & teneri resignare, nisi à Papa super hac re expresse dispensentur. Pro quo vide gloss. in cap. Licet canon. de elect. in sexto, & Nauar. cap. 27. num. 249. ibi. vj. Nec Episcopus potest hodie dispensare super retentione beneficii, quod datur per concursum, sed bene in alijs, quæ alias ipse potuisset conferre. Vide etiam Abb. in cap. Pro illorum de præbend. num. 3.

Septimo, dum Papa inquit, talem posse etiam beneficijs priuari, intelligit de his, quæ ante irregularitatem legitime adeptus erat; nam beneficijs sibi collatis, dum talis erat irregularis, est ipso iure priuatus propter incapacitatem, quam tunc habuit.

EXEM-

EXEMPTIONES CLERICORUM, ET ECCLESIASTICARUM
*personarum à pedagijs, vectigalibus, Datis, Doganis, Guidagijs, &
 alijs oneribus, & grauaminibus, & secularibus exactionibus
 pro rebus suis proprijs, quas non caussa negotiandi dese-
 runt, vel deferri faciunt, seu transmittunt, aut etiam
 pro personis suis. vt habetur cap. Quamquam
 de cen. lib. 6. Cap. X I I I.*

Quamquam pedagogiorum exactiones tam iure canonico, quam ciuili regulariter merito sint damnatae, tanto tamen districtius, ne ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis talis exigantur, prohiberi oportet: quantum, si id fiat, in maioris inde transgressionis reatus incurritur, & offensam euidentiore, comprobatur. Cum igitur Ecclesiae, Ecclesiasticaeque personae, ac res ipsarum non solum iure humano, quin immo & diuino à secularium personarum exactionibus sint immunes: constitutionem felicitis recordationis Alexandri Papae 4 predecessoris nostri, quae statuit Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum, vel soluendum taceas pro rebus suis proprijs, quas non caussa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt, volentes propter multorum infolentiam, & abusum, poenae adminiculo adiuuare, adiucimus, districtius inhibendo. (contra raria consuetudine quorumcumque, quae dicenda est corruptela uerius, non obstante) vt nec collegium nec vniuersitas nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status à praefatis Ecclesijs, aut personis pro personis ipsis aut rebus praedictis talia exigat, vel extorqueat per se, vel per alium suo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiusmodi persolueda compellat. Qui vero contrafecerint, si personae fuerint singulares, excommunicationis, si autem collegium, vel vniuersitas Ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscumque ipsa ciuitas vel castrum, vel locus, interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie restituerint, & de transgressionibus satisfecerint competenter.

Clerici iure diuino sunt immunes ab exactionibus secul. & idem sentit Concil. Trident.

Hodie est in Bulla Coenae Dni c. 18. & sic pra 191.

PRÆCEPTVM CONCILII VIENENSIS EPISCOPI IMPOSITVM
super executione superioris constitutionis, in fauorem Ecclesiarum, & Clericorum, vt habetur in Clem. de cens. cap. praesenti. Cap. X I V.

Praesenti constitutione iubemus, vt locorum dicecesani contra eos, qui ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus proprijs, quos non negotiandi caussa deferuat, aut deferri faciunt, vel transmittunt, pedagia, vel guidagia, suo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent in animarum suarum periculum, & eorum, à quibus ea exigunt, praedictum, & grauamen, excommunicationis, interdicti sententias à iure prolatas, postquam de his ipsis constiterit, omnino publicent, vel à suis sub-

Clem. de cens.

subditis tamdiu faciant publicari, donec illi sic exacta restituerint, & de transgressione huiusmodi competentes satisfecerint.

NOTANDA CIRCA PRÆDICTA CAPITULA.

Cap. X V.

*Pro Regu-
larib. spe-
cialiter vi-
deas ex-
trau. Pij 5
Dum ad v-
beres, &
extran. Io.
22. Eug. 4
& Iulij 2.
in priuile.
Benedicti
norum.
Error mul-
torum Do-
ctorum;
Nota be-
ne.*

*Sess. 25. c.
20 de ref.*

Prædicta excommunicatio, quamvis vigore præfatorum capitulorum sit Episcopalis, hodie tamen est Papalis, vt ait Siluester in ver. excommunicatio. 4. §. 1. & Ioannes Tab. in ver. excomm. §. casu. 19. & Armilla eod. tit. excomm. 11. Quia continentur, vt aiunt, in Bulla Cœnæ Domini, sub illis verbis, vbi ait Papa, Vel qui prohibita exigunt, scilicet, excommunicamus, & anathematizamus. cap. 18. supra pag. 171.

Reliqua omnia, quæ pro libertate, & immunitate ecclesiasticarum personarum faciunt, videas. 96. dist. cap. Bene quidem & de const. cap. Ecclesia & de immunit. Eccles. cap. Non minus, & cap. Aduersus, & de sent. excomm. cap. Nouerit, & Abb. in cap. fin. de vit. & hon. cler. Amplissime vero videas, pro his omnibus hodie Bullam Cœnæ Domini: per quam quidem prædicti fauores augentur, & ampliuntur, & plurimæ doctorem opiniones restringentes prædictam immunitatem, corriguntur, & è medio tolluntur. Quæ in re plurimi hodie doctorem decipiuntur, qui in multis, dum doctrinam communiter scribentium sectantur, incidunt in censuram Bullæ in Cœna Domini, negligentes obseruare, immo etiam legere ea, quæ Romanus Pontifex in prædicta Bulla corrigit aut innouat, vnde prædictam Bullam Pontifex ibi appellat paginam excommunicationis, anathematizationis, extensionis, reuocationis, innodationis, interdicti, innouationis, protestationis, sublationis, declarationis, commissionis, præcepti, mandati, decreti, & voluntatis, ergo hæc bulla reuocat multa, & innouat plurima. Quæ quidem omnia superius in varijs canonibus contenta, confirmata sunt hodie per Sacrum Concilium Tridentinum hunc in modum.

Cupiens sancta Synodus Ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo non solum restitu: sed etiam factam rectam à quibuscunque impedimentis conseruari, præter ea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit, sæculares quoque Principes officij sui admonendos esse censuit, considerans eos, vt catholicos, quos Deus sanctæ fidei Ecclesiæque protectores esse, voluit, ius suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiam subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & Superiores Ordines reuerentiam reuocatuos, nec permissuros, vt officiales, aut inferiores Magistratus Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violens, sed vna eam ipsis Principibus debi- tam sacris summorum Pontificum, & Conciliorum constitutionibus obseruantiam præsent. Decernit itaque, & præcipit, sacros canones, & concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones in fouorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præsent etiam decreto innouat, exacte ab omnibus obseruari debere, proptereaque admonet Imperatorem, Reges, Respublicas,

Pria-

Principes, & omnes, & singulos cuiuscumque status, & dignita-
tis extiterint, ut quo largius bonis temporalibus, atque in alio
potestate sunt ornati, eo sanctius, quæ Ecclesiastici iuris sunt,
tamquam Dei præcipua, eiusque patrocinio lecta venerentur,
nec ab vllis Baronibus, Domicellis, rectoribus, alijsue Dominis
temporalibus, seu Magistratibus, maximeque ministris ipsorum
principium lædi patiantur. sed severe in eos, qui illius liber-

tatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt,

animaduertant, quibus etiam ipsimet exemplo ad

pietatem, religionem, Ecclesiarumque prots

ctionem existant, imitantes anteriores

optimos, religiosissimosque Prin-

cipes, qui res Ecclesiæ suæ in

primis auctoritate: ac

municentia auxe-

runt, nedum

ab

aliorum iniuria vindicarunt. Adeoque ea in re

quisque officium suum sedulo præstet, quo

cultus diuinus deuote exerceri, & Præ-

lati, ceteriq; clerici in residentijs

& officijs suis quieti, & sine

impedimentis, cū fructu

& ædificatione po-

puli permane-

re vale-

ant,

*Quales olim essent
Principes in Eccle-
siam.*



CASVS

QVOS EPISCOPI IN SVIS DIOECESIBVS CONSVE-
uerunt sibi referuare, & pro quibus, & alijs hodie, iuxta Con-
cilij Tridentini formam, in Ecclesijs cathedralibus solent pæ-
nitentiarj deputari, vt patet Sess. 24. cap. 8. & cap. 6. prout
elicitur. ex Glog. cap. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6. &
Synodo Hildesheimensi cap. 50. suorum statutorum, & prout
tradit Martinus de Frias in tractatu suo. Cap. 9. & Nauar.
in suo Manuali. Hostien. in sua summa. Guil. Dur. Specula-
tor in suo Repertorio, & D. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 11. per
totum, & ali.
 Cap. XVI.

b De quibus superius vide lib. 3. pag. 150. & Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. c. quia propter hoc peccatum Deus bella, ac pestes immittit.

b 1 **A**bsoluere excommunicatos! maiore excommunicatione, interdicto, vel suspensione, ab homine, vel à iure latis:

c 2 Blasphemos vere, & perfecte etiam semel, vel alios quoscūque, si tamen sint ex consuetudine. Sed in primo genere, blasphemia hæreticalis à Doctoribus nuncupatur. Non quidem, quod quis talis regulariter sit hæreticus, sed si crederet quod dicit, esset vere hæreticus.

Nota quod blasphemia vera, & perfecta dicta hæreticalis referata est, si quis diceret, Deum proditorem, Deum partialem Deum non curare de hominibus, Deum nescire hæc terrena Deum non posse hoc, vel illud facere, Ad despectum Dei, Renego Deum & huiusmodi alia etiam peiora, quæ nefas est cogitare, nedum hic recitare, & talibus blasphematoribus seueriss. pœnitentia iniungi solet à pœnitentiarijs, quibus datur facultas supra pag. 10. & 150. & infra.

d Quia est homicidium.

e Alicubi sub pœna excom. prohibetur.

f Quia est homicidū.

g Quia clamat in Cœlum.

h Quia sunt excom. per se patent.

i Quia sunt excommur.

l Quia est crimen lætic Maest.

d 3 Perimētes studiose sœrum suum, vel alienum.

c 4 Et retinētes illos in lœto infra. 18. menses, vel aliud tempus à parcho indictum, etiam si non fuerint suffocari.

f 5 Opprimētes infantes ex proposito, vel culpa seu negligentia in lœto, vel extra.

g 6 Homicidas quoscumque.

h 7 Corruptores monialium, & illas domi recipientes.

8 Et quicumque & quæcumque cum moniali iusto, vel tactu turpiter luterit.

9 Item ipsas moniales sic peccantes.

i 10 Item moniales egredientes septa monasterij.

K 11 Hæreticos, & de hæresi suspectos, & illis præstantes auxilium, consilium, & fauorem.

l 12 Falsam monetam fabricantes, vel fabricari facientes, vel illam scienter impendentes.

- m 13 Reordinatos rebaptizatos, vel recorfirmatos scienter.
- n 14 Coniuges machinantes effi. & taliter in mortem alterius coniugis, etiam si non fuerit mors secuta, & participes, ac dantes consilium, auxilium, & favorem.
- o 15 Ingressentes religionem, vel suscipientes ordinem sacrum inuita, vel ignorante vxore iam cognita.
- p 16 Mulieres certo scientes se habere filios ex alio, quam ex marito, quo credens maritus esse suos, nutrit ex propria substantia, vt suos.
- q 17 Et quoscumque, vel quascumq; supponentes partu alienu, aut dantes consilium, auxilium, & favorem.
- r 18 Clericos, vel laicos concubinarior, vel ipsos Clericos, si sint in sacris, etiam simplices fornicatores. Item participantes cum excommunicatis in contemptum clauum.
- f 19 Sodomitas vel cum belijs coeunics, & item iniicientes manus violentas in parentes, quique eorum saluti fuerint insidiati.
- t 20 Et recipientes ordines sacros sine licentia Archiep. Neap. vel eius Vicarij, vel per saltum.
- u 21 Commutationes vectorum non paruorum.
- 22 Sacrilegium commissum in coitu cum persona sacra tam actiue, quam passiu.
- x 23 Procuratores sibi, vel alteri abortum, vel sterilitatem cum effectu.
- y 24 Non alentes filios suos (spurijs, secreto exportatos ad Hospitalia: nisi tamen sint pauperes.
- z 25 Vsurarios, simoniacos in quocumque genere, praterquam mentali tantum.
- b 26 Non ordinatos ad sacerdotium celebrantes missas.
- c 27 Occupantes beneficia Ecclesiastica, vel decimas sine canonico titulo, aut bona Ecclesiarum.
- d 28 Incendiarios & exportatores bonorum Ecclesiarum, hospitalium, vel piorum locorum, &c.
- e 29 Polluentes semine, vel sanguine Ecclesiam, maxime consecratam.
- f 30 Violantes libertatem, vel immunitatem Ecclesiasticam.
- g 31 Contrahentes matrimonia in sacris ordinibus.
- 32 Reuelantes aliquo modo peccatum sibi in confessione detectum, & nominantes personas.
- h 33 Sacerdotes, & laicos quoscumque etiam mulieres qui aliquid inhonestum, vel scandalosum commiserint circa Eucharistiam, baptismum, altare, chrisma, aut oleum sanctum.
- i 34 Sortilegos inuocantes daemones, & diuinatores abeuntes Eucharistia, chrismate, oleo sancto, aut alijs rebus sacris.
- k 35 Et scientes sortilegos, & non propalantes, nec indicantes illos domino Vicario.
- l 36 Committentes incestum in primo, vel in secundo gradu
- m Quia sunt irregulares.
- n Quia est homicidium.
- o Quia violatur fides vxori.
- p Hoc furtum est intollerabile.
- q Est intolleranda fraus.
- r Quia sunt excommunicandi, fornicatio vero in clerico est sacrilegium.
- f Quia clamat vindictam.
- t Quia sunt irregulares.
- u Quia usurpatur potestas per se patet.
- x Quia est homicidium, si factus sit animatus.
- y Intellige contra diuites.
- z Sim. in ord. & benefic. sunt excomm.
- b Quia sunt suspecti
- c Quia sunt excomm.
- d Quia sunt excomm.
- e Quia est sacril. gra uiss.
- f Quia sunt excomm. a Papa.
- g Quia sunt excomm. per se patet.
- h Quia sunt suspecti de haesi.
- i Quia sunt excomm. per Io. 22. & Conc. Lat. f. 9.
- k Vt talis, pestis eradicetur e mundo.
- l Quia indigent se-

- condi disp.
 m Alias nullus fere m 37 Dispensare male ablata incerta, vel etiam certa, cum igno-
 restitueret. ratur, cui sit restitucio faciendā.
 n Quia contrahitur n 38 Baptizantes proprium, vel coniugis filium, præterquam
 aff. spir. & ita imped. in casu necessitatis, vel leuantes de Baptismo, vel confirma-
 Marr. tione in fronte.
 o Quia sunt tyranni o 39 Debitores legatorum ad pias causas, seu pro anima, qui,
 defunctorum. cum possunt, non curant satisfacere.
 p Quia excedit etiā p 40 Periueros in iudicio, vel actu publico.
 homic. q 41 Sacrilegos, & falsarios, & item apostatas.
 q Apostataz sunt ex- r 42 Curatos concedentes celebrationem nupriarum, vel con-
 comm. sumationem matrimonij tempore ab Ecclesia interdicto. 41
 r Quia vsurpatur po- f 43 Raptores virginum, vel quarumcumque mulierum existen-
 restas. tium sub potestate, vel custodia alterius, etiam si volentes,
 s Quia sunt excom- f & consentientes rapiantur, si vero iniuriz, & per vim, etiam
 per Concil. Trid. nis per vim, etiam sine rapu; committentes.
 t Quia sunt excom- t 44 Ingredientes monasteria monialium sine licentia superio-
 per Conc. Trident. rum.
 u Leges incurrit pæ u 45 Conficientes libellos famosos, & illis auxilium, consiliū,
 nam capitis. & fauorem præstantes.
 x Alias infinita fiunt x 46 Sponfos, vel sponfas de futuro, qui se carnaliter post con-
 fraudes in Mundo. tracta sponsalia cognouerunt, & hoc non obstante, matri-
 monium postea contraxerunt cum alio, vel alia in graue
 y Quia est sacrile- y 47 Mutantes terminos possessionum Ecclesiæ.
 gium max. z 48 Non obseruantes quadragesimam, comedendo carnes, aut
 z Quia sunt suspecti lactinia, item in vigilijs de præcepto, vel in die Veneris,
 &c. aut Sabbato, sine legitima causa, & sine licentia Vicarij,
 carnes comedendo.
 b Propter periculum b 49 Participantes cum Iudæis in cibo, & potu, aut in lecto; &
 &c. lactantes pueros Iudæorum, & qui inter sunt synagogæ eo-
 rundem, aut dantes infantem Christianum mulieri Hebrææ
 ad lactandum, & educandum, aut coeuntem cum Iudæo,
 aut Iudæa, aut quouis, & quouis alio, vel alia infidei.
 c vt tollantur abu- c 50 Carnifices, seu lanij, & hospites, seu caupones vendentes
 sus, & fraudes. carnes, & alia prohibita in quadrag. sine licentia, exceptis
 deputatis pro infirmis.
 d Propter honorem d 51 Laruatos in habitu religioso rati sæculari, quam cuiusuis
 gradus Ecclesiastici. ordinis regulari, etiam in habitu monialium.
 e Alas infinita mala e 52 Falsarios instrumentorum, & librorum, & quarumcumque
 & scandala nasceren- litterarum autenticarum, & sigillorum, & illis vtentes
 tur. f 53 Sepelientes corpora excommunicatorum, interdictorum,
 seu vsurariorum in Ecclesijs, vel cæmeterijs scienter.
 f Quia sunt excom- g 54 Eligentes, vel præsentantes rectores, vel presbyteros in
 g Quia sunt excom- Ecclesijs, vacantibus sub falso prætextu iuris patronatus
 municandi per Con- scien-

scienter, & ipsos presbyteros talibus electionibus, vel presentationibus scienter consentientes, vel se ad beneficia intrudentes.

- h 55 Veneficos, aut dantes porciones, vt quis moriatur, vel morbo tabescat, vel mente alienetur, & insaniat, & quicunque dederit consilium, auxilium, & fauorem.
 - i 56 Sacerdotes celebrantes contra ritum Ecclesie quomocunque.
 - K 57 Presbyterum, cuius negligentia, vel factio aliquis sine Baptismo moritur.
 - l 58 Presbyteros temere absoluentes in casibus sibi non concessis.
 - m 59 Clericos, vel laicos non reddentes rationem administrationis piorum locorum, vel aliquo modo retinentes satisfacere.
 - n 60 Concubinas presbyterorum, vel clericorum, vel ipsis in concubinato auxilium, & fauorem dantes.
- Et scito quod ex his casibus ferè omnes declarauit olim Bened. Papa XI. esse reseruatos Episcopis, vt patet in illius extrau. Inter cunctas, de priuilegiis, elicitiuè: pro quo vide Silu. in ver. casus. S. 4. Ac scito omne crimen sacrilegij, & falsitatis ad Episcopos pertinere ex antiqua consuetudine.
- Et ne mirens christiane lector hos casus, quasi multos, quia alia peccata sunt innumera, quæ quotidie in grauem offensam creatoris, & scandalum proximi, perpetrantur, quæ tamen regulariter minimè sunt reseruata Episcopis, cuiusmodi sunt.
- Infinite fornicationes, & plurima adulteria quantum ad laicos, & item innumera peccata molitici, & tactuum, & huiusmodi quoad omnes.
 - Item nullæ vulnerationes, nullæ detractiones, & nulla furta, aut latrocinia, præter sacrilegia, sunt reseruata; quæ tamen in mundo sunt ferè infinita.
 - Peccatorum mentis nullum omnino reseruatur, quæ tamen innumera sunt.
 - Omissiones item infinite sunt, quarum tamen nulla reseruatur nisi casus 39.
 - Violationes dierum festorum sunt grauissima peccata, & tamen eorum nullum reseruatum est, quamuis sub pœna excommunicationis sint sæpe comminata.
 - Concupiscentiæ contra præcepta Dei sunt infinite, tamen earum nulla est reseruata.
 - Et reuera, si peccata non reseruata hic enarrentur; certe non essent 60 sed centies millies sexaginta.
 - Præterea ex septem vitijs capitalibus, & ex earum filiabus pauca reseruata sunt, respectu eorum, quæ non sunt reseruata, in quibus tamè quotidie mortalissime delinquant homines.

h Quia est homidium quantum in se fit.

i Quia sunt suspecti, &c.

l Quia penitentes nõ esse absoluti.

m Propter conseruanda bona pauperum.

n Conub. sunt ei sciendæ ex opidis ab Episco. per Concil. Trid.

Nota Confessor. Contra admirantes.

Et deum transgressores votorum, & id genus alia infinita non referuantur, sed confessoriorum conscientie corrigenda relinquuntur.

Quos tamen casus sibi referuauerat olim Illustrissimus, ac Reuerendissimus Cardinalis Paulus Aretius Archiep. Neapolit. cum suis notandis die 28. Ianuarij. 1577. vide in folio promulgato, & infra lib. 6. cap. 1. 8 quibus Illustrissimus, ac Reuerendissimus Hannibal di Capua hoc tempore Archiepiscopus de multis permulta, vt videre est in fine operis cap. 62.

QVÆ DECLARAVERIT CONCILIVM TRIDENTIVM
sess. 14. cap. 7. super casuum reservatione.
Cap. XVII.

Initio capituli, primo declarat, nullius momenti eam absolutionem esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.

Secundo declarat, magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere (quod etiam sanctissimis patribus nostris visum est) vt atrociosa quedam, & grauiora crimina non à quibuscumque, sed à summis dumtaxat sacerdotibus in sua diocesi absoluantur.

Tertio declarat, hanc delictorum reservationem consonam esse diuine auctoritati, & non tantum in externa politica, sed etiam coram Deo vim habere.

Quarto declarat, in articulo mortis nullam esse reservationem casuum; & quemlibet sacerdotem absoluendi auctoritatem tunc habere: tenentur tamen postea, si superuixerint, se presentare, & ea facere, quæ iura statuunt, & decernunt: prout etiam de hoc superius dictum est, præsertim pag. 45. & 46. & 50. & 122. & 177. & alibi, & Conc. Trid. sess. 14. c. 7. Quoniam, & infra.

Quod autem absolutio data super casibus reservationis non habentibus auctoritatem sit nulla, & nullius roboris, vel momenti; habetur nedum in præallegato cap. Concil. Trid. sed etiam extra: de poenit. & remiss. cap. omnis vtriusque, & etiam in Concilio Flor. sub Eng. 4. ibi de ministro penitentiae, & in Cathedismo Romano, ibi de ministro sacramenti penitentiae, & apud D. Thom. 4. dist. 1. q. 1. art. 3. sub. art. 3. ad primum, & dist. 24. q. 3. art. 2. sub art. 3. ad primum, & communiter apud Theologos insent. & ratio eorum est, quia confessionem non solum est medicina, sed etiam est ad instar actus iudicialis: sententia autem (cuiusmodi est absolutio à peccatis) à iudice non suo lata, nulla est, idcirco etiam absolutio tradita super peccatis, aut alias super reservatis à non habentibus iurisdictionem est nulla, & cassa.

*Reservatio casuum
 habet vim coram
 Deo.*

*Supra lib. 1. cap. 25.
 pag. 51.*

Nec obstant hodie privilegia quorumcumque regularium, quibus olim concedebatur facultas absolventi a casibus referentis Episcopo præter quatuor de iure, & quinque de consuetudine (vt est videre in Extravag. Bened. XI. Inter cunctas de priuil.) immo nec alia privilegia specialia, quibus concedebatur facultas absolventi ab omnibus indifferenter, etiam a censuris Ecclesiasticis, vt est videre in libro privilegiorum quatuor Mendicantium, & alibi. Pro quo vide Armillam in verbo, Absolutio §. 26. quia hodie quo ad hunc effectum absolventi, sublata sunt per Concil. Trident. & per Greg. XIII. & ratio in promptu est, quia, qui potest totum, tollere, multo magis partem, ergo multo magis potest impedire, sed Episcopi possunt hodie suspendere regulares ab audientia confessionum (quod quidem, etsi possunt, non tamen, nisi ex vera causa, & eis legitime notificanda debent facere, quia potestas in adificationem, & non in destructionem eis tradita est) & item possunt ad tempus eos habilitare, & item pro mulieribus tantum, aut pro viris tantum, aut in loco tali, vel tali tantum, igitur etiam pro talibus peccatis absolventis tantum, & pro alijs referentis, poterunt eos habilitare, & si contrarium dicti habilitati fecerint, id nullius erit ioboris, vel momenti. Pro hoc vide Do. Sot. 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 3. col. 7. ibi quo ergo. Non tamen hinc elicere licet, Episcopos sub prætestu, ac specie iterum examinandorum regularium, eos suspendere, aut ab huiusmodi officio amovere posse, hoc enim falsum est, vnde Congregatio Card. Romæ consultata ita respondit. Congregatio Concilij censuit, Regulares ad audiendas secularium confessiones semel ab Episcopo in Civitate, & Diocesi sua prævio examine approbatos, non esse iterum ab eodem Episcopo examinandos, a successore vero de nouo examinari posse, iuxta Bullam sanctæ memoriæ Pij V. quæ Bulla non est reuocata ad terminos Concilij à S. D. N. Greg. XIII. per reductionem privilegiorum regularium. A. Card. Carrafa. Et hoc examen intelligitur, cum plenum fuerit, ita vt quis simpliciter, & absolvere, non autem ad tempus determinatum fuerit admittitur, & approbatur, & ita seruatur Rom. & ego alibi in hunc modum seruata absurda, etiam in detrimentum animarum sequerentur, & ita concordant omnia, & superius dicta bene sibi cohererent, & hoc idem visus est mihi insinuasse prædictus ampliff. Card. vir alioqui non solum moribus religiosissimis, sed & litterarum peritia lucens; dum aliquando Romæ de hæc cum eo conferrem, deinde cum hæc omnia huius 18. cap. vt hic iacent, à me exarata cum Franc. Pegna Theologo, ac canonista exacte tractassem, maximopere probauit.

At hodie exat declaratio Congregationis Cardinalium, & Greg. Pape XIII. hic ad verbum posita, per quam quidem omnis difficultas, atque disputatio sublata est, quoad tamen casus reservados.

Submissio.

Propter scandalum licite susp. tollitur potestas audien. cōf.

LIBERTATI.
LITTERÆ, QUOD REGULARES NON POSSINT ABSOL-
uere consistentes à casibus Episcopo reservatis.
Cap. X I X.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine :

Cum à sacra Congregatione Card qui præpositi sunt decretis, Trid. Cõ. interpretandis Illustrissima amplitudo tua quesierit, an regulares ex priuilegijs à sede Apostolica impetratis, præsertim aut ex eo, q. nominat MA REMAGNUM, possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus seruauit, absolue re. consistentes. Hac de re ubi cõgregatio accurate egisset, deinde ad sanctis- simum D. N. recuisset, illius sanctitas, etiam de sententia Congregationis cepit ex facultatibus per hoc MARE MAGNUM, a huc priuilegia regu- laribus concessis factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus ab Episcopo sibi seruatis. Deus Illustrissimæ amplitudini tuæ perpetuam uitæ tranquillitatem, & incolumitatem largiatur. Romæ die X. Septembris. M. D. LXXII. Illustrissimæ, & Reuerendissimæ amplitudinis tuæ, &c.

Hinc elicitò, quod si quis Episcopus non seruaret sibi casus, seu cen- suras has, vel illas, tunc possent illi regulares uti suis priuilegijs, quoad hu- iusmodi casus reueratos seu censuras in foro tamen conscientie tantum & hic modus Romæ seruatur, prout est videre in licentijs exhibitis patri- bus confessarijs à Vicario S. Domini Nostri Papæ; casu tamen, & quasi præteriens obiter hic notabis, cum Iubileæ amplissima emanat à Papa; tunc omnes confessarij approbati ab ordinario, etiam in alienis diocesisibus con- sistentes, ac sine specialia concessione prælatorum, possunt absoluerè non modo à casibus, & censuris Sedi Apostolicæ seruatis, sed etiam à casibus & censuris ipsis ordinarijs seruatis, prout per sæpe decisum est; & foret error, oppositum asserere. Præterea scito, quod in tali casu, si Papa nomi- nando Bullam in Coena Domini nihil seruauit (nam aliquoties Pius V. hæ- resim, ac vetitorum librorum lectiõnem seruauit) procul dubio etiam hæreticus non prorsus occultus (qui tamen nullum complicem habeat) absolui possit; Prout decisum est Placentiæ sub sel. record. Paulo Card. Aretio eo tempore illius nobilissimæ Ciuitatis Pontifice, & Reuer. P. Ma- gistro Thoma inquisitore, & ita intelliges eos doctores, qui videntur send re, tempore emanati Iubilei non posse, vel posse absolui hæresim crimen; nam facta reuelatione complicum, siqui fuerint, tunc hæresim criminata absolui poterunt, nam præuia legitima satisfactiõ, omnia prorsus crimi- na tempore emanationis amplissimi Iubilei absolui, in foro tamen interiori, possunt; nisi, ut supra, expresse fiat exceptio, est enim fauor singularis cui- libet tunc præstitus à S. D. N. & ideo ampliandus, Ipsi vero confessarij ad- monere debent penitentes, talem absolutiõnem non operari, ita ut reddan- tur secuti in foro exteriori, & propterea melius facient, si se sponte defe- rant inquisitoribus, vel Episcopis, ut plenam in utroque foro seueritatem consequantur. Neque is penitentes pertimescant se ipsos deserere, nam cum sponte sua se Inquisitoribus, vel Episcopis sistunt, non publicam, sed secretam suscipiunt penitentiam; & micissime in eo tribunali tractantur, &

dein-

*De consen-
su Papa
responde-
tur.*

*Respectiue
tamen.*

*Thom. con-
tra Gracos
& Naua-
in suo Ma-
nual. c. 27
nu. 263.*

deinceps à quocumque denuncientur, non possunt in villo foro molestari, modo vt integre se prodiderint. Totam hanc sententiam etiam Franc. Pex, qua laudauit.

[Recolenda est tamen id quod supra recensitum est circa decretum Sacre Congregationis, quo prohibetur regularibus facultas absoluedi à casibus referuatis, & vltra prædictum decretum, nuper prodijt aliud eiusdem Sacre Congregationis de mandato sanctissimi D. N. Pauli Papæ V. mandato editum super absolutione à censuris sine casibus referuatis, tenoris sequentis videlicet.]

*ALIYD DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS DE S.
D. N. Pauli Papæ V. mandato editum, super Absolutione à Cen-
suris seu à casibus referuatis.*

Quoniam Sacra Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporum, ac Regularium Præceptorum nuper accepit, quàm plures Regulares tantum facultatis seu priuilegij ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, vt etiam à casibus locorum ordinarijs, & eorum diœcesibus referuatis absque alia ipsorum Ordinarij licentia, penitentes absolvere minime dubitent, nonnullosque alios in decreto prohibitionis absolutionis à casibus Sedi Apostolicæ, vel locorum ordinarijs referuatis die 9. Januarij 1601. scilicet recor. Clementis Papæ Octauij iussu edito, necnon in declaratione illius eodem Clemente Pontifice iubente die 16. Nouembris 1602. promulgata, & excommunicationis Sedi, vel ordinarijs prædictis referuatas minime comprehensas asserere; vnde fit vt metus quo homines à peccando coercentur, absolutionis facilitate exoleat. Ideo Sacra eadem Congregatio de S. D. N. Pauli Papæ Quinti speciali mandato viuz vocis oraculo desuper habito decretum huiusmodi, illiusque declarationem, nec non censuras, & poenas, in eis que contenta omnia confirmanda, atque innouanda opere præcium duxit, prout per presentes confirmat, atque innouat, ab omnibusque sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus quorumvis ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum Congregationum, aut cuiusvis alterius instituti, etiam necessario exprimen di quouis nomine nuncupentur inuolabiliter obseruari: ac insuper vt nulli ex sacerdotibus prædictis, quibuscunque priuilegijs, indultis, & facultatibus suffulti ab excommunicationibus, vel à casibus eisdem ordinarijs, vel Sedi Apostolicæ referuatis, tam ad forum contentiosum eorumdem ordinarij deductis, quam non deductis præterquam in mortis articulo absolvere audeant, vel præsumant, vel eorum aliquis audeat, vel præsumat sub eisdem censuris, & poenis eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis mandat, ac præcipit, non obstantibus omnibus, quæ idem Clemens Octauus in decreto, & declaratione huiusmodi voluit non ob stare. Datum Romæ. 7. Januarij Anno. 1617.

Antonius Card. Saulius.

V. Theatinus Secretarius.

CAP.

Nec obstant iterum privilegia, quoad hunc effectum, dudum post Concilium Tridentinum concessa Mendicantibus à Pio V. quia Gregorius XIII. postea in hunc modum reuocauit.

In tanta negotiorum mole, qua Roman. Pontif. assidue premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis, necesse est moderations remedium adhibere. Cum itaque alias sel. recor. Pius Papa V. prædecessor noster auditis grauaminibus, quæ Fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum, & parochialium Ecclesiarum Rectoribus multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habentis, confessionibus audiendis, poenitentijs iniungendis, Fratribus ad ordines promovendis, celebratione Missarum, cura animarum, Sacramentorum ministrante, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, elemosynis, collectionibus, alijsq; huiusmodi iuribus, necnō decimis, & diuersis oneribus, ac s̄t super statu, & regimine sanctimonialium ipsius Fratribus in biectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, processibus, præcedentia, locum acquisitione, certisque alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas litteras pro dictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit; multaque præterea priuilegia eisdem XVII Kal. Iunias, Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea, de Vicarijs perpetuis Ecclesiarum, quæ illis sunt vnitz, &c. decreuerit: Demum animaduerso, quod illa multas lites, &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restrinxerint. Deinde plénius prouidens priores litteras moderatus fuit, & alias instar earum concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremo circa confessariorum regularium approbationem aliqua declarauit: Nos hac varietate cognita, & infra. Statuimus de prædictis, & alijs omnibus litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque regularium, etiam Mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri siue ex sacris dicti Conc. decretis, siue alias legitime antedictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent, futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem suamque pristinum statum illa omnia reducimus. Quinetiam abrogamus omnia irritantia & alia decreta, & quæcumque alia nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus, &c. motas, nec dum decidas, & iam decidas, si modo tractum habeant successum, & futura dubia quandocumque orientur, ad nos referenda esse. Nec non irritum &c. Datum Romæ Pontificatus nostri anno primo. M. D. LXXII. Sed hodie obseruanda est modificatio facta à Xisto V. Pont. Max.

NOTANDVM HODIE PBPTER CAP. XV. QV AMVIS
 sess. 23. Concilij Tridentini super audientia confessionum.
 Cap. XXI.

Primo enim dicit, omnes sacerdotes in sua ordinatione accipere potestatem absolvendi à peccatis. Quia in habitu potestatem legandi, & solvendi, non autem in actu recipiunt. Nam deest eis materia, in quam exercere possint talem potestatem. Cum vero approbantur ab ordinario, consequuntur potestatem iurisdictionis, aut saltem si non acquirant novam iurisdictionem, acquirunt materiam subiectam, secundum Medinam, quia plebs eis subijcitur, secundum quod superioribus placuerit, & ita sentiunt omnes tam Canonistæ, quam Theologi. Est enim forum penitentialis, iudicium quoddam spirituale inter pœnitentem, & Deum; absolutio est actus iudicialis, prout habetur sess. 14. can. 9.

Secundo decernit, nullum sacerdotem tam sæcularem, quam regularem posse alicuius pœnitentis siue laici, siue sacerdotis confessiones audire, nec ad id idoneum reputari, nisi habuerit Ecclesiam parochialem, aut per examen, seu alias idoneus ab Episcopo iudicetur, & approbationem in scriptis, quæ gratis detur, obtineat. Non obstantibus privilegijs, &c.

Scire debes quantum ad laicos, quod omnes Rectores animarum ante Concilium poterant omnes, & quoscumque simplices sacerdotes (non interdictos tamen) etiam regulares ad audientiam confitei suæ tamen parochiæ, per cap. omnis utriusque de Pœnit. & remiss. & quamvis Gloss. huius decretalis, & Gloss. Clem. 1. de privilegijs, & nonnulli alij iurissæ senserint, parochianos licentiatos à suo paroco non potuisse confiteri, nisi habenti curam animarum, tamen Theologi cum præxi in usu recepta oppositum semper asseruerunt. Nam alias lequeretur, Episcopos, qui habent à iure licentiam, ut possint sibi eligere confessarium, ut habetur in cap. Ne pro dilatione, de Pœnit. lib. 6: non posse eligere quemcumque simplicem sacerdotem. Item lequeretur, quod nec confessio Episcopi alicui subdito facta de eligendo Confessarium, & gratia facta à Papa per Bullas cuicumque accipienti, ut possit eligere confessarium, quem voluerit, foret valida, quæ omnia sunt absurda.

Hodie tamen (& est novum, ac singulare) vides sancta synodus Tridentina, quod parochi plurimi suæ conscientiæ prædigi ad audientiam confessionum animarum, & ovium sibi commissarum multos ignaros admittebāt idcirco temperavit cap. omnis utriusque de Pœnit. & decrevit neminem parochorum posse quempiam ad audientiam confessionum suarum animarum eligere, nisi talis sacerdos siue sæcularis, siue regularis fuerit ab ordinario approbatus, nempe aut per collationem Ecclesiæ parochialis, aut examen idoneus iudicetur: aut alias tamquam cognitus ab ordinario idoneus reputetur.

Et quidem etiam hodie, vnus parochus non potest confessiones parochianorum alterius parochiæ audire, nisi aut à ipsomet Paroco proprio aut ab Episcopo licentiam obtinuerit, alias absolutio nihil valet: quia iurisdic-tio est de iure diuino, pro quo facit Conc. Trid. sess. 14. can. 11. & 7.

Alij vero simplices sacerdotes, siue sæculares, siue regulares ab Episcopo

*Quid dicē
 dū de his
 qui audi-
 unt confes-
 siones in
 triremib⁹
 & arbus
 sine licen-
 tia Episco-
 pi nisi an-
 tumvni⁹
 non episc-
 pi, qui ca-
 pellanus
 regius di-
 citur.*

Non autē

*Ab ordina-
rio, non c-
piscopo.*

po dumtaxat per examen, seu alias quomodolibet approbati possunt in-
differenter ad se confluentes pœnitentes, subditos tamen illi Episcopo, sine
alia licentia parochorum absolueri, nisi aliud eidem Episcopo ordinare
visum fuerit. Ut tamen subditi in Ecclesiastica disciplina contineantur, bo-
num, & laudabile est hunc morem seruare, ut videlicet, vnulquisque à pro-
prio Parocho [saltem paschæ tempore] licentiam adeundi alios confes-
sarios indifferenter petat, ad quam quidem dandam faciles esse debent Pa-
rochi secundum sententiam Doctorum. Veruntamen bonum esset, ut paro-
chi schedulam factæ confessionis à suis parochianis aliquando efflagita-
rent, quo facilius scirent, vbi pœnitentes quidam numquam restituentes,
aut alias nunquam sese à vitijs publicis emendantes soleant suas facere
confessiones, ut ita instruere possent dicti pœnitentes confessarium, qui eū
durius in sequenti confessione increparet, & Ad hoc, vel illud agendum,
vel corrigendum, vel omittendum obligaret, solent enim confessarii admo-
niti melius sese gerere erga pœnitentes. Ac item melius, vltius duplici mo-
do patenter detectum curari consuevit.

Quarto, Notandum tibi erit, quod nec etiam simplices sacerdotes pos-
sunt se iniucem in confessione sacramentali audire, prout aperte habetur
ex citato c. 25. Quamuis neque consuetudo in contrarium valeret. c. Epi-
scopus de pœnit. lib. 6. nisi consuetudo esset nota, & per tacitum consensum
approbata à superiore, ut inquit Medina, Cod. de confess. fol. 85. col. 1. Quo
circa crediderim ego, Rectores Ecclesiarum, ac curatores earum se iuicem
indifferenter posse absolueri in casibus tamen non reseruatis. Ceteri
vero simplices sacerdotes nequeunt pro absolutione habenda adire, nisi
vel proprium eorum curatum, vel alium ex ijs, qui ad confessiones audien-
das indifferenter ab Episcopo fuerint approbati, aut aliquem ex curatis
de licentia tamen proprii parochi. Posset tamen, & alicubi forte deberet
Episcopus aliquot sacerdotes graues seorsum eligere, qui soli ceterorum
sacerdotum possent confessiones audire, ut vel sic illi in Ecclesiastica disci-
plina magis continerentur. Non tamen esset valde restringenda confessio,
& id propter salutem animarum.

*Nau. l. 3.
nu. 2. C. c.
27. nu. 2.*

*Error mul-
torum Sū-
mistarum.*

Postremo scias, neminem esse dimittendum sine pœnitentiæ impositione
etiam si non timeatur de recidiuo: & etiam si ipsa satisfactio non sit pre-
seruatiua à futuro lapsu in peccatum. Nam hodie est id de fide per Conc.
Trid. sess. 14. c. 8. de satisf. Eccles. can. 15. ut etiam adnotauit Franc. Victoria
& ob id hodie caue à Caietano, Armilla, Gabriel Biel, Scoto, & alijs qui-
busdam asserentibus, posse pœnitentem renuere satisfactionem quamlibet,
etiam paruam, qui tamen doctores de expiatiua præteritorum peccatorum
non autem necessario præseruatiua, erant ante dictum Conc. Trid. sane
intelligendi.

LIBER QUINTVS

ET PRIMO DE EXEMPTIO-

NIBVS AB EXACTIONIBVS.

DATIIS, GABELLIS, PEDAGIIS, VECTIGA-

libus, &c. vtriusque sexus religiosis personis

Ordinum Mendicantium, concessis per

Sanctissimum in Christo P. & D. N.

D. Pium Diuina prouidentia,

Papam Quintum.

PIVS PAPA QVINTVS AD PERPETVAM REI
memoriam. Cap. 1.



DVM ad vberes, quos sacri mendicantium ordines in agro Dominico quotidie faciunt, fructus attente respicimus, & attentæ considerationis indagine perscrutamur, ipsorum religionis sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu deuotum altissimo præstant famulatum: Dignum, quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet grauaminibus, promptiores eiusdem altissimi intæreant seruitijs

Hinc est, quod nos volentes eosdem Mendicantium ordines, ac dilectos filios eorum fratres, & monachos, ceterasque personas, ac etiam moniales quoslibet eiusdem ordinis sub illorum cura degentes specialibus fauoribus, & gratijs prosequi; Motu proprio, non ad alicuius nolitis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli mendicantium ordinum huiusmodi fratres, monachi, dilectæ filie in Christo moniales, seu sorores, ac alia vtriusque sexus personæ regulares vbiuslibet per totum Christianum orbem diffusi & constituti, illorumque monasteria, cœlogia, domus, Conuentus, Ecclesiæ, Cappellæ, Oratoria, & alia loca, etiam vnita, ac membra, & dependentia, nec non terræ cultæ, & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula, mobilia, &

In fauorem omnium clericorum vide cap. Quatuor de cens. in Sexto & Clem. cap. presenti. eod. tit. & Concil. Trid. sess. 25 ca. 20. & supra fol. 271. Vbi abunde tractati. & hac materia, & Item p. 56. 105. & 170. 188. & 191. & III.

Has immunitates etiam omnes alij Regulares per sua priuilegia dicuntur habere vsunt Be

Medicini, & etiam per extensionem factam à Pio Quinto. Exactiones dattia, gabelle, pedagia, vectigalia, collecta, impositiones, onere quacumque Subsidium triennale, Focularia equorum taxa, Militum hospitalia.

immobilis, ac se mouentia, & vbi libet, ac in quibuscunque rebus consistenti bona, nec non eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarij, locatarij, & affittuarij, negotiorumque eorum gestores vniuersi quomodolibet nuncupati, nunc, & per tempore existentes in perpetuum ab omnibus, & singulis exactionibus, tam vrbanis, quam rusticis, nec non datijs, gabellis, pedagij, vectigalibus, collectis, impositionibus, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ac tam realibus, quam personalibus, meris, & mistis, etiam subsidio trienniali, & augmēto, ac focularibus, equorum taxis, militumque hospitij, ac alias quibuscumque nominibus nuncupatis, quauis auctoritate, quomodolibet impositis, & imponendis, & quæ laicis, ac alijs quibusuis quomodolibet imponi consueuerunt, & in futurum imponentur, ac ratione quorumcunque mercium, & rerum cuiuscumque generis, vel qualitatis existentiũ, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram venduntque, & quomodocunque pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcunque mortuorum, & viuorum, & quæ alias quomodo libet, & ex quauis causa, ac super quibuscunque rebus, tam in alma Vrbe nostra, quam extra eam, vbi libet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, nec non à contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu, & vestitu, quam quocunque alio vsu suo tantum, ac tam emendo, quam vendendo, & alias quomodolibet negotiando, nec non etiam à solutione quadrantis pro singulis libris carniũ de animalibus, quæ nunc, & pro tempore ex at mentis occidi cõtigerit: nec non etiam, quæ in suis ædibus, prædijs, & possessionibus priuatiũ detinent, & nutriunt; & à contributione sumptuum, ac impenfarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aquæ ductibus, muris, mœnitibus, alijsue machinis struendis, & reparandis, seu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, & locorum quorumcunque fortificationibus, nec non etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta vrbe, quam extra eam vbi libet, penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, immunita, & exempta sint, & esse censentur, ac pro talibus teneantur, & reputentur, quodque terræ, agri, & possessiones, & loca aratiua (vt præfertur) in illis, quæ aliquando pro pascuis animalium ad certum tempus reseruantur, nullatenus vquam comprehendantur, nec comprehendi censentur, ac etiam monasteria, cœnobiaz, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunque militum, tam equitum, quam peditum hospitij, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factũ comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Et insuper quod fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quæcunque bona monasteriorum, cœnobiõrum, & aliorum locorum regularium præfatorum, ab alijs quam à Syndicis & procuratoribus, religiosis, fratribus, monachis, & monialibus, illisque personis præfatis exigi, illaque dumtaxat in beneficium loci, vel sustentationem ipsorum religiosorum, fratrum, & monialium impendi, nec per alios quoscunque, quouis nomine censentur, nec in alium, quam præmissum vsũ conuerti, seu impendi possint, neque debeant, nisi de consensu superiorum illius loci,

Exemptio a qua drante carnis pro singulis libris carniũ.

Hic corrigitur ad instruct. cum glos. doct. C. de sacros. Eccl. & olim correctã fuit per Auct.

Item nulla communitas C. de Episcop. & Cleric. & pro eodem faciunt canon. minus. & c. aduersus de immunit. Eccl. & c. Quamquam. de cens. in se sexto, & c. fin. de vit.

loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabunt, nec etiam soli tutores, aut curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctissij, aut alias nuncupati, de eiusdem bonis vltro modo disponere possint. Quodque ipsum etiam de elemosynis, oblationibus, & quibuscunque alijs donatiuis intelligi, & obseruari debeat, Apostolica Auctoritate, tenore presentium perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus. Necnon fratres, monachos, moniales, ac alias regulares personas, eorumque monasteria, coenobia, conuentus, ecclesias, cappellas, oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, praedia, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, locatarios, afflictuarios, ac gestores, praedicta (vt praefertur) libera, immunia, & exempta eisdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & esse decernimus. Mandantes propterea dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus, Cameræ Apostolicæ Camerario, Praesidentibus, & Clericis, ac Commissarijs, agentibus, & officialibus, quibuscunque vt omnibus, & singulis tam virorum, quam mulierum Monasterijs Mendicantium Ordinum huius modi existentibus, sub ditione nostra temporali mediate, vel immediate constitutis tantum sal, quantum pro eorum vsu suffecerit singulis annis, omni dilatione cessante, & contradictione remota, contribuere, ac assignare, ac contribui, & assignari facere debeant realiter, & cum effectu. Districtius etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excommunicationis maioris laicæ sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de Camera, pro vna Basilicæ Sancti Petri de Vrbe, & pro altera, medietatibus, singulis monasterijs, & locis praefatis, quæ molestari, seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicando, impenis, eo ipso si, & quoties contrafactum fuerit, incurrendis inhiibentes tam illis, quam dilectis filijs legatis, vicelegatis, gubernatoribus, potestatibus datiorum, gabellarum, onerum, & aliorum praemissorum exactoribus, conductoribus, & apportatoribus, necnon quibusuis communicatibus & vniuersitatibus, illarumque officialibus, & personis, alijsque quibuscunque, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, quatenus praemissa omnia, & singula inuiolabiliter, & perpetuè obseruent, ac ab omnibus obseruari faciant: neque fratres, monachos, moniales, & alias religiosas personas, aliosque supra dictos super praemissis quomodolibet molestant, & perturbant, neque permittant, per quoscunque quomodolibet molestari, seu perturbari. Et si quis contradicere, aut quouis modo contrauenire praesumpserit, per mandatum executiuum contra ipsum, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, vel praeminentiæ fuerit, ipso facto procedi, & sic per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes (sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicanti, & interpretandi facultate) iudicari, & diffiniri debere, ac, quidquid secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contingerit, irritum, & inane decernimus.

Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, siue eorum Vicarijs in spiritualibus, generalibus, necnon dilectis filijs Curiae caussarum Cameræ Apostolicæ, Generali Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Praepositis Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs quacunqueque Ecclesiarum Praelatis, & personis vrbilibus, & in quibus-

Et bon. et alia superioris dicta

Tenentur commissarij ecclesie dare salē Mē dicantibus &c.

Excommunicatio laicæ sententiæ.

Pœna duorum millium ducatorū, toties quoties contra fit, incurruntur iste pœnæ.

Inhibetur exactoribus et alijs Datarijs, conductoribus, apportatoribus, & communicatibus, ne contraueniant, &c. Episcopi, & eorū curij debent

*obseruari
fatere hoc
privilegiū
inviolabili-
ter.*

*Hoc privi-
legium po-
test sollem-
niter publi-
cari.*

*Contra ga-
bellarios,
& alios col-
lectores,
aut exacto-
res.*

*Potest for-
mari pro-
cessus con-
tra eos, qui
non obser-
nant, &c.
Potest po-
ni interdi-
ctum con-
tra nō ser-
vantes hęc
Bullam.*

*Non ob-
stant ali-
qua huic
privilegio.*

*Numquā
intelligi-*

quibuscunque regionibus, terris, & locis, existentibus, ac alijs, ad quos quo-
modolibet spectat, & spectabit, per præsentem motu simili mandamus, qua-
tenus ipsi: & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios præsentem litteras,
& in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro
parte fratrum, monachorum, monialium, aliarumque religiosarum perso-
narum, præfatorum fuerint requisiti, sollempniter publicantes, illisque in-
præmissis efficacis defensionis præsidio adfidenter faciant auctoritate no-
stra illos, & eorum singulos statuto, ordinatione, voluntate, declaratione,
deputatione, mandato, inhibitione, decreto, alijsque præmissis pacificè frui
& gaudere; non permittentes, eos, de super per Camerarium, Præsidentes,
Clericos, & Commissarios Cameræ huiusmodi, nec non Legatos, Vicelega-
tos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores prædictos, aut
quoscumque alios, ad aliquam solutionem, contributionem vel præstatio-
nem præmissorum, occasione quomodolibet faciendam, quovis modo cogi,
& compelli, aut alias contra præsentium tenorem quomodolibet molesta-
ri, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per præ-
dictas, aliasque opportunas censuras, & pœnas, appellatione postposita,
compescendo, ac legitimis, super his habendis, servatis processibus, in cen-
suras, & pœnas huiusmodi incurrisse: declarando, interdictum Ecclesiasti-
cum apponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachij sæcu-
laris. Non obstante fel. recor. Bonifacij PP. VIII. prædecessoris nostri de-
vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas ali-
quis auctoritate præsentium non extrahatur, ac omnibus illis, quæ in con-
trarium per quoscunque officiales, & quovis alios, ac præsertim per offi-
ciales civitatis nostræ Bononiæ, & quovis alios, adducta sunt hæcenus, &
deducuntur in posterum, ac adduci, & allegari possint, nec non quibuscun-
que litibus, & causis, tam in Romana Curia, quam extra eam, vbilibet, ac
coram quibuscunque iudicibus, etiam palatij nostri causarum auditori-
bus, ac S. R. Ecclesiæ Cardinalibus super præmissis inter quoscunque quo-
modolibet pendentibus, ac etiam instructis, & ad sententiam deductis, vel
etiam à sententia terminatis, nisi in favorem Ecclesiæ fuerint, & præsertim
quadam lite inter huiusmodi regulares, ac ciues, & communitatem dictæ
Civitatis Bonon. in Romana Curia pendente, quas, & quam, ac omnes pro-
cessus, & scripturas productas & producendas, ac registra, & sententias
vbius comparentes, & latas, ac ferendas ad nos auocamus, & penitus ex-
tinguimus, cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumque desuper silen-
tium imponimus, nec non quibusvis Apostolicis, ac in Prouincialibus, &
Synodalibus Concilij editis, generalibus, vel specialibus constitutioni-
bus, & ordinationibus, etiam contra exemptos quomodolibet editis, & ce-
dendis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, &
litteris Apostolicis, illis, & eorum singulis, sub quibuscunque tenoribus, &
formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque
efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs
decretis in genere, & specie, etiam motu simili, certa scientia, etiam consi-
stentialiter, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium
concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores præ-
sen-

sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore per-
mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contra-
rijs quibuscunque, aut si al quibus communiter, vel diuisim ab eadem sit
sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint
per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo
ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud San-
ctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 29. Iulij. 1566. Pontificatus nostri
anno primo.

*tur hoc pri-
uilegium
reuocatum
nisi mentio
de eo fiat
de verbo
ad verbu.*

Quamquam priuilegia concessa à Pio V. ordinibus Mendicantium, *Submoni-*
fuerint per Greg XIII. in extrauag. In tanta reuocata, & quantum *tio.*
ad alia priuilegia olim dictis ordinibus concessa à Rom. Pontificibus, ea
reducerit in eum statum, in quo erant ante Concilium Trident. exceptis
ijs, in quibus ei aperte aduersantur: non tamen vlla ex parte hoc priuile-
gium fuit sublatum, imminutum, aut alteratum, & ratio fuit; quia in hisce
rebus iurisdictio Episcoporum non solum non tollitur, aut minuitur, sed
potius confirmatur, consolidatur, ac roboratur.

NOTANDA TEMPORÆ IVBILEI. Cap. I I.

Tempore subilei, aut similibus gratiarum, illi, qui publice non reuoca-
uerint, deleuerint, & cassauerint ordinationes, & decreta edita con-
tra libertatem Ecclesiasticam; quantum ad eos spectat, non consequuntur
effectum dicti Iubilei, & item debent hoc significare Papæ.

Item excommunicati, suspensi, & interdicti, vigore Iubilei absoluti, nisi
satisfecerint ijs, propter quæ censuræ ipsæ latæ fuerint, reinciderunt, & re-
incident in dies in easdem censuras, prout declarauit Pius V. 1568. & Gre-
gor. XIII. 1572. & 1574. in hæc verba videlicet.

Declaramus tamen tam præteritas, quam alias quascunque super con-
cessione similibus, vel dissimilibus Indulgentiarum à nobis, & prædecesso-
ribus nostris hæctenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas
litteras, Christi fidelibus ipsis nisi in foro conscientiar, & pœnitentiæ tan-
tum, non autem in foro fori, & contentioso, nisi satisfecerint ijs, propter
quæ censuræ ipsæ latæ fuerint, nullatenus suffragari, eosdemque Christi
fideles illis iuxta huius nostræ declarationis formam, & tenorem, & non
aliter, nec alio modo vti, aut eis se inuante posse, & potuisse: Quinimmo
eos in easdem censuras postmodum reincidisse, & in posterum reincidere.
Sicque ab omnibus quauis auctoritate fungentibus ceteri, & iudicari
debere; irritumque, & inane quidquid fecus à quoquam quouis prætextu,
aut colore, scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hæctenus, vel in
posterum contigerit attentari. Non obstantibus, &c. 1572. tertio idus Se-
ptemb. Pontific. nostri anno primo.

*Vide Bul-
lam in Cœ-
na Domini
nu. 15. &
infra in ea-
dem Bulla
§. Declarã*

*tes,
Hoc idem
tunc de ex-
communi-
propter in-
debitã exa-
tionem à
clericis in-
transiustis
uoriam.*

NO

NOTANDA SVPER HAC APOSTOLICA DECLARA-
tione. Cap. I I I.

Primo nota, hanc reincidentiam pendere etiam ex cap. eos, qui De-
senten. excomm. lib. 6. & ita, quod hic docet Papa, non est nouum ius,
sed veteris inculcatio, ac declaratio.

Secundo, collige, multas communitates adhuc remanere interdicto su-
biectas, aut saltem in interdictum relaptas, eo quod non satisfecerint ijs,
propter quæ censura hæc in eas lata fuit à iure, vel generatè tamen ab
homine. Nam pluribus in locis Italiæ, & extra adhuc remanent aliquæ or-
dinationes, aut decreta, quorum vigore multi exactores aut quaterni talis,
aut carnis, aut huiusmodi in personas Ecclesiasticas, aut etiam pro portu
in transitu fluuiorum, vbi talia data, & pedagia solent subhastari, seu incan-
tari, aut alias locari, adhuc in eodem officio excommunicationi, & centu-
ris subiecto, perseverant. Quia videlicet præfatæ communitates, sive Pote-
states, Consules, Gubernatores, & Consiliarij, neque etiam tempore Iubi-
lei dictas ordinationes reuocauerint; nec ex eorum archiujs deleuerint,
nec eorum exactoribus, quo minus dictas in posterum exactiones illicitas
(etiam ex immemorabili tempore factas) facerent, aut continuarent, muni-
me inhibuerint, vide gloss. singul. Clem. Præfenti, de cens. & remanebis at-
tonitus ob tantam multorum cæcitatem, vel potius obstinationem.

Tertio, nota tales exactores contra personas Ecclesiasticas etiam reinci-
disse in excommunicationes, & censuras, propter prædicta incurfas, nec ex-
cusari propter obedientiam, præsertim si se ad illud munus ingesserint, vt
inquit Siluester in verbo Gabella, ac scito eos teneri ad restitutionem per-
ceptorum gabellarum, datiorum, ac pedagiorum, aut huiusmodi illicita-
rum exactionum, si tamen eorum communitates, aut alias domini, aut Prin-
cipes, quacunque fulgeant dignitate, etiam Regali, aut Imperiali non resti-
tuerint cum effectu. Nam etiam tales domini omnes incidunt in excommu-
nicationem, si eorum tacito etiam consensu prædictæ exactiones, aut po-
tius extorsiones fiant, aut permittantur, & item tenetur ad restitutionem,
non obstante quauis consuetudine, etiam longissima in contrarium, iuxta
contenta in cap. Quamquam de cens. lib. 6. & Gab. in 4. dist. 13. & consen-
tit Nauarrus, quicum de hac re Romæ sum locutus.

Quarto scias, me semper multum dubitasse, an multi Principes, & etiam
Marchiones, ac Duces, & huiusmodi viri magnates (recognoicentes tamen
superiorem in temporalibus, & à quibus de iure datur appellatio) recepe-
runt vmquam virtutem Iubilei, immo, & remissionem peccatorum? Nam,
cum non possint prædicti Principes imponere subditis suis laicis aliquod
nouum pedagium, aut gabellam, neque etiam possunt augere antiquam,
neque vt valeant ipsis pedagijs, veltigalibus, aut gabellis iam olim impo-
sitis, aut auctis (nisi ab immemorabili tempore fuissent imposita, aut aucta)
sine expressa licentia Romani Pontificis, aut sui Imperatoris, aut sui Regis,
vt patet in cap. super quibusdam, de verb. signif. alias, à tempore Concilij
Constantiensis citra incurrerant, & semper incurrunnt ipso facto in excom-
municationem contentam in Bulla Cœnæ Domini, Papæ reseruatam. Non
possunt

Nota

*Infiniti ho-
die in hoc
peccant.*

Nauarrus

*Nota su-
pra exa-
tione ga-
bellarum
à laicis.*

Nota.

possum bene videre, quomodo plures hodie Barones, Demini Principes, ac praefati Duces, etiam in Italia, non reincident, & in dies non reincident in dictam excommunicationem, cum multi ex eis absque legitima licentia, & sapissime etiam sine legitima causa (quod peius est) subditis suis noua pedagagia, aut portoria, aut gabellas, aut veftigalia imponant, aut augeant antiquas impositas, aut saltem vtantur de nouo olim impositis, aut auctis pedagijs aut gabellis ab eorum progenitoribus. Qua in re non exculantur, neque ab excommunicatione (vt praefertur) incurfa, neque etiam a restitutione, prout aiunt De Cl. & probatur argumen. cap. tua de usuris: Et nota quod non sufficit habere merum, & mistum imperium ad hoc, vt quis possit imponere nouas gabellas, & cetera, vt supra, sed oportet habere summum imperium sine recognitione, vt supra dictum est, vt etiam ait Nauarrus vir doctissimus. Et propterea dicere possum cum Beato Ioanne Potentes poterent tormenta patientur, & item recte dicere, Vt Mundo a scandalis, & demum cum Paulo Apostolo, Radix omnium malorum est cupiditas. Vnde miror ego quomodo Principum confessarij damnablem hanc rem pertranseant, nam etiam ipsi in excommunicationem incurrunt, si contra Bullam in Coena Domini tales supradictos absoluant.

Nota bene.

Hoc idem sentit Fracis. Tolet. Contra obfessarios. principiu

Quinto, Nota quod, si quis excommunicatus, etiam Papali censura irritus, contenta etiam in Bulla Coena Domini, aut aliter quomodocunque, censuris subiectus faciat debitam satisfactionem, aut pareat, cui parere debet, iuxta consilium sui confessarij, prudentiam habentis, non reincident in posterum in censuras; neque tenetur se Apostolico conspectui praesentare, etiam si alias, vigere cap. eos qui de sent. excomm. ad se praesentandum fuisset obligatus, si tamen accipiat Iubileum; tunc quando pro tempore promulgatur a Papa, & seruatis alias de iure seruandis in illo foro.

Sexto, aduerte argumentum hic a contrario sensu non valere, scilicet, ergo, si quis satisfecerit ijs, propter quae censuratae fuerunt, poterit etiam in foro feri frui beneficio Iubilei non inquam valet, quia dictio exclusiua praecessit, videlicet, in foro tantum penitentiali, & debet intelligi coniunctio, videlicet, & nisi satisfecerit. Hinc autem collige, quod si quis post acceptum Iubileum accusaretur super aliqua incurta censura, non poterit allegare gratiam acceptam in dicto Iubileo, vel per viam summi penitentiarij Romae, sed de iure poterit procedi contra eum, perinde, ac si nunquam dictum Iubileum accepisset, & proinde in noua absolutione in foro forei debet absolui, prout etiam declarauit Greg. XIII. & eodem modo intelligenda venit Bulla Cruciatæ De æquitate tamen mitius cum tali agendum erit, quam si Iubileum non accepisset. Caue tamen, ne colligas hinc per Iubileum tolli aliquam irregularitatem, etiam in foro conscientiae: tum quia irregularitas non est censura, vt supra lib. 1. cap. 25. norando 55. pag. 32. dictum est; tum etiam quia irregularitas non absoluitur, sed super ea dispensatur: vt patuit superius in forma dispensandi super irregularitate trahitur ad facultatem dispensandi, & hoc bene nota, quia in hoc infinito praene decipiuntur, & dormitant, damnablemter oscitantes, nec suae salutis remedia procurantes. Vide quoad vltimum casum Abb. cap. Quisquis de elec. num. 8 quia potestas absol non trahitur ad facultatem dispensandi.

Insuper (sed hoc incidenter dictum sit) scias quod absolutus in Iubileo

B b

ab om-

ab omnibus censuris (saltem ad cautelam, eo modo, quo supra dictum est in Notandis confessario, Notando 7. lib. 1. cap. 25. pag. 30. si postea, quocumque tempore contingat eum recordari alicuius criminis habentis annexam excommunicationem, etiam contentam in Bulla Coenae Domini, cuius nomen quam confessionem fecit in particulari, eo quod illius oblitus fuerat, non tenetur pro illo peccato adire superiores, quia non censentur amplius reseruatum, nec amplius reuera annexam habet censuram ullam, & haec est communis Doct. sententia. Et idcirco propter multos casus emergentes, & propter conscientiarum stimulos tollendos, eam memoriz commenda.

Notandi.

Verum hic timendum est saepe, utrum confessarius saltem ad cautelam penitentem ab omnibus censuris (inquantum potest) absoluerit. Quia si obignorantiam, aut obincogitantiam hoc praetermisit, proculdubio penitens tenetur absolutionem ab excommunicatione de nouo petere, si cuius peccati habentis annexam excommunicationem tempore Iubilei oblitus non obtinuit absolutionem saltem in generali ad cautelam a suo confessario, & propterea fugiendi sunt imperiti confessarii, tamquam iudices, ac Medici periculosi; & quoniam ego hunc casum praemanibus saepe habui, idcirco per viscera Christi eos hortor, & obsecro, ut obseruare velint, quod superius in Notandis confessariorum Notando 7. cap. 25. pag. 30. dictum est, Admoneo autem penitentes, ut si quando talis casus eis acciderit, & confessarios iuxta omnium opinionem probatos, ac conuenienter doctos habere consueverint, non dubitent se fuisse ab omni censura absolutos tempore Iubilei; nec velint timore trepidare, ubi non est timor; satis enim eo casu oblitum peccatum suo aut ab approbato confessario sacramentaliter reuelare, ac satisfactionem pro modo culpe suscipere.

Hortatio.

Postremo scias, quod si quis in casu praedicti emanati Iubilei, reperiretur specialiter, & nominatim excommunicatus, vel declaratus, vel si percussisset clericum notorie, ita ut nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo iuris suffragio se tueri (quibus casibus hodie de consuetudine, & in praesens est receptum, ut eitentur excomm. prout in animaduertentis confessionis est dictum, licet stricto iure inferius cap. 13. & seq. aliter sit disputatum.) tunc talis in foro conscientiae tantum possit absolui, quacumque foret excommunicatione irretitus a quocumque confessario approbato; & ita dando eleemosynam, orando, & adimplendis contentis in Iubileo, posset consequi indulgentiam illam, alioque effectus spirituales prout elicitur etiam ipsimet illis Iubilei. At adhuc esset euitandus, sicut prius, & indigeret ab oratione in foro fori, sicut prius, seruatis alias de iure seruandis; prout fuit decilam Neapoli in quadam congregatione Theologorum, ac Canonistarum. Crediderim vero ego, quod si talis ita excommunicatus post receptam absolutionem, posset occulte Sanctissimam Eucharistiam percipere, id ei non foret tunc illicitum. Quod id illi commodum erit haud fuerit, poterit Iubileum incipere, supplendo in reliquis iuxta tenorem Iubilei. His autem ita scriptus egregius Franciscus Pegna idem se sentire ore tenus dixit.

DE SIMONIACA PRIVATATE. Cap. I V.

DE Simonia hæc pauca in generali duxerat hic afferam, & breuiter explicabo:

In primis scito, hanc labem esse non modo damnabilissimam, quemadmodum cetera sunt crimina cum per ea homo in Dei Opt. Max. indignationem incurrat; verum etiam pestilentissimam, simulque periculofissimam in Ecclesia Sancta Dei. Nam, si fuerit simonia realis in ordine, aut in beneficio commissa, hæc enim sola est censuris subiecta.

Primo, quidem incurritur in tale crimen ab ipso clerico, seu laico dante, vel recipiente, vel mediatore.

Secundo, incurritur in excommunicationem latæ sententiæ cum reseruatione Roman. Pontif. nisi in articulo mortis, & tunc quidem, seruans ijs, quæ de iure seruari debent, prout superius dictum est lib. 1. cap. 18. pag. 25.

Tertio, priuatio ipsius beneficij ipso facto, etiam in foro conscientie absque alia secuta declaratione, seu condemnatione.

Quarto, si ante absolutionem celebretur Missæ sacrificium, incurritur in irregularitatem, quæ quidem nec Iubileorum vigore potest aboleri; & super tali contracta irregularitate difficillime Papa solet dispensare.

Quinto tenetur ad restitutionem fructuum, tanquam iniuste perceptorum, cum non fuerit ingressus per ostium in ouile ouium, & ideo furtum, ac sacrilegium, tales redditus percipiendo, perpetraverit.

Sexto, est inhabilis in futurum ad habenda beneficia, vt in eo, in quo deliquit, puniatur, & proinde etiam si talis clericus fuerit dispensatum per sedem Apostolicam, adhuc tamen incapax beneficij existit, & sedes Apostolica nunquam solet super retentione beneficij tenuissimi, etiam per viam penitentiarie rehabilitare.

Septimo, cum fuerit deceptor animarum, non habuit potestatem de iure absoluendi penitentes sibi subditos in foro penitentiali; cum nullum ius in illo beneficio, quod sic adeptus est prorsus habuerit: ipsi tamen penitentes excusantur apud Deum, tum ob ignorantiam inuincibilem, tum etiam ob ignorantiam inuincibilem tum etiam per extræag. Concilij Constant. sub Mart. V. quæ incipit. Ad euitanda, de qua inferius cap. 13:

Deinde scias, quod cum multi sint casus, in quibus simoniæ vitium tam inadipiscendis, quam in resignandis, seu cedendis, ac etiam permurandis beneficijs Ecclesiasticis, incurritur: idcirco necesse erit cuiuslibet beneficia adepturo prius summissas in verbo Simonia euoluere, ac item extrauagantem Pij V. quæ incipit, Intolerabilis. Et demum Nauarri Manuale in verbo Simonia. cap. 13. num. 100. qui præ alijs nonnullos casus simoniacos, in quibus quotidie ferè peccatur, adnotauit. Alias, vè tibi si in simoniæ laqueos incideris, quia non exibis inde, donec reddas vsque ad vltimum quadrantem. Nomine autem beneficij, intellige etiam prioratum, guardianatum, & huiusmodi, prout recte adnotauit Caietanus in Summula super censuram contra Simoniacos, & est communis doctrina itaque regularis prælatus promittens prioratum simoniace, incurrit omnes has pœnas superius re-

Bb a censu.

*De sententia
excom. eor
qui libr.
sexto.*

centitas, si sequatur effectus, pro quo vide etiam inferius cap. 6. notand. 4.

QVÆSTIVIT MARTINVS V. IN CONCILIO CONSTANTIENSI CONTRA SIMONIA COS, HÆC SÛNT. Cap. V.

Sacro approbante concilio, declaramus, ordinatos simoniace ab executione suorum ordinum esse eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniace Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumque per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati, aut prouisi, faciant fructus suos sed ad illorum restitutionem, tamquam iniique ablatorum teneantur percipientes: statuentes in super, dantes, & recipientes ipso facto in sententiam excommunicationis incurrere, etiam si Cardinalatus præfulgeant dignitate, ea qua non possunt absolui, nisi, &c.

*Absolutio est Papa-
lis.*

NOTANDA SUPER HANC CONSTITUTIONEM. Cap. VI.

Primò nota, tantummodo simonia in ordine, & in beneficio hic comprehenditur: unde alij simoniaci circa administrationem sacramentorum licet mortaliter peccent, non tamen in excommunicationem maiorem incurrunt.

Secundò, scito, hic non comprehenduntur mediatores in simonia, nec procuratores, sed in constitutione Pauli secundi comprehenduntur, ut inferius est videre. Cap. 7. huius libri.

Tertiò, notabis, hic simoniacos pro ingressu Monasterij non comprehendunt, sed suo loco relinqui, ut inferius patebit. cap. 11.

Quartò, aduerte, appellatione beneficij etiam Prioratum, Guardianarum, & similia venire, quouis nomine nuncupentur, quæ suat prælationes, & officia pastoralia apud Mendicantes: quoniam Monasteriorum seu conuentuum sunt electiones, confirmationes, seu prouisiones huiusmodi, quamuis inter beneficia ecclesiastica cõmuniter non computentur.

*Digressio
vtilissima*

Et hinc est, quod Nauarrus in cap. 18. q. 2. num. 8. super cap. Non dicatis. 12. q. 1. considerans frequentatas electiones in Monasterijs esse valde periculosas propter dictæ simoniæ vitium, ac censuras, existimat, melius omnino esse, Abbates; ac item ordinum Priores, Generales, atque locales debere esse perpetuos, quam contra: non ita tamen, ut dicti Priores, aut Guardiani, aut etiam Abbates, & huiusmodi Prælati inferiores vlllo modo debeant in eodem Monasterio perpetuè permanere, sed ut secundo quoque anno, aut huiusmodi debeant in aliud Monasterium transferri: nec item ita, ut à Monasterij fratribus in prima electione eligantur, sed ut à

*Sess. 25.
cap. 6. de
Regulare*

capitulis generalibus, seu prouincialibus, aut à Patribus diffinitoribus (per secreta tamen suffragia iuxta Concilij Tridentini decretum) habitati super eorum vita, & moribus plenissima relatione, tales Abbates, aut Priores,

Priores, aut Guardiani creentur, ac postea elapso biennio, aut eo amplius secundum quod eis permiffum fuerit à sede Apostolica, de loco ad locum transferantur nisi ob demerita mutandi essent. Quanta autem hinc bona consequantur, lege eundem Nauarrum, virum alioqui valde pium, ac doctum, in dicto cap. Nullam &c. Ego vero, licet hanc Nauarri opinionem aliquando probauerim, hodie tamen in hac re anceps sum, cum valde probabiles rationes essent pro vtraque parte; tum propter incautam electionem ab initio factam, & præsertim, quoad capita ordinum si enim ex diuina permissione perpetuo futurus Abbas generalis, aut huiusmodi: obseruantiæ regularis amans minime sit profecto ruent omnia, quia ab eius ore ceteri pendent Ministri.

in electione, & in fra ca. 20. nu. 24. Nauarri opinio non omnino placit.

QVÆ ADDENDO STATVIT PAVLVS II. CONTRA SIMONIAcos in ordine, & beneficio, hæc sunt. Cap. VII.

CVM detestabile scelus simoniæ, &c. & infra Omnes, & singulas in excommunicationis, suspensionis, priuationis, & interdicti sententias, censuras, & poenas, dudum à Rom. Pontificibus latis contra simoniacos (videlicet in ordine, & in beneficio; vt superius patuit) quemlibet tam occultum, quam manifestum ipso facto, incurrere volumus, & inferius. Statuentes præterea, quod vniuersi, & singuli, qui quomodolibet dando, vel recipiendo, simoniam commiserint; aut, vt illa fiat, mediatores extiterint, seu procurauerint, in sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi à Rom. Pontifice non possint absolui, præterquam in mortis articulo constituti. In extrau. Gum. De simonia.

Vide superiorem.

NOTANDA SVPER HANC CONSTITVTIONEM. Cap. V I I I.

Nota per hanc extrauagantem declaratum esse etiam simoniacum occultum incurrere in prædictas censuras, & poenas: & additum est, ipsos etiam mediatores, aut procuratores subiacere prædictis poenis, quibus poenis, hac inhabilitate includuntur indifferenter omnes, et laici.

QVÆ ADDENDO STATVIT PIVS V. CONTRA SIMONIAcos, in extrauag. quæ incipit. Cum primum, hæc sunt.

Vbi aduerte vtrum, scilicet, ordinarios fore ipso facto suspensos, si desinunt procedere contra simoniacos in ordine, vel beneficio, vt ibi idem Pius V. statuit, ita dicens. Cap. I X.

ET, vt simoniæ prauitatis labes prorsus abolerentur, constitutiones antecessorum nostrorum contra simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus & delinquentes, tam in sacrorum ordi-

ordinum receptione, quam in beneficiorum executione statutis etiam inferius pœnis nostra ac auctoritate affici, volumus. Quicumque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit, in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacæ acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacæ adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda.

Si quis autem tale crimen sæpe commisisse conuictus fuerit, præter supra dictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eiciatur. Qui vero ordines, & beneficia contulerint pœnis à iure statutis puniantur, cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis fuerint, etiam si, &c. Caueant præterea quicumque, ne in sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid faciant. Alioquin grauissime puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos maxima ieneritate coercere procurent, iuxta Conc. Trid. statuta.

NOTANDA SUPER HANC CONSTITUTIONEM.

Cap. X.

*Notabile
grauissimum.*

Notanda diligenter quæcunque addidit Pius V. dictis superius extravagantibus. Nam præter alias recensitas pœnas, etiam inhabilitatis notam subiunxit, & ita hodie omnes simoniaci in beneficio (non tamen mediatores) sunt inhabiles ad omnia beneficia, prout supra.

Et hoc bene nota, quia nullus ante me hoc adhortauit. Vnde, quod in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 18. §. Caueat. in illo casu simoniæ in vitiis incurrant, & absolui nequeant, nisi dimissis beneficijs, & ad alia imposteriorum inhabiles reddantur) hodie generaliter in simonia, quoad beneficia, factus est canon lætæ sententiæ.

QUÆ STAVIT VRBANVS V. CONTRA SINGVLARES

personas aliquid ex pacto dantes, aut recipientes pro ingressu religionis, hæc sunt. Cap. XI.

*Supra c. 6.
pag. 311.*

Sane, & infra. Vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Pæpositis, & Magistris, nec non Abbatissis, & Priorissis, alijsque Prælatibus quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus, &c. quorumcumque Monasteriorum, domorum, & locorum, quarumlibet Religionum, ordinum etiam militiarum, &c. Districtius inhibemus, ne tam à maribus, quam à mulieribus religionem eorum ingredi volentibus, &c. in earundem personarum receptione, aut ante, vel post illam, quoscumque pactus, prandia, seu cenas, pecunias, localia, aut res alias, etiam ad Ecclesiasticum, seu quemuis

pium vřam alium deputata, vel deputanda directē, vel indirectē petere, vel exigere quouis modo pręsumant. sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in vřtu. & vestitu, sicut alias personas Ecclesiarum suarum, seu monasteriorum, &c. sincera caritate pertractent. Illa dumtaxat, quę ipsę personę ingredientibus pure, ac sponte. & plena liberalitate, omnique pacto cessante, dare, vel offerre Ecclesijs, vel Monasterijs voluerint. cum gratiarum actione licite recepturi. Sub pœna excommunicationis latę sententię, si personę fuerint singulares, tam dantes, quam recipientes: & suspensionis ipso facto incurrendę, si fuerit capitulum à quibus non nisi ab Apostolica Sede valeant absolui. In extrauag. comm. sane. De simonia.

NOTANDA SVPER HANC CONSTITVTIONEM.

Cap. X I I.

NOta, hanc constitutionem comprehendere omnes, sed in duabus tantum actionibus videlicet, in dando, & recipiendo.

Item nota, quod, sicut in ceteris simonijs ab Ecclesia punitis regulariter requiritur pactio, ita & in hac, & ita ex pacto tacito scilicet, vel expresso tantummodo dantes, & accipientes sunt excommunicati, non autem si sine pacto, quantumcumque intentio peruersa adesset.

Hic locus est singularis.

Tertio scias hodie per contrarias Romanorum Pontificum extrauagantes non habere locum hanc constitutionem in Monialibus, quoniam eis ratione dotium præcedente pacto omnia dantur, possent tamen, & ipsę in hoc delinquere, si videlicet peruersa, & non permessa pacta præcedere.

Quarto, scito, profectionem emissam ab huiusmodi excommunicato validam, ac ratam esse, pro quo vide Panorm. & Felyn. in cap. Cum illorum De sent. excomm. & Nauarr. in cap. Statuimus 19. q. 4. au. 35. Alias ex maleficio commodum etiam reportaret.

Postremo aduerte, quod regulariter assertum, debere in simonia præcedere pactum, quia hodie in multis casibus, etiam sine expresso, sed solo nutu, aut subornatione præcedente, in eam incurritur. Quocirca Pius V. in extrauag. Quanta vbi circa medium, sic ait.

Caveant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni, tam Ecclesiastici, quam laici, quicumque sint, ne verbo, quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs, successores ab ipsis resignantibus, aut alijs, eorum significatione, vel hortatu designent, aut de his assumendis promisso inter eos, vel etiam intentione qualiscumque intercedat. Ceterum præcipimus, atque interdiciamus, ne Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis prædictis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant providere. Quod si fecus, ac etiam quicumque temere attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernemus non habere. Qui vero contrafecerint, vt in eo, quod deliquerint, puniantur, à beneficiarum, & officiorum collatione, nec non electio-

Nutus, & signa.

*Nota hæc
excommuni-
catione.*

electione, præsentatione, confirmat. one, & institutione, prout cuique com-
petierit, tandiu suspensū remaneant, donec remissionem à Romano Pontifi-
ce meruerint obtinere; & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos
prædictis poenis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensū
conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instruere ausi fuerint, excom-
municationis quod ad personas, quo vero ad capitula & conuentus à di-
uini suspensionis sententias ipso facto promulgamus. A quibus nullus ab-
soluti possit, nisi per Rom. Pontificem, excepto mortis articulo. &c. prohibi-
tione, & litteris nostris prædictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo
valituris &c. Non obstantibus, &c. Considera etiam hoc idem in Bulla
contra confidentes fortasse haberi. Pius V. II. tollerabilis.

*Suborna-
tio excom-
municata.*

Quantum vero ad subornationem, sic statuit Pius V. in extrauag. directæ
ad fratres ordinum Minorum de obseruantia nuncupatos, quæ incipit. Pa-
storalis, &c.

*Ut inã mul-
ti non de-
linquãt ho-
die in hoc
inperniciẽ
suarum a-
nimarum,*

Qui vero in electionibus omnibus, vel ante eas per sex menses pro se
vel pro alio subornauerit, in excommunicationis, sententiam ipso facto in-
curtat, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, ab-
soluti non possit, ac voce actiua, & passiua perpetuo careat subornatus,
vel alius etiam, pro quo subornatio fiet; qui subornantem non detulerit,
in eandem poenam incurrere censetur. Qui autem ad officium obtinenda-
rum quorumvis fauorem extra religionem procurauerit, ultra prædictas
poenas per mensem carceri mancipetur.

**EXTRAVAGANS ITERUM LATAS, ET RENOVATA IN
concilio Lateranensi ultimo super modo euitandis excommuni-
catis, susp. & interd. hæc est. Cap. XIII.**

AD euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendam con-
scientijs timoratis, constituimus, vt nemo posthac teneatur abstine-
re, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administ-
dis, aut recipiendis sacramentis, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa,
ratione alicuius sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ, aut suspensionis, aut
prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ, neque serua-
re interdictum Ecclesiasticum, si illa talis sententiæ, prohibitio, suspensio,
aut censura non fuerit promulgata, & denunciata specialiter, & expresse
à iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ec-
clesiam, aut locum certum, aut certam, neque manifestè constet incurrisse
in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut
aut per aliquod remedium iuris excusari. Quia à communione huius vo-
lumus, quod separant se, iuxta canonicas constitutiones. Per hoc tamen
non intendimus releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos,
interdictos, aut prohibitos. *scilicet.*

NOTANDA SUPER HANC EXTRAUAGANTEM.
Cap. X I V.

Primo scias, hanc constitutionem, à pluribus dici, fuisse editam in Concilio Constantiensi sub Martino V. sed reuera in illo Concilio non inuenitur vilo modo registrata, sed in Concilio Basileensi (quod tamen hodie præter primas quasdam sessiones, non habetur pro authentico passim apud doctores) sess. 11. habetur, & quia fuit vsu recepta, idcirco crediderim ego ante Concilium Basileense fuisse editam à Martino V. & quia hic Pontifex in illo Concilio fuit creatus, idcirco à Doctoribus dictum est postea, eam constitutionem in Concilio Constantiensi factam fuisse, cum super ea re cum dicto Rom. Pont. patres illius Concilij verba fecerint Verum tamen (quod sciam) nec hodie apparet copia nec exemplum prædictæ extrauagantis sub nomine præfati Martini V. & concordare videtur Francisc. Viêt.

Secundo nota, eam sub iisdem fere verbis, sicuti hodie impressam habemus in dicto Concilio Basileensi, fuisse in Concilio Lateranensi ultimo renouatam.

Tertio miror supra modum, quomodo plures doctores, & summissæ ita hallucinati fuerint, aut ita cum saltantibus saltauerint, vt præfatam extrauagantem, de re tam seria tractantem, non sincere retulerint. Nam Concilium exceptionem facit super omni excommunicato notorio, nullo iuris suffragio se tueri valente, & ita omnem notorū quomodocunque (vt præfertur) excommunicatum, aut alias centuris irretitum tenemur de iure hodie euitare, sed de consuetudine iam forte recepta intelligatur de percussione clerici notorie tantum, ipsi autem præfati doctores tantummodo de percussore clerici notorio exceptionem conscripserunt, & ita prædictæ extrauagantis verba ab aliquibus forte decepti alterarunt, aut ex inconsideratione, eum qui alterauit, secuti sunt.

Quarto scias, quod non solum de iure veteri, vt superius patuit, sed etiam ex Romanæ Curie stylo apparere videtur omnem notorie excommunicatum fore euitandum. Nam in extrauagante Pij 4. edita ad perpetuam rei memoriam super translati, seu Apostatis, post medium. §. cum autem dnm moderatur Bullam Pauli 4. contra Apostatas, inter alias causas, quas adducit ad eam moderandam, hanc etiam subdit, ita inquires, [sicque ob earundem litterarum rigorem magnis confusionibus inuoluti, ac miterijs, & calamitatibus oppressi, omnibus remedijs destituti, ac perpetuis centuris innodati, ciboque spirituali, & temporali priuati remanent, ita, quod vel fame perire, aut in extremam desperationem adduci cogentur. Alijque Christi fideles ob magnam dictorum Apostatarum multitudinem vix eorum conuersionem effugere, & exinde excommunicationis in cursum euadere possent, & propterea, &c. in extrauag. Sedis Apostolicæ. M. D. LX.

Igitur, aut ignoranter hæc verba posita sunt, quod quidem absurdissimum est, aut certe dicendum est, omnem notorie excommunicatum, qui nullo iuris suffragio possit se tueri, cuiusmodi erant illi Apostatæ, fore

*Nota bene
ne hunc lo
cum.*

*Verba
Bulla.
Hic est to-
tus pun-
ctus.*

66

euitas.

euitandum, & participantes cum huiusmodi, nisi in casibus permissis, fatendum est; excommunicationis minoris, laqueo irretiri, iuxta præfatam extrauag. Concilij Lateranensis.

*Aliud sibi
damentum.*

*Hic est pñ.
Cua.*

Item alio fundamento hæc eadem sententia roboratur. Nam præfatus Pius 4. in Bulla edita ad perpetuam rei memoriam, & subscripta ab omnibus Cardinalibus super reformatione Conclauis in electione Romani Pontificis, quæ incipit, in eligendis, &c. circa finem, sic ait. Et ne dissensionis occasio, aut schismatis oriatur, volumus, censuratum, & excommunicationum præfatarum, & aliarum quarumcumque præfatu Cardinalis à Pontificis electione actiue, vel passiuè nullo modo excludi posse, & infra. Decernentes quoque excommunicationes, & censuras ipsas eum solum affigere, qui deliquerit, non autem alios, conclauis durante, cum eo conuersantes, &c. igitur ex his verbis illud idem habetur, quod probare intendimus.

Hæc, ut solus videar hoc aduertisse scias, quod Concilium Bituricense in pragmatice sanctione Gallicana, titul. de excommun. non vitanda, & item Syluester in ver. excommun. quinto, num. 9. & supplementum in ver. suspensio, & Abbas Panorm. in Clem. 2. de senten. excommun. & Felynus, vt inferius dicitur, aiunt, omnem notorie excommunicatum hodie debere euitari, & non restringunt hanc partem ad notorium clerici percussorem tantummodo, sicuti male plures alij referunt decepti, vt supra, sed ad omnem notorium indifferenter, Hoc idem sentit Nauarrus in suo Manuali, c. 9. num. 7. vsque ad 8.

Quinto, nota, quod textus illi qui declarant, quando excommunicatus occultus debeat euitari, & quando non debeat, procedunt secundum tempus antiquum, & non nostrum, propter supra relatam extrauag. ad euitanda; scito tamen semper, quod etiam hodie à iure excommunicatus, ipso facto afficitur, & inhabilitatur, quoad eius omnes potentias, absque alia iudicis declaratione, Felyn. de Rescr. cap. Rodul. nu. 71.

Sexto, scias, excommunicatum specialiter ob contumaciam non comparendi, vel non parendi, antequam declaratur, & denunciatur, non esse hodie euitandum, propter verbum, quod sequitur in dicta extrauag. ibi, specialiter, & expresse, quia oportet, eum, qui non est notorius, & non solum specialiter, sed etiam expresse, id est, nominatim denunciatum, & ita vsus. Vrbis, & Orbis habet, & consentit etiam Nauarrus.

De Thom.

Septimo, scias, hodie propter dictam extrauag. licere orare publice pro excommunicato, dummodo non sit denunciatus, aut notorius. Nec obstat D. Thomæ doctrina, & aliorum Theologorum, quia eo tempore dicta extrauagans lata non fuerat. Vnde nec sepultura hodie negatur excommunicatis, nisi fuerint notorii, aut denunciati, vt supra. Quia propter tota doctrina Theologorum tradita olim super participatione cum excommunicatis, restringitur hodie in duobus casibus tantum videlicet, ad excommunicatos notorios, & ad denuntiatos, loquendo de iure, sed quod receptum sit in praxi de consuetudine, vide supra cap. 3. huius libri circa finem, ipsi tamen excommunicati etiam occulte in nullo reuelantur per præfatam extrauagantem, nec quantum ad pœnas spirituales, nec quantum ad temporales: prout superius dictum est in Morandis confessorum, pag. 31. Notando.

tando requirere præsentationes ad beneficia eorum, qui occulte subiacent excommunicationi, etiam hodie sunt ipso iure nullæ, & item electiones, postulationes, confirmationes, institutiones, collationes, provisiones, & nominationes sunt irritæ: cap. si celebrat, & cap. Postulasti, de cler. excomm. Vide etiam Felyn. de rescr. c. Rodolphus. nu. 71.

Hæc bene nota.

Octavo, adverte, quod hodie absoluti à iuis parochis, aut ab alijs sacerdotibus approbatis excommunicatis (nisi vt supra) non peccarunt, nec tenentur reiterare confessiones, sed verè perceperunt ipsum sacramentum, quod tamen olim sic non erat, sed tenebantur suas confessiones reiterare: quod tamen verum non esset, si tales parochi denunciati essent.

Sed hoc erit discrimen. Quia proprium parochum excommunicatum (nisi in dictis duobus casibus) licebit sine omni peccato inducere, ad quæcunque sacramenta ministranda, alios vero minime, nisi in articulo mortis. Non tamen ego sentio cum Soto in 4. sent. qui purat, eo in casu neque ipsos Parochos peccare: nam hoc apertissime repugnat dictæ extrauaganti supra relatæ & item Felyno in dicto cap. Rodolphus num. 73.

Nota.

Soti opinio

Postremo scio, hodie licere sacerdotibus ministrare sacramenta coram excommunicatis, & ligatis; immo, & dare ea excommunicatis occultè, & quando publice se ingerunt cum alijs, vt constat ex textu, & affirmat Syluester.

Submissio.

DUBIUM ARDUUM. Cap. XV.

Sed hic vnum dubium, & quidem satis arduum superest declarandum. Num, scilicet, catholici Galliarum, & Germaniarum, qui cum hæreticis manifestis, immo & palam se tales esse asserentibus, in eorum prouincijs participant in externo conuictu, peccent, atque in excommunicationem minorem incurrant, cum præfati Lutherani, aut Zuingliani; aut huiusmodi sint manifestè, & notorie excommunicati propter hæresim notoriam.

Respondeo, illos non peccare, & excusari propter necessitatem, quia ibi adest multitudo hæreticorum, contra quos Ecclesia non audet, aut non potest procedere, & idcirco, quod alias esset illicitum, fit hac ratione licitum, per Regul. iuris lib. 6.

SENTENTIA FELYNÏ SUPER DICTAM EXTRAUAGANTEM in dicto tap. eod. tit. num. 73. Cap. XV I.

Salua veritate, quæ ex originali apparere potest, & salua decisione minorum curialium, adhæreo secundæ relationi propter duo. Primo, quia notorius excommunicatus non est necessario denunciandus pro excommunicato, vt paulo supra, verlimata primo rum. 66 & notab. Abb. & Phil. in cap. peruenit, lib. 1. de app. ergo notorius excommunicatus rard euitaretur. Secundo quia Nicolaus de Ausmo, & Abbas hoc idem tenent, & pro fide numquam vidi rationem concludentem, quare magis debuisset exceptuari calus notorij percussoris, quàm alius notorius excom. Hæc Fely.

CC 2

SEN-

**SENTENTIA ABBATIS SUPER DICTAM EXTRAUAG-
gantem in Clem. 2. de senten. excommunic. Cap. XVII.**

A Duerte, hoc vltimum hodie statutum fuisse in Concilio Basileensi festo 20. 5. Ad euitandum, &c. vt non teneatur quis alium euitare in dicitis, vel extra prætextu excommunicationis aut suspensionis aut interdicti, nisi facta per iudicem declaratione: Nisi constituerit, quem in excommunicationem incidisse ita, vt nulla possit tergiversatione celari, &c. vide plenius. HÆC ABB.

**SENTENTIA SUPPLEMENTI, ALIAS NICOLAI DE
Ausmo super dictam extrauag. in verbo clericus. 5. in fine ibi
vtrum à fornicario liceat accipere sacramenta, &c.
Cap. X V I I I.**

S Vper his, & similibus hodie est facta magna innouatio per Concilium Constantiense, & postea per Basileense, antequam reuocaretur, in quo Basileensi Concilio facta fuit quædam constitutio, approbante Domino Eugenio 4. quam, ego extraxi de libro Domini Cardinalis Iuliani tituli sanctæ Sabinae, qui vulgariter dicitur sancti Angeli, qui præfuit dicto Concilio, & mihi hæc constitutionem ostendit in camera, & studio suo Florentiæ, die 11. Decembris. M. CCC CXXX. Cuius tenor est talis. Ad euitandum, & cetera, vt superius dictum est in Concilio hodie Lateranensi, fere de verbo ad verbum, & excipit omnem notorie excommunicatum, vltra omnem nominatim denunciatam, suspensum, aut interdictum, vt etiam est videre in Bullario extrauag.

**SENTENTIA SYLVESTRÏ IN VERBO EXCOMMVN,
V. num. 9. Cap. X I X.**

S Ed in hoc notandum est, quod alium textum huius constitutionis, dicit SUPPLEMENTVM, Clericus 3. in se descripsisse de libro proprio Domini Iuliani Cardinalis, qui præfuit dicto Concilio Basileensi, per quem textum excipitur, non solum notorius percussor clerici, sed generaliter omnis notorio facto excommunicatus, ita quod nulla possit tergiversatione celari, aut iuris remediõ excusari. Quod intellige, etiam si non sit in genere vel specie denunciatus, secundum hunc textum, & additur, quod per hæc, Papa excommunicatos, suspensos, & interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari; & ita etiam refert Panormit. in Clem. 2. de senten. excomm. vbi fuisse statutum. Et idem concludit dominus Felyn. in cap. Rødelphus, de rescript. Causa vero diuersarum copiarum, seu exemplorum potuit esse diuersitas conciliorum in quibus de ea mentio facta est, & aliquid mutatum, Vnde concilium Basileense aequaliter constitutionem Constantiensis alterauit, & huic litteræ videtur standum, vt etiam dicit Felynus, ita tamen, quod illud, quod dicitur de

In Constantiensi de hoc nihil est.

reue,

remedio iuris, non intelligatur solum de remedio vero, quia sic concilium nihil concedere, sed intelligatur etiam de remedio apparenti, & disputatio ne sustentabilis, licet falso. HÆC SYLVESTER Itaque D. Antoninus fuit in causa, cur Angelus de Clavaio, Caicranus, Summa Armilla, Ac Sotus, & quisquis alius eum secutus fuerit, male restrinxerint præfatam constitutionem ad denuntiatum solum, & item ad percutientem notorie clericum: de buerunt enim (vt superius dictum est) omnem notorium comprehendere. Propter quorum dicta multos à participatione cum prædictis excommunicatis excusari tenuerim at propter consuetudinem vsu receptam vide supra huius libri cap. 13. quod hodie seruari facis sit.

*Propria
pinio SYL
nestri.*

*Notabile
monitum
Quid fuit
in causa
cur multi
sint allu
nati.*

QUANDO INTLLIGATUR ESSE CANON SENTENTIAM
lata, & quando ferenda, & quando ratus, hæc regulae sint.
Cap. X X.

- 1 **Q**UANDO in Bulla Papæ, aut decreto Pontificio, aut conciliari, dicitur sic.
- 2 **ALIQUATENVS** locum non habet, denotat, quod si actus fiat, erit nullus ipso iure non valebit relaxatio per hanc litteram glos. fin. in cap. præfenti de sent. excom. lib. 6.
- 3 **PLENISSIMAM** firmitatem, &c. denotat ipso iure actum stabilem.
- 4 **IPSO** iure, denotat ipsum ius disponens, absque alia infirmatoria hominis.
- 5 **AMITTAT**, Hoc verbum non sonat in præteritum, sed futurum, nisi addatur, iure Quidquid senserit Abb.
- 6 **P R I V E T V R** non denotat ipso facto, sed requirit sententiam iudicis.
- 7 **OMNIBVS** modis, denotat, ipso iure.
- 8 **S V B** interminatione anathematis, non denotat, ipso iure.
- 9 **PENITVS**, denotat ipso iure non tamen semper: propter glos. in cap. Romana §. in Vniuersitatem, de sent. excom. lib. 6.
- 10 **CADAT** ab omni iure suo, denotat per sententiam iudicis, quidquid senserit Abb.
- 11 **CAREAT**; denotat ipso iure. Sed verbum, CADAT, & verbum PERDAT, sunt valde dubia apud doctores.
- 12 **FIAT**; denotat ipso facto, cum sit præfens imperatium, communiter, nihil aliud addatur.
- 13 **S V B I A C E A T**; denotat ipso facto. Vnde dum Concilium Trid. sess. 25. cap. 9. inquit, (subiactum) non est canon latæ sententiæ; sed ferenda à iudice. At si dixisset, subaceant, proculdubio esset excommunicatio latæ sententiæ, sicut est videre 17. q. 4. cap. si quis. Item cap. quicumque de Hæret. lib. 6. contra eos, qui in ecclesia sepeliunt hæreticos, vel eorum credentes, receptatores, defensores, ac fautores eorum.
- 14 **N V L L A T E N V S** fiat, nisi tali modo; denotat, quod si fiat contrarium, non teneat, & ita actus est ipso iure nullus.

- 14 CAREAT viribus denotat ipso iure, & idem si dicatur, nullas vires obtineat; quia habetur pro priuato.
- 15 HABEATUR pro confesso, aut pro convicto, pro condemnato, & huiusmodi, requirunt sententiam iudicis. Aliqui tamen oppositum sentiunt.
- 16 SCIAT se excommunicatum, nisi satisfecerit, hæc sunt verba latæ sententiæ in casu inobedientiæ.
- 17 EXCOMMUNICO te, est canon latæ sententiæ, at si dicatur, excommunicationem se nouerit incursum, non erit canon latæ sententiæ, sed ferendæ.
- 18 EO ipso excommunicationem incurrat, est canon latæ sententiæ.
- 19 PRÆCIPIMVS, & omnino conradicimus, ne missam cantet, vel huiusmodi, hæc verba sunt latæ sententiæ suspensionis.
- 20 INTERDICIMVS, est canon latæ sententiæ.
- 21 DE iure non tenet, denotat ipso iure.
- 22 NON obtineant roboris firmitatem, significat irritum ipso iure.
- 23 NOVERIT se suspensum, esse videtur canon ferendæ sententiæ; nisi ex verbis dispositionis constet, iudicem velle, esse latæ sententiæ, quod sæpe contingit.
- 24 IRRITVM sit, denotat nullitatem ipso iure, vt est videre sess. 15. cap. 6. de electione Abbatum, Prouincialium, Priorum, & huiusmodi sine votis secretis, ita vt singulorum nomina eligentium nunquam pubhcentur, & sess. 11. cap. 4. de provisione facti canonico, aut præbendario non habenti legitimam ætatem, ad obeundum onus annexi, & alibi in pluribus locis.
- 25 ALIOQVIN excommunicatum te esse cognoueris: denotat ipso iure.
- 26 NOVERIS te anathemate percussum: est canon latæ sententiæ.
- 27 NULLVS ei communicet: est canon latæ sententiæ.
- 28 PRORSVS, Protinus, Funditus; sunt latæ sententiæ. Item. Mox.
- 29 ALIAS, potestatem tibi noueris interdictam; denotat abdicacionem potestatis ipso iure.
- 30 NULLIVS sit roboris, vel momenti; denota actum esse nullo ipso iure.
- 31 SIT excommunicatus; denotat ipso facto; sicut etiam, si dicatur, sit infamis: est latæ sententiæ.
- 32 SIT anathema maranatha, est canon latæ sententiæ, sicut etiam, cum dicitur, si quis dixerit, &c. Anathema sit.
- 33 EXCOMMVNICATIONEM incurrat; denotat latam sententiam, gloss. in Clem. 1. in ver. Incurrant de vsur.
- 34 OMNINO: denotat ipso iure, etiam iunctum verbo futuri temporis, licet non semper. vnde emergente casu, vide Felyn. in cap. Rodolphus, de rescript. nu. 16.
- 35 SVB poena excommunicationis prohibemus, non est canon latæ sententiæ.
- 36 EXCOMMVNICENTVR: vt est videre in multis Synodalibus contra eos qui non confitentur semel in anno. Et idem dum antiquus cano.

Supra cap.
16.

canon ait. Qui pertinaciter oderit, & communicetur. Non sunt canones la-
tæ sententiæ, sed ferendæ. Hoc idem habetur de subrahentibus, aut impe-
dientibus decimas *sess. 25. cap. 12* & item de concubinaris *sess. 24. cap. 8.*
ac de venditione iurispatronatus *sess. 25. cap. 9. post medium*, ubi sic dicitur
si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subiiciantur. Om-
nes enim hæc pœne sunt comminatoriæ, non autem latæ sententiæ. Tales
denique sunt illæ pœnæ excommunicationum, ut plurimum, quibus caue-
tur. Ne quis spatietur per Ecclesias tempore diuinorum, Ne quis ludat an-
te fores Ecclesiæ, Ne qua Mulier ingrediatur cancellos altaris, dum diuina
mysteria peraguntur: Ne quis contrahat Matrimonia clandestina; ut est
etiam illa pœna excommunicationis. Ne clerici, aut religiosi intersint agi-
tationibus, ferarum, aut taurorum. Pius V in extrauag. quæ incipit. De
salute. Et idcirco cauere debet confessarius, ne in huiusmodi cito senten-
tiam proferat. Sed exactè verba canonis considerare debet: ego enim ex-
pertus sum, multos in hac re fuisse deceptos, talis est etiam illa excommu-
nicatio, quantum ad dantes, & recipientes, dum quis factus est nouitius, &
cetera prout patet *sess. 25. cap. 16.* talis est suspensio, & inhabilitas contra
clericos consentientes quibuscumque Principibus in usurpatione bonorum
Ecclesiasticorum *sess. 22. c. 11. in fine*, quamuis excommunicatio sit la-
tæ sententiæ, talis est suspensio contra Archiepiscopos non celebrantes synodum
provincialem tertio quoque anno, & contra Episcopos non celebrantes
synodum diocesanam singulis annis *sess. 24. cap. 2.* item illa excommu-
nicationis pœna contra laicos, qui publicè, vel priuè de fide catholica
dissertauerint. *cap. Quicumque* & Inhibemus de Hæret. lib. 6. & huiusmodi
multa, ut est illa contra mendicantes, recipientes aliquem ad professionem
ante ætatem ibi præscriptam *cap. Non solum*, & cap. constitutionem de
regular. lib. 6. quantum ad excommunicationem, Nam quantum ad suspen-
sionem ipso facto in eam incurritur, & item alia contra pronuntiantes, seu
prædicantes indulgentias illicitas. Clem. Religiosi de priuile.

*Sess. 9.
Sess. 24.
Sess. 25.*

*In Syno-
dis diace-
sanis.
Pius V.*

*Deceptio
multorum*

*Synodus
Episcop.*

**CASVS DIFFICILLIMVS PRO QUARVNDAM TIMOR-
atarum conscientiarum securitate Romæ decisus anno 1575. a**

*RR. PP. infra scriptis ad instantiam auctoris huius
operis, propositus est in hæc verba.*

Cap. X. X. I.

Quaritur, utrum ille, qui pro suis tantum gerendis negotijs, & non
ad instantiam alicuius amici, vendit domum, aut fundum mille au-
reis, aut huiusmodi, & non valens accipere in præsentem nisi quingentos. da-
ta dilatare ad triennium, aut eo amplius, conventionem facit cum empto-
re, ut intermiratione fructuum det sibi tot pro cemenario, committat usu-
ram in foro conscientiæ, nec nesci tamen vere transferat dominium dicte
domus, aut fundi in dictum emptorem, ita ut, illis interim pereuntibus, pe-
reant tantummodo, & corruant emptori, non autem venditori?

*Hic casus
est quoti-
dianus.*

Et item, quod idem est cum superiore quaestione.

Utrum opinio tantummodo vera (in foro tamen conscientiæ) ea sit, quam
tuetur.

metur Gab. Biel. 4. sent. dist. 15. q. 11. conc. 4. casu. 3.

Summa Sylu. ver. vsur. 2. q. 11. & in Aurea Rosa. in q. Imper. casu. 27. & Resol. vs. 1 §. 47.

Pius Bernad. in suis serm. de contract. serm. 42. cap. primo casu 4. sub finem.

Diuus Anton 2. parte. tit. 1. §. 20. cap. 7.

Plotus in Repet. l. si quando, C. vnde vi num. 451 Abbas in conf. 5.

Et alij Theologi, ac doctores quos refert, ac sequitur Sylu. vbi supra.

Et primo quidem hic casus fuit transmissus ad RR. PP. Iesuios Penitentiarios Papæ apud Sanctum Petrum, vt eum examinarent, ac deciderent, qui quidem post maturam habitam considerationem, post multos dies, sic congregati responderunt.

Responsio. Præfatus casus propositus est vsurarius, & bene sentiant præallegati doctores.

Nomina autem prædictorum penitentiariorum hæc sunt.
1 Reuerendus Pater Lucius de Croce Romanus Theologus.

2 R. P. Vimarus, Theologus, & Canonista.

3 R. P. Ledesma Hispanus. Theologus, & Canonista, qui diu gessit præfecturam studiorum suæ Religionis Romæ, cuius quidem responsa omnes admirabantur, & mihi ore suo dixit, supradictum casum esse vsurarium, secundum Doctrinam Sancti Thomæ 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. & se admirari, quare Couarru. oppositum senserit, & quod æquitas tunc habet locum, quando non transfertur dominium.

4 R. P. Io. Baptista Costa Canonista.

5 R. P. Nicolaus Lanoia Canonista.

6 R. P. Io. Bofetus Flander Theolog. & Canonista. Hoc ipsum post multos dies mihi responderunt.

7 R. P. Leo Procurator Generalis suæ Religionis, egregius Theologus & R. P. Egidius Canonista, qui ambo dixerunt se admirari, Couarra. aliter sentire, & tandem illud idem sensit R. P. Parra, qui Romæ casus conscientiarum publice solebat explanare.

VRTILIVS BENZONIUS THEOLOGVS BASILICÆ VATICANÆ, Viregrius, & de bonis litteris benemeritus, ad prædictum casum post multos dies sic respondit. Cap. XXII.

IN-proposito casu puto venditorem vsuram committere, & in foro conscientie ad restitutionem teneri. Cum supponatur, dominium rei esse translatum in emptorem, & periculum eiusdem rei ad eundem emptorem pertinere, & nullam considerari posse moram in emptore, neque vllum interesse lucri cessantis, vel damni emergentis in venditore, cum venditor sponte venderit, & sponte terminum ad soluendum emptori concefferit: per ea, quæ tradunt doctores allegati, cum quibus etiam concordant Summa Rosel. V. vtura, primo §. 47. & 16. Addit. num. 48. vers. 6. & Armill. ver. vtura §. 15. idem Iacobus Vngarellus in Add. ad Anglican. Vtura. 1 §. 18. verbo

verbo, & de his patet. allegat Alex. Lombar. in 4. dist. 15.

MARTINVS NAVARRVS VIR INSIGNIS, CVIVS MVLTIS, & egregia opuscula, qualis, ac quantus sit, ostendunt, & item Orbi, & Vrbi notissimus, ad quem fere omnes, tamquam ad Asylum litterarum, confugiunt; Post multos dies sic respondit.
Cap. XXXIII.

AD primam quæstionem respondeo, in casu proposito vsuram committi, quia ratione dilationis solutionis, accipit aliquid ultra sortem, quod est peccatum vsuræ committere, cap. in ciuitate de vsur. cum concord.

Ad secundam respondeo, primo quod vt responsio ad primam quæstionem sit vera, non oportet, quod opinio Angeli prædicta sit falsa; quoniam Angelus loquitur in casu, quo emptor à principio constituitur in mora, & consequenter, quando non datur dilatio ad soluendum. In casu autem, proposito palam est emptorem non esse in mora à principio, quia datur ei dilatio ad soluendum.

Secundo, quod illæ duæ opiniones possunt conciliari, vt opinio Angeli procedat in casu, quo res venderetur præsentè pecunia, nulla dilatio data, & translatis dominio, & possessione per clausulam constituti, quo casu emptor à principio incipit esse in mora soluendi, vt ait Angel. Opinio contraria, quando expresse faciendo pacto, vt res detineatur à venditore, donec soluatur premium, tacitè datur ei dilatio ad soluendum, data in pinguis re vendita, & fructibus pro solutione dilata, saluo saniore iudicio.

PLATIVS IVRIS V. D. VIR CELEBERRIMVS, QVI ROMÆ in sapientiæ publice legit, quique libros aliquod edidit in lucem. Post multos dies sic respondit. Cap. XXIV.

Hanc puto tutiorem pro salute animæ, & magis receptam, quam etiam approbat Ambros. Vign. in tractat. de vsur. num. 165. & Corn. conf. 59. lib. 3. Soc. conf. 130. lib. 4. Dec. conf. 119. col. 3. & in cap. cum venerabil: col. 6. de excepto. Cagnol. in l. curabit. num. 52. vers. quinto limite C. de act. empr. Laur. Rudul. in tract. de vsur. q. 53. tutiorem putat. Soc. conf. 103. num. 26. lib. 4. commune m. dicit. Soc. conf. 88. num. 19. eod. lib. 4.

Item non potest ab initio taxari interesse certum, etiam data mora irregulari. Cagnol. in d. l. curabit. nu. 54. vers. sed restat.

FRANCISCVS N. DOCTOR CANONISTA EGREGIVS.
Post multos dies sic respondit. Cap. XXV.

Visus, & diligenter discussis illis, quæ hinc inde per doctores adducuntur vtrinque, attestantes de communi, casus iste valde redditur dubius.

bis ex æquitate legis Curabit C. de action. empt. propter quam Didac. Co-
waru. vir doct. ssumus in proprijs terminis voluit pactionem, de qua scili-
cet in dubio, sustentari posse. lib. variarum resol. 3, r. 4. num. 5. quam opi-
nionem communem dixit, additio licet mali auctoris ad consil. Dec. 119.

Ego tamen contrariam opinionem, & veriolem, & magis communem, &
in foro conscientie tutiorem iudico, nec enim video, quomodo tollantur
illa obiecta, quod quis ex re non sua fructus capere non potest, adeo ut ip-
se fructus percipiat, & rei periculum ad alium spectet: ipse vero omnino sit
certus de pretio sibi soluendo, præsertim nulla emptoris mora interuenien-
te, post habitam fidem de pretio, vere enim videtur solummodo contem-
platione dilationis temporis, illa tot pro centenario percipi. Et hoc eo ma-
gis, quia in facto præsupponitur venditionem factam fuisse pro suis geren-
dis negotijs, non ad alterius instantiam, & verisimile est, emptorem vendi-
disse, data dilatione, quia non inuenit, qui emeret numerata pecunia, sicque
dilatio non esset facta principaliter ad commodum emptoris; nec aperitur
etiam, an venditor sit solitus negotiari.

Ideo contrariam opinionem, quod contractus sit vsurarius, post a ius
plures tenuit, & communem dixit Plot. de in lit. iur. §. mihi 11. num. 15. Sum-
ma Syluest. in ver. vsur. §. 2. num. 11. Abb. conf. 5. lib. 1. Dec. conf. 119. num.
7. Aym. conf. 189. num. 3. Cagnol. in l. curabit. num. 52. C. de act. empt. cum
alijs late adductis per supradictos.

Et hoc præsertim in foro animæ, in quo tutiorem semper opinionem
amplecti debemus, Felja in c. in præsentia num. 18. de proba. Aleciar. de
presumpt. reg. 3. in prin. Et semper in dubio, in foro animæ, iudicari de bet
contractum esse vsurarium, Bald. conf. 453. in fin. lib. 3. Aym. consil. 48.
vers. 8.

1 Franciscus Valdenesia. I. V. Doctor excellens Romanus, locum tenens
in ciuilibus Reuerendissimi D. Gubernatoris Romæ.

2 Paulus de Benis Urbinas I. V. Doctor & procurator egregius in Ro-
mana Curia.

3 Baldinus Massa. I. V. Doctor excellens, & filius olim D. Antonij L.
V. Doct. præstantissimi, qui typis multa dedit. Hi omnes, seorsum exami-
natio supradicto casu, sic responderunt.

Vsuram committi in casu proposito, respondendum esse, arbitror.

Syluest. in ver. Vsur. a §. 2.

Abb. conf. 5. lib. 1.

Decius conf. 119. num. 7.

Aymo. conf. 189. num. 3.

Cagnol. in l. curabit. C. de act. emp. cum alijs infinitis cumulatis per Flo-
de in lit. iur. §. 11. num. 15.

Reuerendissimus D. Episcopus Asaphensis Anglus, vir admodum doctus
& in doctrina casuum conscientie egregie versatus, idem cum superioribus
asseruit.

Reuerendissimus Sacrifista Greg. X. II. Papæ & eiusdem confessorius, ma-
gister Augustinus Romanus, Theologus eximius, ex eorum instituto, quos
diuus Augustinus heremitas vocauit, eisque Regulam tradidit, præfatum
Casum vsurariam prauitatem sapere, affirmavit.

Non.

*Responsio
trium do-
ctorum.*

Nonnulli etiam viri pij, ac docti, quibus cum ego Romæ præfatum casum contuli, idipsum senserunt eum superioribus doctoribus.

Reuerendus Pater Magister Xystus, Lucensis, Ordinis Prædicatorum, Procurator Generalis, excellens Theologus.

Reuerendus Pater Magister Antonius Potius, à Monte Ilcino, Ord. Min. Conuent. Procurator Generalis, egregius Theologus.

Reuerendus Pater Magister Alexius Stradella Genuensis Ord. Erem. S. Augusti, Procurator Generalis, Theologus, atque acerimus verbi Dei concionator qui postea fuit Episcopus Nepesinus.

Reuerendus Pater Magister Sorianus Neapolitanus Ordinis Carmelitarum, egregius, & ipse Theologus, qui deinde factus est Episcopus Vigintensis.

Qui omnes erant etiam publici lectores sacræ paginæ in Almo Romano Gymnasio, Sapientia nuncupato atque item mecum vna, simulque cum alijs plurimis Theologis Romæ deputati erant ad expurgationem, atque recognitionem librorum Indicis in Sæcra Congregatione sex Illustrissimorum, ac RR. DD. Cardinalium super hoc negotio à Gregor. XII. Papa deputatorum.

Hi omnes concorditer asseruerunt, supradictum casum esse vsurarium conformiter ad præallegatos auctores in initio propofiti casus.

ALIORVM SENTENTIA PAVLVLVM TAMEN
diuersa. Cap. XXVI.

Aliqui autem viri grauissimi, ac docti, de quorum numero (vt ceteras eius virtutes, quibus à Deo dotatus est, subiceam, ne adulari videar) est omnigena doctrina insignis Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Paulus Aretius Neapolitanus, Patronus meus, Cardinalis olim de Placentia, nuncupatus, nunc autem de Neapoli dictus, eiusdemque Ciuitatis ac Diocesis Archiepiscopus, ac pastor vigilantissimus modeste retinens à Greg. XII. creatus mente Nouembri 1576. discessit ex hac vita XII. Kal. Quintil. 1578. aiunt, non committere viuram eum, qui in præfato casu, tales conditiones apponeret, videlicet.

Primo, vt si fiat pactum, quod loco fructuum, quos sibi venditor intendit retinere ex re vendita, debeant dari ab emptore quatuor, aut sex, aut decem, nummi aurei, aut tot (secundum quantitatem fructuum retentorum) pro casu non debeat pecunia excedere valorem fructuum commuiter percipiendorum. Alias illicitus esset contractus; quia haberetur respectus ad pecuniam, non autem ad fructus, quod quidem esset vsura; Vnde si quis vendat domum valentem mille aureis, & consueuerit eam ad summum locare viginti quinque aut triginta aureis, aut huiusmodi, non licebit venditori petere pro vsu domus ad rationem quinque pro centenariis; quia haberetur respectus tantummodo ad pecuniam, & non ad dictam domum, & ita esset viura, quia vsus domus tanti non valet, sed quanti locatur, debet peti ab eo.

Secundo, vt hoc pactum fiat à contrahentibus in ipsa traditione rei, npta
D d s domus

*Paulus
Aret. Car
din.*

domus, agri, silvæ, aut huiusmodi, non autem post habitam fidem de pretio, alias foeneratius esset contractus, & ratio est, quia ipsa sic affecta transit cum tali onere; quod quidem non esset, si post traditionem rei fieret.

Tertio, ut venditor subiaceat periculis omnibus, si qua evenerint circa dictos fructus, quando eorum ratione recipit singulis annis dictam pensionem, pro rata agri non soluti. Quocirca, si vno anno tempestas, aut turbo omnes fructus destruxerit, aut si pruina eos decoxerit, aut si repentinus casus belli, pestis, aut fluminis, aut huiusmodi ingruerit, aut generaliter quivis cæli inquietior status acciderit, propter quem fructus prædicti extinguantur, non poterit licite illo anno dictus venditor aliquid pensionis pro fructibus recipere, cum nulli extant fructus. At si procella, aut grando non in totum, sed in parte fructus tollat etiam ad ratam debent fructus venditori perire. Qui vero oppositum faceret, usuram committeret; quia signum est, quod ad ratam pretij non soluti, & non ad dictos fructus respectum habet, quod quidem, omnes abhorrent doctores. Et hæc opinio plurimum mihi arridet, & neminem unquam talium sic contrahentium condemnarem, cum valde rationi, & æquitati consona esse videatur: sed nescio, an sic consueverint homines inter se contrahere. Et vtinam saltem de cetero hunc in modum suos discat mundus celebrare contractus.

Probatio.

Quia eo casu venditur res, seu proprietas: non autem fructus, quia propter non solutam pecuniam retinentur in ipsa traditione rei apud venditorem, & separari possunt à proprietate, & secundum Divum Thomam 2. 2. q. 78. art. 1. in corp. & secundum Tabienam in vers. Usur. Nam res, & ius in re possunt separari, & ita alterum sine altero emi, ac vendi potest, ut patet in l. censibus, & in usu fructu prædicti autem fructus retenti possunt locari emptori, pro tali, ac tanta pensione, ac præstatione pecuniæ usque ad tot, vel tot annos, quando duraverit dilatio concessa à principio. Et propterea obligatus erit talis venditor ad exonerationem mercedis, si res locata periret, vel aliter (ut dictum est supra) conductor dampnum pateretur, & non posset fructus illo, vel alio anno percipere, ut. l. si vno §. item cum quidam, & ibi plane per Bart. & doct. ff. locati, & in l. ex conducto. §. si vis tempestatis, & in §. sed, & si Labeo, & in l. si merces §. vis maior eod. tit. & cap. propter sterilitatem. extra de locat. & ibi per canonistas cum similibus.

MODVS REFORMANDI SUPRADICTVM CONTRACTVM,
quando videlicet fuit ab initio traslatum totum dominium, cum pacto, &c. Cap. XXVII.

Modus autem recte, ac licite contrahendi in præfato casu à tot, tantisque viris superius examinato, hic erit.

Apponatur hæc particula in ipso contracto, videlicet. Dominus. N. dat, & tradit Domino N. domum, vel agrum talem pro pretio, &c. solvendo hinc ad tres annos, &c. vel &c. ita tamen, quod non intelligatur esse translatum

latum dominium in dominum N. emptorem nec illius periculo ſubiaceat dicta domus, aut ager, donec, & quouſque ſoluerit dictum pretium in dicto termino trium annorum.

Pro fructibus autem dictæ domus, aut agri, qui ſibi venduntur pro hoc triennio ſecuturo. aut huiusmodi, dabit. N. tria, quatuor, aut quinque nummos aureos, aut huiusmodi (ſecundum ratam fructuum) ſingulis annis, aut ſaltem dabit dimidium fructuum, aut huiusmodi (ſecundum morem patriæ) ratione locationis ſibi ad dictum triennium factæ.

Interim autem promittit dictus venditor. N. ſe non retractaturum aliquid eorum, quæ hic promiſit, etiam ſi ante dictum terminum ſolutionis, & tranſlationis dominij, dicta domus, aut ager in pretio creſcerent, aut diminuerentur.

At nota, quòd oportebit, Notarios eo caſu dimittere hæc eorum uſitata verba, videlicet, & quia in conueniens eſt, vt quis gaudeat re, & pretio, idcirco loco eſcontro fructuum, rei (niſi à venditore retentum fuerit dominium totius, aut ratæ partis agri, aut domus non ſolutæ, vt ſupradictum eſt) etiam ſi dicatur loco intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, quia talia verba regulariter non iuſtificanc hunc ſupradictum contractum vt etiam ſentit Couarr. Caueat autem venditor, ne habeat reſpectum, aut oculum ad pecuniæ quantitatem, quia eſſet fraus in foro conſcientiæ, & ita periculum animæ.

Submonitio nota-rijs.

Submonitio.

ALIVS MODVS DEFORMANDI DICTVM CONTRACTVM.

Cap. XXXVII.

POſſet etiam ipſe venditor, tranſferendo dominium vendere ſuam poſſeſſionem, aut domum, & nullam dare dilationem ad ſoluendum emptori, ſed concedere illi ad cenſum ipſam pecuniam totam, vel reſiduam numerandam ab emptore, & ita obligare ipſum emptorem ad ſoluendum, tot pro centenario, ſecundum approbatum morem patriæ, & hoc ratione cenſus propter fructus agri, vel domus, emptos, id eſt, loco talis. & tantæ partis fructuum, inde ſingulis annis percipiendorum, qui eo caſu nomine pecuniæ designantur, & nominantur, cap totum l. q. 3.

Deberet tamen eodem tempore fieri alius contractus, ſcilicet, cenſualis conformiter ad Bullam P. j. V. & Nicol. V. Nec licebit eo caſu vquam venditori repetere dictam pecuniam non ſolutam, ſed nomine cenſus, ab emptore retentam: alias eſſet uſura, licebit tamen ipſi emptori, quando cun que voluerit, retrocedere ipſam pecuniam quia ſic erit vera retrovenditio dicti cenſus. Tandem debet vterque habere intentionem emendi, & vendendi dictum cenſum, alias ſine dubio in foro conſcientiæ apertiffime erit uſura, quæ quidem ſemper accidit in cenſibus, vbi præſata non adeſt intentio ſaltem verè emendi, vnde qui cenſus creant, debent ſibi antea bene conſulere, an ſcilicet vterque veram habeat intentionem, vt ſupra. Et Aduerrat, vt fundus ſuper quo conſtituitur cenſus, reddat, vel reddere poſſit totum determinatum cenſum; & in Règno Neapolitano ex conceſſione Greg. XIII. poterit ſeruari antiqua Bulla Nicolai V. ſublatis tamen

Submonitio.

abu.

abusibus, qui contra intentionem dictæ Bullæ irreferant, & ex decreto Regij Consilij salubriter est sancitum.

ALIUS MODVS REFORMANDI PRÆDICTVM CONTRACTVM secundum Bart. Cepol. & Gab. Biel. Cap. XXIX.

Bartolomæus Cepolla in lib. cautelarum, 125 cautela, docet modum reformandi prædictum contractum, sic inquit. Qui vult vendere fundum rusticum, vel vrbicum, & emptor non vult, nec potest solvere pretium incontinenti, sed ad terminum quæ cautela poterit adhiberi venditori, vt durante termino solutionis faciendæ, venditor fructus rei venditæ percipere possit, licet alias non possit percipere, vt. l. Iulianus. §. si fructibus, de act. empt.

Primus, inquit, modus olim tempore digestorum sic erat, venditor simul & semel vendebat fundum, & eundem locabat emptori certo pretio: donec pretium solutionis solutum esset, sed inquit, modus hic est usurarius: quia ex quo erat res vendita, & habita fides de pretio, & tradita, translatum erat dominium in emptorem vt. l. in traditionibus C. de pact. & inst. de rerum. diuis §. per traditionem, & ideo de re sua pensionem solvere non teneretur, & si solueret, esset vfura. Hæc ille.

Secundus modus est, vt tu vendas pro indiuiso tantam partem rei, quantum capit pretium, quod soluitur, & aliam partem retineas, & prosteris, quod non intelligatur esse translatum dominium aliquod in emptorem, & illam partem locabis eidem cum pacto, quod quandoque dabit tibi residuum pretij, habeatur pro vendita, vel quod tenearis illi facere instrumentum venditionis, vel potes ei dictam partem non venditam locare ad partem, tamquam colono partiario. Hæc ille, & quidem conformiter cum superiori modo.

*Gabriel.
Biel.*

Gabriel Biel in 4 sent. dist. 15. q. 11. conc. 4. casu 3. loquens in simili casu, inquit, quod si vendens reseruaret sibi dominium possessionis venditæ, & etiam periculum eius, vsque ad solutionem eius, & hoc deduceretur in pactum tempore contractus, sic fructus posset facere suos; sed tunc contractus ille magis tortiretur naturam locationis, quam venditionis. Hæc ille, & quidem conformiter etiam ipse cum superiori modo.

REFORMATIO CONTRACTVS SECVNDVM RECITATAM opinionem Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Pauli Aretij Archiepiscopi, & Cardinalis, de Neapoli nunciupati. Cap. XXX.

Quoniam secundus modus dicendi in supradicto casu hic fuit: videlicet, vt possit fieri venditio rei cum retentione fructuum, sine translatione dominij eorumdem, & ideo cum subiectione periculorum in ipsam traditionem rei, idcirco contractus iam celebrati ita poterunt reformari, videlicet, apponendo clausulam in contractu, aut potestando, de ista do pe-

do periculis, & damnis, si quæ euenerunt, vel euenerint circa fructus perceptos, vel percipiendos, &c.

AN HI QUI SUPERIORIBVS TEMPORIBVS, CONTRAXERUNT alio modo, quam hic supradictum est, teneantur restituere fructus perceptos, tanquam vsurarios. Cap. XXXI.

Respondeo, non teneri, nisi ad reformationem prædicti contractus, nempe, addendo particulam hoc modo. Ita quod non intelligatur translatum esse dominium donec, & quousque &c. nisi ad tempus, pro rata solutionis dicti agri, domus, aut huiusmodi. Et, si ipsi emptores noluerint dictos contractus reformare, satis erit ipsi venditori, quod protestetur de hac re coram suo emptore, & fiat instrumentum, aut alias publica fides per manum Notarij, &c. Quia propter huiusmodi autenticeam fidem habebit emptor actionem contra venditorem, si quid periculi sibi euentur in re empta, ante terminum solutionis, seu numerationis pretij.

Quod autem non teneantur restituere dictos fructus, ratio est; quia non modo tuerunt in bona fide, & ignorarunt modum & formam licite contrahendi in supradicto casu (quod tamen non sufficit, nisi quantum ad excusandum à peccato, si ignorantia fuit inuincibilis, secundum Diuum Antoninum. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 36. in fine) sed etiam, quia adhuc hodie dictus casus præ alijs omnibus versatur in consuetu opinio-num, apud canonistas, ut est Couarru. Goyad. Anton. G. loc. Hieronym. Gabr. & alij diuersis tamen vjs incedentes: quibus tamen, præter alios supradictos. contrarius est Paulus de Castr. tit. Iulianus §. offendi ff. de act. empt. ubi inquit l. curabit, intelligi debere tunc, quando non est translatum dominium, ac proinde non est habita fides de pretio soluendo, quamuis res vendita sit translata, & idem probat per leg. ficuti emptio §. vitum. ff. locati ubi ex eo, quod venditor dominium nondum traheretur in emptorem, sed solum detentionem rei, potuit sibi pensionem locationis titulo stipulari, iuterim, dum pretium solutum non fuerit.

Anaduertas, autem, me hoc totum intelligere, quando intentio fuit recta a principio, & non deprauata: quia, si quis vendidisset domum mille aureis, ut plus pensionis reciperet ex reuera pecunia ratione vltus domus, quam consueuerit recipere ex locatione decem, tunc profectò, talis conuincitur habuisse respectum ad pecuniam, non, autem ad domum & ideo, aut contractus erit sceneratiuus, aut saltem iniustus ex ea parte, qua pensio soluenda superat iocationem, & vltum præfata domus, si tamen in consuetu opinio-num (vt dictum est) versatus fuerit supradictus contrahens.

*Paul. de
Castr.
Intell. ff.
l. curabit.*

*Submon-
itio.*

QUIBUS MAGIS STANDUM SIT IN DECISIONE CASUUM
usurarum; Theologis, an. Canonistis. Cap. XXXII.

Respondet Dnus Thom. in quodlibetis, quod Theologi priore loco, & magis proprie pro foro conscientie habent decidere casus usurarum, & concordat Sylvester in vers. usur. 1. & Tabiena in vers. usur. in princ. Sanct. Antonin. 2. part. tit. primo cap. 7. §. 4. & Anto. de Butr. Canonista. Quidquid dixerit Ancharanus, & post eum alij; quia magis credendum est Diuo Thomæ, cuius doctrinam Urb. 5. veridicam, & catholicam esse, dixit, & item, cui Christus oranti dixit: Bene scripsisti de me Thomæ: quam mille Ancharanis, aut huiusmodi alijs. Caue ergo ne decipiaris canide, ac Christiane lector, & præ omnibus tamquam venenum, dictum Cephalii in Consil. 227. num. vlt. evita. Hic enim, ibi videtur asserere, non appellari usuram illam, quæ communiter reputatur licita; Quod tamen falsissimum est, & erroneum, Clem. 1. de usur. §. sane.

*Contra
 Anchar.
 D. Thom.*

*Contra Ce
 phalum.*

F I N I S.



LIBER

577

LIBER SEXTVS

DE CASIBVS RESERVATIS

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISS.

DOMINO PAVLO ARETIO CARD. ET
ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.

Vigore etiam constitutionum Synodaliū Dice-
cesis Neap. prout apparet etiam in folijs ab
annis plurimis dari solitis à Notarijs
seu Magistris actorum Curiaē Ar-
chiepiscopalis RR. PP. Con-
fessarijs.

*Et prout apparet etiam in Synodo Diocesana celebrata
iamdiu, atque etiam impressa in fidelissima religio-
sissimaque Vrbe Neapolis, paucis quibusdam
demptis, & alijs in meliorem formam re-
dactis, & ordinatis, pro maiore ca-
pacitate, & faciliore memoria
dictorum RR. Confessa-
riorum, & hi sunt.*

C A P. I.



• **A**bsolvere excommunicatos quoscunque, suspensos, ac in
terditos.

• **A**blasphemia nuncupata à Doctoribus hæreticalis (etiam
semel tantum, & clam incuria) vt est illa, cum quis di-
cit, Deum proditorem, aut cornutum, Deum partialem
Deum non curare de hominibus, Deum nescire hæc
terrena, Deum non posse hec, vel illud facere, Renego
Deum, aut Beatam Virginem Mariam, sic, vel sic impie appellauerit, & id

Et genus

*Vide Con-
cil. Trid.
Vide sing.
Roia.*

*Vide Con-
cil. Latera-
nen.*

genus alia, etiam peiora, quæ nefas est cogitare, nedum hic recitare, & talibus blasphematoribus seuerissima pœnitentia erit iniungenda ab ijs pœnitentijs, quibus præfatus Illustriss. ac Reuerendiss. D. Paul. Arc. Cardinalis, & Archiepiscopus facultatem super hoc concesserit absoluedi. De blasphematorijs hæreticalibus, specialiter videas Rotam in sing. suis.

*Seq. 4. ca-
sus perti-
nent ad ho-
mic.*

3 Homicidium voluntarium, & ad illud dantes consilium, auxilium, vel fauorem.

*Seq. 6. ca-
sus perti-
nent ad ne-
fanda car-
nis peccata.*

4 Mutilantes, aut debilitantes membrum, & ad id dantes consilium, auxilium, vel fauorem.

5 Oppressio filiorum, etiam ex casu, & retinentes in lecto eisdem usque ad decimum quintum mensem, & item verberantes parentes suos.

6 Procurantes abortum, vel sterilitatem cum effectu.

7 Sodomitæ, vel coeuntes cum brutis.

8 Corruptores Monialium, Vel cum eis in tactu libidinoso turpiter ludentes, Vel earum septa Monasterij sine licentia legitima ingredientes.

9 Concubinarij tam laici, quam clerici, etiam secreti, & eorum concubinæ.

10 Incestuosi vsque ad secundum gradum affinitatis, consanguinitatis, vel spiritualitatis, nisi fuerint pueri vsque ad duodecimum annum.

*Vide glos.
de, si Episc.
de penit.
lib. 6.*

11 Opprimentes violenter, aut stuprantes virgines, aut coeuntes in locis sacris; aut quascunque mulieres rapientes; & ad id dantes consilium, auxilium, vel fauorem.

12 Clerici in sacris constituti, etiam simplices fornicatores; quia est sacrilegium.

*Seq. 7. ca-
sus perti-
nent ad fur-
tum.*

13 Usurarij publici, & qui scienter in contractibus vsurarijs internerint: Clerici qui scienter cadauera manifestorum vsurarij, & sepeliant, & item qui vitæ alienas, seu arbores fructiferas inuito domino incidant.

14 Impedientes, occultantes, & cum possint, & debeant, non exequentes testamenta, & legata ad pias causas; & item Notarij, qui infra mensuram legata non reuelauerint.

*Intellige
periurium
in iudicio.*

15 Falsi testes, vel litteras, instrumenta, bullas, schedulas, processus, & quascunque alias scripturas falsificantes: & item periuri in præiudicium tertij, & Notarij, seu qui vocantur Magistri actorum, qui dolose diminutam informationem capiunt, vel dicta testium omnia non scribunt.

16 Incendiarij, qui dolose, & ex proposito ignem immiserunt.

17 Restitutio incertorum, vel certorum, non ex stentibus, quibus restitutio fiat, excedentium summam decem ducatorum.

*Vide Con-
cil. Trid.*

18 Sacrilegium quomodolibet commissum circa furtum, aut rapinam.

19 Occupantes, aut vsurpantes bona Ecclesiarum, aut piorum locorum. Item occultantes redditus annuos, aut census Ecclesiarum, Monasteriorum, hospitalium, & piorum locorum, vel infra biennium post terminos non soluentes, aut non reuelantes in fraudem.

*Seq. 4. ca-
sus ad sus-
spit. heres-
is spectat.*

20 Legentes scienter, Aut retinentes libros prohibitos, Item non reuelantes suspectos de hæresi, ac imprimentes, & imprimi facientes quoscunque libros sine nostra, aut Vicarij nostri licentia.

21 Sorulegi, & diuinatores cum inuocatione demonum tacita, vel expressa.

pressa super his vide Franc. Pegnam super direct. Inquisit.

22 Abutentes Chrismate, Oleo Sancto, Eucharistia, & alia quouis re-
sacra ad alium vsum, quam fuerint ordinata.

23 Comedentes carnes diebus prohibitis ab Ecclesia, aut eas diebus
Quadragesimalibus in unacello, vel in caupona vendentes, videlicet, sine
licentia.

24 Contrahentes matrimonium clandestinum, & contra decretum
Synodi Tridentinae, aut contra interdictum Ecclesiae, aut tempore feria-
rum, vel in gradibus à iure prohibitis.

25 Violantes Ecclesiasticam libertatem, vel immunitatem.

26 Commutationes votorum, aut dispensatio irregularitatum qua-
rumcunque.

27 Laruati in habitu religioso tam saeculari, quam cuiusvis ordinis re-
gulari, etiam in habitu moniali, aut abutentes sacris vestibus, aut eisdem
tales pannos commodantes.

28 Confessarij, qui aliquid à pœnitentibus nomine restitutionis, aut sa-
tisfactionis, aut pro Missis celebrandis ad pœnitentiam iniunctis petierint,
vel exegerint idque, vt tollatur scandalum, & confessio non fiat onerosa.

29 Clerici omnes quaecunque beneficium habentes, aut in sacris con-
stituti, qui incedunt in habitu saeculari, aut horas canonicas (ve plurimum)
non recitant, & quidem pro prima parte, vide suspensionem, de qua retro-
fit mentio lib. 4. cap. 2. & habetur in Synodo.

Nota quòd si quis confessarius scienter quemquam à pœfatis casibus
aboluere pœsumperit, ipso facto suspenditur nunc, pro tunc ab audien-
tia confessionum per Illustriss. ac Reuerendiss. D. Paul. Aret.

Nota item, nullum Sacerdotem tæcularē, vel cuiusvis ordinem regu-
larem posse vigore quorumcunque priuilegiorum absoluere aliquos à
pœfatis casibus Illustrissimo D. Cardinali, & Archiepiscopo referuatis, vt
patet ex litteris Sacrae Congregationis Cardinalium, qui pœpositi sunt
interpretandis decretis Concilij Tridentini, prout superius de hac re late
tractatum est pro ipsa veritate eruenda vide supra lib. 3. fol. 105. & lib. 4.
fol. 180. & 181.

Qui non
recitat di-
uinū offic:
tenentur
ad restitu-
tionem:

Suspensio
contra con-
fessarios:

NOTANDA CONFESSARIIS SUPER CASIBVS. Cap. II.

1 Pœnitentiarij Illustriss. ac Reuerendiss. Domini Paul. Aretij Card. &
Archiepiscopo diuersis in Ecclesijs deputati non solent absoluere
regulariter nisi à casu referuato, imponendo pro eo salutarem pœniten-
tiam, pro reliquis autem peccatis remittunt pœnitentes ad suos confes-
sarios.

2 Gratia concessa cuiquam ab Illustriss. Card. Archiepiscopo super
suis (quam enonibus) casibus non intelligitur de iure concessa super censu-
ris, & item concessa super censuris non intelligitur concessa super commu-
tatione ius votorum, aut dispensatione irregularitatum, quæ quidem di-
spensatio utque etiam pœnitentiarijs Ecclesiae Cathedralis solet regulari-
ter concedi, nisi fiat specialis mentio.

3 Nota, quod multi ex superioribus casibus referuatis habent annexam in corpore iuris, aut in extrauagantibus excommunicationem maiorem, & sæpe etiam referuatam Papæ, ut est casus.

VIII. Quo ad primam, & tertiam partem.

XI. Quoad secundam partem, id est, ultimam circa raptos.

XIII. Quoad secundam partem, ibi, & clerici, &c. vique ibi, Sepeliantur.

XV. Si tamen bulla falsificata sit Papæ.

Item XVI.

Item XVIII. Si tamen fiat cum fractione ostij, aut muri locorum sacrorum.

XIX. In Concilio Tridentino, & in Bulla Coenæ Domini, quoad primam partem.

XX. In Indice, & sæpe in Bulla Coenæ Domini, quoad primam partem & in Concilio Lateranensi, quoad ultimam partem.

XXI. In Concilio Lateranensi, & in extrauagan. Ioannis. 22.

XXIV. Quoad ultimam partem.

XXV. In Bulla Coenæ Domini, quoad primam partem.

Sæpe in hoc delinquit multi Nota bene confessariæ.

4 Nota etiam quod per Iubileum nulla vnquam solet tolli irregularitas, aut inhabilitas, prout passim tradunt doctores, & superius sæpe est declaratum.

5 Postremo aduerte, præsumentes absolueri ab aliquo casu contento in Bulla Coenæ Domini, incidere in excommunicationem, quam quidem Bullam teneantur Confessarij sub poena peccati mortalis, (quantum in eis est) curare, ut poenæ se habeant. Vide dictam Bullam sub finem, & elicias hanc veritatem Si tamen dicatur, in virtute sanctæ obedientiæ mandatur, ut sæpe ego vidi. At si dicat Romanus Pontifex. Hortamur non erit reatus mortalis.

QVID SIT BLASPHEMIA HÆRETICALIS. Cap. III.

Super c. 2.

Quoniam iuxta communem doctrinam Doctorum quinque sunt species blasphemiarum, & forte sex, quæ quidem omnes ante promulgationem casuum factam per Illustriss. D. Paul. Aret. Cardinalem, & Archiepiscopum, erant referuatæ, prout apparet in Synodo Neapolitana. & Neapoli impressa, idcirco præfatus Illustriss. Archiepiscopus, volens ampliore facultate Confessarijs impartire, restrinxit se ad hanc solam speciem quam Doctores hæreticalem appellant, quam videlicet si quis crederet, hæreticus nimirum foret. Itaque qui alijs modis blasphemassent, absoluti possent à suis confessarijs, illi autem à panisæntiarijs, ut supra, si tamen nihil credant eorum, quæ effugerunt in Deum, vel Beatam Virginem, nam si crederent, ab ordinario tantummodo absolui in forma Ecclesiæ consueta possent.

QVID SIT VITIUM CONTRA NATURAM. Cap. IV.

HOc vitium iuxta Doctrinam Sancti Thomæ 2. 2. q. 154. q. 11. Secatur in plures species, quæ omnes antea erant in coeundo reservatæ in dicta Synode, ac Illustriss. præfatus Card. & Archiepiscopus compatiens fragilitati hominum, ampliorem absolvendi copiam Confessarijs fecit, restringens illa ad actum sodomiticum tantum, & coitum cum brutis. Qua in re consultum est plurimum saluti animarum, ac imperitiæ aliquot confessariorum, species tales reservatas minimè agnoscentium, aut aduertentium: & hoc idem factum est super incestu, cum omnis antea reservaretur, etiam in mulieribus, tamen nunc Illustriss. præfatus Archiepiscopus compatiens pudori dictarum mulierum, restringit eum ad solos masculos, prout ibi continetur. Nec reservavit villo pacto adulterium, sed concubinas, & concubenarios, propter periculum perseverantiæ in peccatis, & propter conservationem domorum, ac familiarum, & item propter gravissimum scandalum, quod communiter saltem toti vicinæ inde nasci solet. pro quo vide Concilium Trid. sess. 24. cap. 8. ubi iniungit Ordinarijs, ut admonitos concubenarios excommun. cent, vltra alias penas, &c. & item alij casus omitti sunt, qui tamen in antiquo folio reservabantur, prout ibi facile est videre, & præsertim fornicatio, in locis pijs modo redacta ad loca sacra pro laicis, & alijs nonnulli concessi sunt.

Vitiū cōtra naturā

Super casu
20. v. 3. in
cestu.

CAPITA PRÆCIPVA COMMVNITER INTERROGANDA

Confessarijs per RR. DD. examinatores, excepta etiam de consensu Illustriss. ac Reverendiss. D. Paul. Aret. Cardinalis, & Archiepiscopi Neapol. una cum adnotationibus in casus reservatos Neapolitanæ Diocesis, compilatis per R. P. I.

B. A. Theologum præfati Archiepiscopi, &c.

HÆC SVNT. Cap. V.

1 Super conditionibus confessariorum.

2 Super regulis dignoscendi peccata mortalia.

3 Super circumstantijs necessarijs peccatorum, & quibus casibus sit iteranda confessio.

4 Super restitutione.

5 Super vitis, interesse, ac censibus.

6 Super excommunicationibus, & praxi confessionis.

Peritiores verò confessarij interrogabuntur etiam super censuris, irregularibus, & votis.

Confessarij

PETITIONES AVTEM PRIORE LOCO FACIENDÆ

erunt hæc. Cap. VI.

1 An actus sint dimissorias superioris sui pro audiendis confessionibus.

2 An

2 An recte didicerent formam absolutionis cum antecedentibus, ac subsequentibus.

3 An habeant poenes sese aliquem Summissam, & item num accedant ad lectionem casuum conscientiae alicubi, aut legant eandem alijs.

4 An habeant Bullam in Cæna Domini poenes se.

5 An attulerint præcedentes licentias, siue ad tempus, siue absolute collatas, quia omnes sunt reuendæ, ac recognoscendæ.

Nota.

Si tempus, & opportunitas examina perficiendi super prædictis sex capitibus defecerit, tunc licentia regulariter curatis ad tempus concedetur, vt plenius statuto tempore au liantur, nisi præfatis RR. examinatoribus ob excellentiam doctrinæ alicuius ex confessarijs secus visum erit, aut ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinali, & Archiep. aliter de speciali gratia mandatum fuerit,

*Contra dā
ies mune-
ra.*

Confessarius autem qui munus, seu donum quodcunque cuiquam examinatum elargiri tentauerit minime se deinceps admittendum speret, nisi de speciali mandato Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis, & Archiepiscopi, quo simoniacæ labis suspitio prorsus euitetur. Passim enim idonei admittentur; ignari autem repellentur, vt sola animarum salus, pro Dei gloria, procuretur.

*Examina-
tores intro
ducendi.*

Ne vero examinandi quoque pacto ob multorum præsentiam terrore afficiantur, ad examen ipsum non nisi ij examinatores introducentur, qui pro tempore per famulum, seu nuntium fuerint inuitati.

*Quo die
fiat examē*

Singulis autem diebus mercurij, & veneris (nisi aliud obstat) totius anni, & quandoque alijs diebus, iuxta frequentem concursum RR. sacerdotum, præscriptæ examinationes sermone etiam vulgari, familiariter, ac pacifico modo fient; ei vero qui solus examinari optauerit, quatenus poposce rit (extra casus vrgentes) annuetur, ac concedetur.

*NOTANDA SUPER CASIBVS RESERVATIS, QUANTVM
ad censuras ibi notatas, quarum quædam per Illustriss. & Reueren-
diss. D. Cardinalium, & Archiepiscop. Neq. quædam vero per
Romanum Pontificem absolui possunt, cum alijs nonnullis
per eundem R. P. M. Ioan. Bapt. Eug. Eremitarum,
ac Theologum maxima cum utilitate adnotatis
Cap. V I I.*

Casus 8.

Casus octauus quoad primam partem; sibi Corruptores Monialium; Pro hac excommunicatione, quando incurratur, & Episcopis referretur, oportet videre Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. §. Ingredi. Pro eadem vero, quâ do Papæ referretur, oportet videre extrauag. Pij V. quæ incipit. Decori, & præsentem Catechesin Neapolit. sub num. excomm. 25 & 133. & 182. Et nota quod ij qui habent licentias ingrediendi Monasteria Monialium à Romano Pontifice etiam à Greg. XIII. ante annum 1575. usque ad mensium Iunium eiusdem anni, & eisdem vtuntur; incurrunt in excomm. reservatam Papæ, etiam si ob optimum finem ingrederentur. Illi autem, qui in dies, vigore licentiarum eis concessarum aut concedendarum ab Illustriss. & Reueren-

merendit. D. Card. & Archiep. aut alijs Superioribus, ad quos huc munus actinet, ingrediuntur dicta Monasteria Monialium ex. ra casus necessarios, & urge res, incurrunt in excomm. reservatam Roman. Pontif. propter extrauag. Greg. XIII. quæ incipit. Vbi gratiæ, siue bono, siue malo sine ingrediantur. Vide etiam præfatam Catechesin supra sub num. excomm. 17. pag. 113. &c. Caueant ergo, quos res ipsa tangit, cuiusmodi regulariter sunt Medici, Chirurghi, & alij officiales Monialium, habentes ordinariam licentiam in scriptis, immo, & earundem Confessarij, quibus quidem eas in lecto decumbentes visitare non licet (extra dictos casus) sine periculo præfatæ tremendæ censuræ. Quid autem incurrant in prædictis casibus ipsæ Moniales Vide assertam catechesin sub num. excomm. 18. pag. 113. & deinceps, & fortasse miraberis earum in curiam, ac simul dolebis. At medici, Chirurghi, & confessarij vocati à superiore monasterium, cessante fraude, non incurrunt.

*Notaudii
singulare.*

Dum vero ibidem dicitur, quoad tertiam partem intellige de ingressu. Monast. & modo quo supra.

12. Casus, quoad secundam partem, intellige raptos mulierum, & ad idantes consilium, auxilium, vel fauorem. Vide Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. & catechesin retro sub num. excomm. 90. pag. 119. Hæc tamen absolutio, non est reservata Rom. Pontifici.

13. Casus, quoad secundam partem, intellige clericos scienter sepelientes cadauera manifestorum vsurariorum. Vide clem. vnica de vsuris, & catechesin sub num. excomm. 74. pag. 117.

15. Casus, quoad secundam partem, intellige si sint falsarij litterarum Apostolicarum, & in forma Breuis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium de mandato, Papæ, aut Vicecancellarij &c. prout late continentur in Bulla Cœnæ Domini sub nr. 6. supra pag. 96. pro quo vide catechesin. lib. 3. & prædicta censura est reservata Rom. Pontifici.

16. Casus, incendiarij ante denunciationem possunt absolui super excomm. in cursa, ab Episc. sed post publicationem à solo Papa absolui possunt. cap. tua. de sent. excomm. Vide catechesin sub num. excomm. 171. pag. 131.

18. Casus, tale sacrilegi si cum effractione ipsant ecclesias, aut loca sacra, antequam denuncientur excommunicati, possunt absolui ab Episcop. super incurta excommunicatione, post publicationem autem à solo Papa absolui possunt. cap. conquesti. de senten. excomm. vide catechesin sub num. excomm. 172. pag. 131.

19. Casus, hæc excommunicatio est reservata semper Papæ, quoad primam partem, vique lib. & piorum locorum, & intellige si conuertantur in proprium usum & vsurpentur, & hoc siue fiat per se, siue per alios, vi. vel timore incusso, seu etiam per supplicas personas clericorum, aut laicorum, seu quæcumque arte, aut quocumque quæsto colore. Et intellige etiam, si quis impediat, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, dictorum piorum locorum, aut beneficiorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, & emphyteotica, siuctus, emolumenta, seu quæcumque obventiones (quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuertit debent) percipiantur. Pro quo vide Concil. Trid. sess. 24. cap. 11. Bullam in Cœnâ Domini sub num. 17. pag. 99. & Catechesin sub num. excomm. 86. pag. 118.

*Intelligeli
libros nō cō
tinētes fal
sa dogma.
pro quo vi
de indicta
Bulla.*

*Vide tñne
elucidatio
contineat
hæresim.*

Ibidem.

*Contra im
pressores.*

20 Casus. Pro hoc casu, aut certitudine censuræ, lege Bullam Pij. IV. initio In diebus librorum prohibitorum §. Si quis autem, vique in finem; nam ultra excommunicationem, adest suspitio hæresis in eo, qui illius generis libros ibi contentos legerit, vel habuerit. Quo in loco notabis per lectionem quorumdam librorum etiam prohibitorum, ibi nominatorum, non esse inflictam censuram; sed incurri in reatum peccati mortalis: & Episcoporum arbitrio seuerè esse lectorem puniendum vide etiam Bullam in Coena Domini sub num. ripag. 97. circa medium, itemque Catechesi sub num. excom. 119. pag. 122.

Et nota, eum, qui legit libros catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum, non incurere in excom. reservatam Papæ, sed reservatam Episcop. propter supradictum §. Si quis autem. Et propter verbum, Cuius vis auctoris propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, &c. & concordat etiam Nauarrus. Per lectionem autem librorum, de quibus fit mentio in Bulla Coenæ Domini, incurritur in excommunicationem reservatam Roman. Pontif. etiam post eius obitum propter verba dictæ Bullæ, id intelligas, si liber editus, vel manu scriptus, sit ab hæretico, & tractet de religione, vel saltem aliquam hæresim contineat, etiam per modum exempli, vt sit in grammatica, vel huiusmodi; nam si liber sit prohibitus, & auctor haud fuerit hæreticus (id enim ob inscitiam plerumque fieri contingit) aut si auctor libri sit, vel fuerit hæreticus, sed de religione non tractat, vt de historijs, vel geographiæ, vel huiusmodi, nulla ibi hæresis prorsus contineatur, tunc in excommunicationem Episcopalem, non Papalem incurritur, vide Bullam, & c. Fraternalis ext. De haberet.

Quoad secundam partem intellige imprimentes, vel imprimi facientes quoscumque libros sine licentia Episcopi, aut eius Vicarij. Nam tales ipso facto contrafacientes incurrunt excommunicationem, reservatam tamen Episcopis, nisi tales libri essent hæreticorum, quia tunc esset Papalis, & vltimè incurrunt in alias pœnas temporales.

Pro quo vide Concil. Lateran. vltimum sess. 10. canone, qui incipit, Inter sollicitudines: & notabis dictum Concil. non solum dicere imprimentes: & libros, vel imprimi facientes, sed dicere sic. Qui librum, vel quancumque scripturam, & item nota non tantum comprehendere imprimentes quemcumque librum, aut scripturam, sed etiam imprimi facientes, caueat ergo quos hæc res tangit. Pro hac re, vide etiam Concil. Trid. sess. 4. decreto 2. §. sed & impressoribus, &c. ibi sub pœna, &c. vide etiam indicem librorum, initio Regulæ. 10. & Catechesi sub num. excomm. 83. pag. 118. At quantum ad imprimentes libros hæreticorum, vide Bullam in Coena Domini in primo capite. Et hic præterea notent prædicti impressores contrafacientes quod vltra excommunicationem latæ sententiæ, incurrunt etiam alias pœnas iuxta præfata concilia, videlicet Lateranen. & Trident.

at Casus subiacet excommunicationi ipso facto, & quidem si interius, sum tali facto exteriore, credatur aliquid, quod derogat veritati fidei christianæ, tunc talis censura sæpe est reservata Papæ, & continetur in Bulla Coenæ Domini, in primo capite. Si verò non credatur quidquam tale: tunc absolutio dictæ censuræ est Episcopalis, pro quo vide Concil. Lateranense sess. 9. Item extrauag. Ioann. 23. quæ incipit, Super illius, & Catechesi

Chesia retro, sub num. excomm. 111. pag. 117.

24 Casus intellige in gradibus à iure prohibitis, videlicet vsque ad quartum gradum affinitatis, aut consanguinitatis, & quatenus iura statuant. Nam hodie sess. 24. cap. 4. per Concil. Trident. affinitas contracta, exformatione restringitur, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, & per cap. 3. decernitur quòd publicæ honestatis impedimentum primum gradum non excedat. Pro hac autem censura (non tamen Roman. Pontif. reseruata) vide Clem. de consang. & affi. cap. 1. & Catechesin sub nu. excom. 73. pag. 117.

25 Casus intellige quantum ad libertatem Ecclesiasticam, quæ proprie respicit personam, quantum ad statuta, decreta, & alias ordinationes, vel eorum usum, quibus Ecclesiastica libertas quoquomodo læditur, vel deprimitur, vel ei præiudicatur, & etiam respicit eandem personam, videlicet Ecclesiasticam, quantum ad quascunque exactiones siue sint pedagiæ, siue gabelle, siue quæcunque ouera. Pro hac censura vide Bullam in Cœna Domini sub num. 15. & sub num. 16. & sub num. 17. vide cap. nouerit de sent. excomm. & cap. quanquam de cens. lib. 6. extrauag. Pij V. quæ incipit. Dum ad vberes. Item Catechesin, sub num. excomm. 42. & 46. & 57. pag. 115. & 116. & latè in cap. 3. lib. & præfata censura communiter est reseruata Rom. Pont.

An autem subiaceat excommunicationi hæc secunda pars præfati casus 25 lege Catechesin post num. excom. 173. pag. 132. ibi. An autem, &c. Caue re autem debent Confessarij, ne sine manus impositione dimittant à se quemquam, qui sit remittendus prius ad pœnitentiarjos, quia esset periculum quodammodo reuelationis sacræ confessionis; & debent aliquam orationem proferre super illum, non autem formam absolutionis. Certiorem tamen debent reddere pœnitentes, eos non esse absolutos. Pro quo vide Catechesin in Notandis confess. circa finem lib. 1. c. 25. nu. 30. pag. 34.

Debent præterea aduertere confessarij, (seu Pœnitentiarij) prout passim doctores tradunt) an in hac Neapolitana Diœcesi sit aliqua censura infligta à iure Synodali, vel ab homine, quæ liget, & innodet transgressores, quia eo casu erit matre procedendum super tali casu.

Quamquam vero Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 8. de refor. astrictum non reddat Episcopum; nisi ad vnum Pœnitentiarium pro casibus reseruatis in Ecclesia cathedrali deputandum, non negat tamen, neque auferit eidem facultatem in eadem, aut alijs Ecclesijs plures tales deputandi, ac designandi. Quo circa Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalis, & Archiepiscopus prospicere volens saluti, & item commoditati ampl. sumæ, & Religiosissimæ Ciuitatis Neapolitanæ, eiusque Diœcesis, plures pœnitentiarios maiores (etiam vsque ad numerum duo de viginti, & plures) diuersis in Ecclesijs præter alios minores, qui tamen sunt ad tempus, elegit, atque designauit. Non tamen expediret saluti animarum, nec morum reformationi, si passim, etiam vnus tantum singulis in Ecclesijs pœnitentiarius maior in perpetuum deputaretur, magis autem expediens esset fortasse, si in aliquot statibus Ecclesijs plures pœnitentiarij præficerentur. Quia Ecclesia sancta Dei in suis filijs non eum finem inde consequeretur, ad quem, & propter quem reseruatjo casuum olim à sanctis Patribus fuit introducta. Nam facilitas

Nota, & obserua.

Notandū singulare.

Notandū singulare.

Super deputatione pœnitentiariorum.

An sit expediens multiplicare pœnitentiarios

cilias venia in centium prabet delinquendi, prout in simili proposita materia habetur in extrauag. comm. & si dominici, de penit. Paul. 3. §. Ne patim, & Xystus 4. §. Nos qui & praterea Ecclesiastica disciplina enervaretur, quæ tamen sanctis Patribus semper maxime cordi fuit.

Antiquus reservationis casuum.

Quod autem antiquissimus mos fuerit in Ecclesia, seu in Diocæsisbus aliquot casus reservandi, & præsertim quædam graviora crimina, quæ quidem vel sunt magis periculosa, quoad restitutionem, vel sunt magis scandalosa, quod commouendas seditiones in populis, vel in quæ etiam atrocissima delicta, homines sæpius prolabantur, & propter quæ Deus solet regna destruere, pestes immittere, ac bella suscitare, lege Synodum Hildeshei mensem cap. 50. suorum statutorum. Gloss. cap. si Episc. de penit. & remiss. lib. 6. Hostiensem in summa specular. in suo repertorio, & alia communiter Doct. & Concil. Trident. sess. 14. c. 7. §. Magno opere. Vbi etiam in fine sic dicitur. Sacerdotes in vnum præritentibus persuadere nitantur, ut ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutiois (videlicet casuum reservationum) accedant. Pro dicta etiam antiquitate reservationis casuum, lege Origenem in homilia 10. super num. 307. annos maledicentem, laicum peccantem indigere quandoque non solum sacerdote sed etiam Episcopo, & item lege cap. laicorem. 33. q. 2. de illa maxime remisso ad Episc. ad Papam ratione solius peccati sine aliqua censura.

Huiusmodi sunt blasphemia, & sodomia auct. col. 6. ut non luxur. Nota cõfessarie hæc verba concilij.

Necessitas reservationis ca.

Quoniam vero necesse semper fuit, Populus in Christiana disciplina custodire, ad quam rem maxime facit reservatio casuum, iuxta communem doctrinam Patrum, & quidem conformiter ad auct. Concil. Trid. in dicta sess. & cap. Ideo nuper casuum reservatio euulgata est, pro dirigitis pedibus peccatorum in viam pacis: & quidem nisi adesset casuum reservatio Domus essent profibula, & Ciuitates latronum receptacula, vltra pestes hæresum, quæ quidem supra modum pullularent.

Promissio pro mulieribus.

Verum quia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt (reservatio autem casuum consona est etiam diuinae auctoritati) vnde absolutus a peccatis reservatis a non habente potestatem iurisdictionis, non est vere absolutus (idecirco ne Mulieres vagari habeant, sapientissimè concessum est a præfato illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinale, & Archiepiscopo, ut singuli confessorij accedentes ad quoscuque electus Pænitentarios pro auctoritate (qualibet tamen vice) absolundi a casu, vel a casibus reservatis (ut supra) aliquam mulierem, vel pueros vsque ad 14. annos, peccant ad eis statim eam obtinere, iuxta præscriptum eiusdem ordinem, ac modum.

Responsio ad obiecta imperitorum.

Nec tamen ex casuum reservatione aliquid periculum, aut dispendium Christi fidelibus imminere, aut oriri potest, quia in articulo mortis, quilibet sacerdos (etiam alias non approbatus) pro illo tunc censetur approbatus, cum omnimoda etiam casuum concessione, ac facultate, etiam super quibuslibet censuris, seruat tamen alias de iure seruandis, pro quo videtur dictum Concil. Trident. ibidem, ut supra, & passim sacros Theologos quartum sent. & Catechesim hæcæ utis in locis.

De fide tenendum. Canon Concilij.

Quid autem tamquam articulum fidei fideliter circa casuum reservationem tenendum sit, illud est quod præfatum Concil. Trid. sess. 14. Canone 11. in hunc modum declarauit, statuit, ac sancit, videlicet.

Si quis dixerit Episcopus non habere ius reservandi sibi casus nisi quo-

ad externam poenitentiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quo minus sacerdos a reservatis vere absoluat, anathema sit.

De casu autem septimo nihil dico, quia clamat vindictam in celum, neque de vigesimo casu quidquam profero quantum ad suspectos de heresi, quia Deus ipse illud crimen reservavit. Vnum etiam filius de iure divino tenetur patrem hereticum prelatis manifestare secundum Alex. de Alef. 3. par. præcepto 4. q. 33. Henric. in id ipsam præceptum Ser. 5. Alph. de Castro de inst. heret. punt. cap. vii. Caiet. in Deuter. c. 13. Nauar. in c. inter verba 11. q. 3. & alios.

Scito quoque per octavum casum, quantum ad secundam partem ubi fit sermo de monialibus, non reservari literas amatorias (licet committer peccatum morale existat) sed actum solum quocumque modo invidiosum tamen, atque item non ignorabis, quod quamvis omne sacrilegium fit casus Episcopi, reservatus de consuetudine, prout Sylvester sentit in verbo casus num. 4. J. Quartus, tamen Illustriss. ac Reuerendiss. D. Card. & Archiep. noluit sibi alia sacrilegia reservare, præter contenta in folio casuum ac postremo non te lateat, Reservationem casuum intelligi debere de actibus exterioribus cum effectu, non autem de interioribus, prout specia liter notavit Petrus de Palude, cui Sorus, & Doct. in hac re subscribunt, & item de mortalibus, non autem de venialibus prout sentiunt omnes, & ratione etiam irrefragabili posset demonstrari.

Si quis autem pro sua conscientia maiore securitate scire cupiat excomm. late sententia, quæ quidem ligant solummodo transgressores Civitatis, ac Diocesis Neapol. legar Synodum editam sub Illustriss. & Reuerendiss. bon. mem. Alfonso Carafa Cardin. & Archiep. Neapol. fol. 134. 147. & 161. Suspensionem autem gravissimam late sententiæ ob ordinibus, officijs, & beneficijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum, etiam innitendo Clem. 2. quoniam de vita, & honestate clericorum contra clericos in sacris constitutos, & alios habentes qualiacumque beneficia etiam si fuerint exteri studiorum causa Neapoli commorantes, qui non incedunt in habitum, & tonsura Clericali. Vide fol. 133. dictam Synodum.

Item scias, quod si quis vir erubescencia victus noller adire penitentiariorum pro absolutione a casu reservato, poterit eius confessarius pro obtinenda facultate, illa vice, & item ad sui libitum adire præfatos superiores, a quibus statim (celato tamen nomine penitentis) prædictam potestatem eum absolvendi obtinebit. Sed si sciret talis penitens quantum meriti, & satisfactionis (secundum D. Aug.) apud Deum, ob non passam illam erubescenciam in adeundo, ut supra amittat, profecto desideraret pro omni peccato, nedam pro reservato, ad penitentiariorum se conferre. Et proinde sanctum Concil. Trident. præfata sess. 14. cap. 7 in calcæ, illa in verba contenta, saluberrime protulit, prout superius dictum est.

Prætere a noueris hoc esse remedium pro ijs, qui ubi non est trepidandum, solent trepidare, nempe ut cum ad suos confessarios pro consueta reconciliatione, ante Eucharistiæ Sumptionem interuallo vnus diei (aut eo amplius, seu minus, antea) eos redire contingerit, tum quidem obtenta prius facultate super reservatis casibus ab habente facultatem, ab omnibus peccatis absoluantur, & ita Ecclesiæ piæ Matri obediant, atque ab om-

Super 7. et 30. casu

Notandum super 8. casum, sed quia hodie est reservatus infra 230. Notandum generale super casibus.

Excomm. cõtenie in Synodo.

Remedium generale pro conscientijs infirmorum.

Erubescencia bonæ utilitas.

Psal. 13. Optimum consilium

si prorsus periculo reuelationis peccatorum suorum inimunes erant.

*Contra im-
prudens
remedium
Vt sepe
supradixi-
mus, &
presertim.*

Postremo noueris, nonnullos confessarios adeo à virtute prudenti-
alios esse, vt cum primum aliquem calum reservatum ipso Sacramento
talis confessionis audierint, illico penitentem illum ad Pœnitentiarum de-
stinant, ac transmittant. Qua de re fit subinde, vt eundem bis, & tertio, aut
eo amplius, necesse sit remitti. Sæpe namque contingit penitentes alijs re-
seruatis criminibus, etiam atrocioribus reperiri ingolutos, & i: confessario-
rum imprudentium dumtaxat causa, sacra confessio aut redditur odio-
sa, aut saltem onerosa, & interdum periculosa, cum alias) stante etiam ca-
suum reservatione à Spiritu Sancto introducta) non nisi vtilissima, & gra-
tiosa esse pijs mentibus consueuerit, est enim theriaca, & antidotum con-
tra peccatum, & antiqui serpentis Diaboli venenum, faci a mentalis confes-
sio. Ex eadem quoque imprudentia accidit quod sæpe grauissimi etiam
peccatores omnibus peccatis euomit ante Deum, ac pedes confessarij
mulum dispositionis ac præuenientis gratiæ diuinæ acquirerent, nisi ita-
tim audito casu reservato rapellerentur. Vnde fit aliquando, vt ob
hanc causam, nolint ad Deum clementissimum conuerti ac re-
dire. Audiant ergo confessarij prius totam confessionem,

*Tota con-
fessio sem-
per est di-
cenda.
Luc. 10.*

nullamque mentionem de reservatis faciant, nisi in
fine. Et postea more periti medici infundant vi-
num, & oleum vulneribus faucium, prout
Christus eos docuit, remittendo pe-
nitentem, aut seruando seruandam,
prout supra late expli-
catum est.

FINIS.



CASVS

CASVS RESERVATI

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO

D. ANNIBALI DE CAPVA ARCHIEPISCO-
PO NEAPOLITANO.

VIGORE ETIAM CONSTITVTIONVM SYNO-
daliū Dioec. Neapolit. quorum dispensatio nulli
nisi eidem Illustriss. & Reuerendiss. Archiepi-
scopo tantum reseruat.

ET SINE LICENTIA INSCRIPTIS, EIVS-
dem Illustriss. & Reuerendiss. Domini manu firma-
ta, confessarijs, ubi contigerit, minime con-
cedenda. Cap. V I I I.



QVONIAM Iuxta Concilij Tridentini de-
cretum magnopere ad Christiani Popu-
li disciplinam pertinet, vt atrociora, &
graviora crimina, non à quibusvis, sed à
summis dumtaxat sacerdotibus absoluan-
tur. Ideo Nos pro nostra pastorali cura
in Domino iudicauimus expedire, hosce
casus proponere, à quibus sacerdotes
etiam à nobis approbati intelligant se
absoluere penitentes minime posse.

Igitur præter votorum, & iuramen-
torum commutationes, & irregularita-
tum dispensationes, nec non absolutionis

suspensionis, interdicti, & excommunicationum maiorum, quæ summo Pon-
tifici, & Episcopo sunt reseruatæ, hi præterea casus nobis sunt reseruati.

1. Homicidium voluntarium, & realis absq. scio membri. Mandantes
quoque ac auxiliantes, procurantes, etiam abortum post animatum factum
Et verberantes parentes suos.

2. Blasphemantes publicè Deum, vel sanctos:

3. Concubinarij publici, sodomitæ, & coeuntes cum bestijs, & incestuo-
si vsque ad secundum gradum consanguinitatis, & affinitatis, & in cog-
nitione spiritali, ita vt masculi tantum comprehendantur.

4. Violantes moniales, & cum illis turpiter ludentes, & violenter vir-
gines

gines stuprantes, & mulieres quascunque rapientes.

6 Loquentes cum notarialibus, etiam in Cratibus, vel Rotis, sine nostro vel nostri Vicarij, ad id deputati licentia. Declarantes in super, quod habentes licentiam loquendi cum aliqua particulari, & nominata, si loquutus fuerit cum aliqua alia incidit in censuram.

7 Usurarij publici, & Notarij non reuelantes infra tres menses testamenta, & legata ad pias causas, & eorum executionem impediendum.

8 Qui in iudicio falsum dolose deposuerint, vel ad id faciendum, aliquem seduxerint, vel quomodolibet induxerint, & qui falsas scripturas cum preiudicio tertij composuerint, vel eas scienter vsi fuerint.

9 Qui libellos famosos emiserint, litteras, & scripturas quascunque in alicuius personae infamiam, certo, vel incerto auctore scripserint, aut alij indicauerint, fautores, consilium dantes, & participantes.

10 Sacrilegium per furtum, & rapinam, & sanguinis vel seminis effusionem cum scandalo.

11 Inceuarij ex proposito.

12 Soralegi, & diuinatores, qui expressa demonum inuocatione, dolose vsi fuerint.

13 Abutentes Sacramentis ad superstitiones.

14 Contrahentes matrimonium clandestinum, contra Decretum Synodi Tridentinae.

15 Confessarij qui aliquid a penitentibus, nomine restitutionis, aut satisfactionis, aut pro missis celebrandis ad penitentiam iniunctis exegerint, aut petierint.

16 Clerici omnes qualitercunque beneficiati, aut in sacris constituti incedentes in habitu seculari.

17 In omnibus his nostris casibus non intelliguntur pueri vel puellae ante annos pubertatis. Et si aliquis confessarius quencquam scienter a praefatis casibus absoluerit presumpserit, ipso facto suspenditur nunc pro tunc ab audientia confessionum.

† Nota quod nonnulli ex supradictis casibus habent annexam excommunicationem Synodalem videlicet ij. iunctis qualitatibus, vt ibi. v. quoad vltimam partem. vij. quoad vtranque partem. vij. quoad vtranque partem viij. quoad totum. x. quoad totum x. quoad primam partem, si interuenit fractio muri, quoad vero secundam, si commissio carnalis acciderit in Ecclesia. xj. quoad totum. xj. quoad totum & duplici vinculo innodantur, & saepe incurritur Apostasia. 13. incurritur censura Papalis, si adsit mala credulitas, & saepe incurritur Synodalis.

Nouissime vero in Synodo Dioecessana Neapolitana habita anno 1607. dicti casus, & censurae, sunt contracti ad minorem numeram; eosque hoc in loco imprimi curauimus, videlicet.

CASVS

C A S U S
E P I S C O P A L E S
R E S E R V A T I
 IN SYNODO DIOECESANA:

Habita ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Octa-
 uio Tituli S. Praxedis S. R. E. Card. d' Aquauia Ar-
 chiepiscopo Neap. Anno Domini. MDCVII.

*Reseruatæ etiam ad præsens Illustrissimo, & Reuerendissimo
 mo D. D. Decio Tituli SS. Ioannis, & Pauli S. R. E.
 Prasbytero Cardinali Carafa Archiep. Neap.
 in Ciuitate, & Diocesi Neapolitana.*



Voniam magnopere ad Christianum popu-
 lum in timore Dei continendum pertinet, iux-
 ta sacrosancti Trident. Concil. Decretum, vt
 atrociora, & grauiora crimina ab Episcopis
 dumtaxat absoluantur, Ideo Nos pro nostra
 Pastoralis cura in Domino expedire iudica-
 uimus infra scriptas censuras, & paucos ca-
 sus reseruare, à quorum absolutione distri-
 ctè præcipimus, & mandamus vt Sacerdotes
 omnes Cont. S. r. j. seculares. siue regulares,
 etiam à Nobis quouis modo approbati, seu
 approbandi omnino abstinere debeant, sine

nostra. vel nostri Vicarij Generalis licentia, & facultate obtenta, excepto
 mortis articulo, iuxta factorum Canonum dispositionem.

Casus reseruati, quibus annexa est excommunicatio:

Omnès vtriusque sexus persona, quæ per se, vel per alium de Sanctissi-
 mo Altaris Sacramento, Chrismate, Oleo Sancto, siue quacunque re
 consecrata ad diuinationes, uenencia, sortilegia, ad alios illicitos usus, quo-
 uis modo abutantur, aut qui alicui daret, siue reciperet de sanctissimo Sa-
 cramento, aut sacramentalibus predictis, ob fines supradictos, et si dicitur, ab-
 sus re ipsa non sequatur, pœnam excommunicationis ipso facto incurrat.

Bandem pœnam excommunicationis incurrant, omnes vtriusque re-
 sexus

sexus personæ, quæ Dæmoni obsequium promittitur, sacrificia, siue eius et feruus, etiam absque erroris intellectu nec non qui per se, vel ad alterius instantiam condant, siue condi faciunt quamlibet imaginem siue anulum, aut quodcunque aliud artificiatum, ut in eo Dæmonem contringat.

3. Item omnes venefici, negromantes, sortilegi, diuinatores, lamiz, siue striges, utriusque sexus, & omnes quocunque nomine nuncupentur, qui cum expressa Dæmonis invocatione, prætextu captandæ dilectionis, aut odij inferendi, vntur incantationibus, siue divinationibus, & maleficus in damnum personarum siue etiam vtuntur ligaturis ad amorem excitandum, vel à naturali, & legitimo matrimonij vlu coniuges auertendos.

4. In pœnam excommunicationis ipso facto incidat, quicumque præsumet accedere ad Monasteria Monialium quantumvis exempta, vt cum Monialibus, vel aliqua ipsarum colloquatur, etiam si sit nouicia, aut etiam puellis, quæ educationis causa ibi commorantur, sine tamen nostra, vel nostri Vicarij licentia. Declarantes quod qui facultatem obtinerint colloquendi cum aliqua prædictarum, non possint eadem vti vt cum alia colloquantur data opera, aut ex professo. Bos verò, qui (quod Deus auertat) sub prætextu licentiæ obtentæ præsumerent cum aliqua Moniali, licet nouicia, de rebus obscœnis, verbis, aut actibus impudicis pertractare; vel literas de rebus obscœnis, siue internuncium transmittere; ipso facto excommunicamus. Et similiter tam viros, quam mulieres, tam intra, quam extra claustra monasterij existentes qui scienter literas, vel nunciium de rebus prædictis deferrent.

5. Item omnes, qui falsum in iudicio malitiosè deposuerint contra innocentem in causa criminali, vel ciuili, in grane damnum alterius, vel vt deponatur, scienter effecerint. Nec non Actuarios, siue Subactuarios. Notarios, siue Scribas, qui cum alterius partis offensione, vel cum Reip. detrimento, cuius per magni interest ne delicta impunita sint, dolosè, vel dimiuitam capiunt informationem, neque omnia testium dicta scribunt.

6. Omnes itidem, & quicumque Confessarij approbati, siue approbandi ad confessiones audiendas, quomodolibet, etiam Parochos qui (quod Deus auertat) inducerent, siue sollicitarent quamcunque personam sibi consententem ad res lasciuas siue carnales in actu confessionis, vel post immediatè pœnam excommunicationis incurrant.

Declarantes, quòd exceptis his excommunicationibus, vt supra nobis referuatis, Parochi, & omnes Sacerdotes sæculares, siue regulares à nobis siue nostro Vicario Generali approbati, siue approbandi, iudiciali integritate confessione, absoluerè possint, & valeant ab omnibus alijs censuris à Synodalibus, seu Sædicialibus itactis, vel de consuetudine nobis, & Ordinario loci, siue Archiepiscopo Neapolitano quouis modo referuatis etiam si talia forent, quæ specialem requirent facultatem. Declarantes etiam, quòd quamuis à nobis concessa fuerit, aut imposterum concedetur facultas alicui Sacerdoti seculari, siue regulari absoluedi a censuris nobis referuatis, à censura colloquutionis cum Monialibus de rebus obscœnis, vt supra, nunquam intelligatur concessa facultas absoluedi, nisi fuerit facta expressa mentio. Et idem etiam intelligatur de censura circa violationem immunitatis Ecclesiarum.

Castus

Casus reservati, quibus non est annexa excommunicatio.

Blaspheantes Deum, vel Beatam Virginem ex perversa consuetudine coram pluribus personis supra quatuor.

2 Peccatum Sodomiae exercentes, vel cum brutis coeuntes;

3 Incestuosi in primo, vel secundo gradu consanguinitatis, aut affinitatis; ita ut masculi tantum in hoc, & praecedentibus peccatis carnis comprehendantur.

4 Confessarij quicumque etiam Curati, ad turpia: siue obscena filias spirituales, siue quoscunque sibi consistentes, quamvis non immediate post confessionem inducentes, vel sollicitantes.

5 Medici accedentes ad visitandos infirmos in lecto iacentes post tres dies a prima visitatione, qui certo scire non curauerint, quod dicti infirmi idoneo Confessori peccata sua confessi fuerint.

Pueros vero, & puellas ante annos quatuordecim completos hisce nostris Casibus, & Censuris non intendimus includere.

Quo ad Censuras vero antiquas num aliquid sit mutandum, speciali iudicio innotescet.




ANIMADVERTENDA;

PRO NVNC A CONFESSARIIS,
ET PÆNITENTIARIIS
NEAPOLITANÆ DIOECESIS.

Collecta per eundem Io: Baptistam Antonucium;
de mandato Illustriss. & Reuerendiss. Ar-
chiepisc. Neapol. D. Annibal de Capua.

Cap. I X.



In primis nosse debent confessarij, quod præter casus contentos in altero folio, extant alij plurimi excommunicationem, aut alias censuras annexas habentes, cuiusmodi sunt, ij, qui in Bulla Cœnæ Domini continentur (à quibus solus Papa absoluere potest) & item alij, qui in corpore iuris, aut extrauag. Roman. Pont. seu in constitutionibus synodalibus descripti reperiuntur. A quibus quidem nullo modo, extra mortis articulum, valent confessarij quemquam regulariter absoluere. Præfatos autem

casus si quis expeditissime scire voluerit, eos apud Summistas in verbo ex cõmunicatio perlegat, & præsertim Catechesin Neap. supra f. 110. & seq.

2 Super votorum, aut iuramentorum commutationibus, aut irregularitatum dispensationibus, itemque super petitione debiti matrimonialis in incestuosis nequeunt se intromittere confessarij, & ideo caueant ne se, & alios illaqueant.

3 Quando quisquam ex pœnitentibus est inuolutus in aliquo casu reseruato non habente annexam censuram excommunicationis, tunc audita prius tota illius confessione à confessario, poterit absolui non reseruatis. Ita tamen dicendo post alia præmittenda. Ego absoluo te à peccatis tuis &c. quoad proreliquis autem poterit remitti ad pœnitentiarum. Poterit etia prius mitti pro reseruatis ad pœnitentiarum, pro reliquis autem de inde remitteretur ad proprium confessarium, quo quidem casu poterit sub hæc forma pœnitentis à dicto confess. absolui, videlicet post alia præmittenda. Ego absoluo te à peccatis tuis, &c. ita vt semper vnus audierit totam confessionem. At si pœnitens aliqua

censura

*Modus ser-
uandus in
casibus re-
seruatis.*

cenfura excommunicationis fuerit irretitus, debet quidem à confeffario integra eius confeflio audiri, fed abfolutio pœnitentiarij debet omnino tunc præcedere, vt pœnitens abfolutionis sacramentalis capax efficiatur iuxta Diuum Thomam, & commun. opin.

4 Regulares, vigore etiam Maris magni, aut quorumcumque priuilegiorum potestatem non habent abfoluendi à casibus sibi ab Episcopo referuatis, pro vt pluries per Sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium, ac per ipsum S. D. N. Gregor. XIII. declaratum fuit, per litteras ad diuersos locorum ordinarios directas, & in specie datas Illustrissimo D. Cardinali Neapolitano bon. mem. Paul. de Aretio. Neque etiam, id possunt vigore cuiuscunque societatis, seu confrariæ quomodocumque hæcenus priuilegiatæ, nisi post Concil. Trident. confirmatio in specie super abfol. catuum, ac cenfurarum facta fuisset, aut nominatim alicui societati talis facultas data fuisset à Sede Apostolica post dictum Concilium nunc autem extant alia decreta prædictæ Sacræ Congregationis de ordine Sanctissimorum Pontificum Clementis VIII. & Pauli V. prout supra in libro tertio fol. 104. & 105. & in libro quarto fol. 181.

Congregatio Cardinalium n.

Not. hanc locum.

5 Regulares abfoluentes laicos excommunicatos a canone, aut à sententijs Synodalibus incurram ipso iure excommunicationem referuatam Romano Pontif. Qui autem abfoluere præsumunt ab aliquo casu contento in Bulla Cœnz Domini, vltra alias grauissimas pœnas, etiam si fuerint presbyteri sæculares incidunt in eandem sententiam excommunicationis, ac alias pœnas, vt ibi. Quam quidem Bullam etiam ex præscripto S. D. N. Papæ, Singuli, etiam Regulares, confessarij penes sese, vltra cenfuras Synodales, quæ quotannis promulgari consueuerunt, habere tenentur.

Clem. Religiosi de priuil.

6 Quando Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Archiepiscopus de gratia speciali alicui confessario facultatem tradit super abfolutione à casibus sibi referuatis non intelligitur eidem potestas concessa super cenfuris, nisi hoc modo loquendi vteretur, videlicet omnem meam potestatem tibi trado, & item concessio facta super cenfuris non intelligitur facta super dispensationibus irregularitatum. Quæ quidem irregularitates neque per Iubileos tolli vniquam solent. Quia per verbum dispensatio, non autem per verbum abfoluo abolentur, & item quia non est cenfura c.

7 Quoniam vero Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Archiepiscopus non solum animarum saluti, sed etiam quatenus expediat earundem commoditati consulere valde intendit, ac studet, idcirco concedit sua Illustrissima Dominatio, vt mulieres non teneantur per se ipsas accedere ad pœnitentianos singulis annis regulariter instituendos, ac publicandos, per proprium earum confessarium poterunt ab aliquo pœnitentiaro, seu Reuerendissimo Vicario Generali abfolutionem vna cum pœnitentia salutari pro modo culparum obtinere. Masculi autem propter erubescentiæ saluberrimam virtutem, ac meritum, teneantur per se ipsos accedere ad pœnitentianos. Poterunt tamen etiam per proprios confessarios à præfato tamen dumtaxat Reuerendissimo Vicario abfolutionem super referuatis impetrare, nisi fuerint decumbentes in lecto, seu alias morbo grauati, aut in carceribus detenti: quo quidem casu poterit pro abfolutione, vna cum pœ-

Gg 2 niten.

nitentia salutari ad pœnitentiariorum recursus haberi.

8 Hoc vero pro constanti semper habendum erit, quod absolutus in foro conscientie non est propter id in foro fori absolutus censendus; sicut etiam in Iubileis adnotari solet à Rom. Pont.

9 Caueant autem pœnitentiarij, quibus super censuris delegata est potestas, ne quempiam percussorem clerici, eo tamen in casu, cum iuxta nouissimos canones fuerit euitandus, neue quemquam nominatim excommunicatum, suspensum, aut interdictum, (etiam in foro conscientie tantum) absoluant, alias se illaqueabunt, pœnitentes vero decipient, in casu tamen solemniter alicuius Iubilei censuris taliter irretiti, pro illa vice tamen poterunt secreto sacramenta percipere, seruatis tamen, alias de iure seruandis

10 Pœnitentia seu satisfactiones imponenda sint salutares, pro modo nempe culparum, & si non iuxta quantitatem earum. Quocirca spirituali morbo congrua & apta medicina, siue in orationibus, siue in alijs partibus satisfactionis imponenda erit. Plurimum autem ad animarum salutem conducet, si frequentia confessionis, aut Sacre Eucharistie iuxta qualitatem personarum imponatur. Id vero maximopere confessarijs curandum erit; nimirum, ut occasiones, ac commo. litates, aliaue incentiua delinquendi in posterum præscindantur, ac rescentur.

11 Quamuis omnes sacerdotes in articulo mortis ipsius pœnitentis ingenti, atque per ampla potestate potiantur, quando tamen opportunitas ad eundem superiorem conceditur, non erit citius quam par sit, manus imponenda super pœnitentem; alias, non vltus, sed abusus concessæ potestatis foret.

12 Postremo quia regimen animarum est ars artium, habeant singuli confessarij pœnes se aliquem lummistarum & præferriam ex recentioribus & in arduis non pigeat eos ad peritiores, aut saltem ad tuam Illustriss. D. seu ad eius Reuerendiss. Vicarium recursum habere. Ante omnia vero memoriter teneant censuram 41. & 42. Synodalem. Lectionibus vero casuum conscientie in ijs locis seu Ecclesijs, vbi legi solet sæpissime intersint, etiam si regulares fuerint.

**ABSOLVTIO OBSERVANDA COMMVNITER IN CONFES-
sione Sacramentali iuxta Rituale Romanum editum iussu San-
ctissimi D. Pauli Papæ V.**

Mereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducatur ad vitam æternam. Amen.

Deinde dextera manu versus Pœnitentem elevata dicit.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego autoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in
quan-

quantum possum, & tu indiges, deinde Ego te absoluo à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Passio Domini Nostri Iesu Christi, merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & premium vitæ æternæ. Amen.

Si Pœnitens sit laicus. omittitur verbum, suspensionis, prout in dicto Rituali de Sacramento Pœnitentiæ, in quo recensentur omnes aliz sequentes formulæ absolutionum:

In confessionibus autem frequentioribus, & brevioribus omitti potest. Misereatur &c. & satis erit dicere. Dominus noster Iesus Christus, &c. ut supra, vsque ad illud Passio Domini, &c.

Virgente vero aliqua graui necessitate in periculo mortis breuiter dicere poterit Ego te absoluo ab omnibus censuris, & peccatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. prout in dicto Rituali, &c.

S Y M O N I T I O.

IN foro interiori Confessarius habens facultatem absoluendi excommunicatum, absoluat iuxta formam supra præscriptam in absolutione Sacramentali, &c.

Si Sacerdoti sit commissa facultas absoluendi aliquem à suspensione, vel ab interdicto, extra, vel intra Sacramentalem Confessionem quamuis nulla verba sint præcipue determinata vel poterit hæc formula. Pœnitens dicat Confiteor Deo &c. Sacerdos Misereatur &c. Indulgentiam &c. Auctoritate mihi ab. N. tradita, Ego absoluo te à vinculo suspensionis, vel interdicti, quam, vel quod, propter tale factum, vel causam incurristi, seu incurrisse declaratus es, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Si vero Confessario, siue in foro conscientiæ, siue extra data sit potestas dispensandi super Irregularitate tunc postquam absoluerit à peccatis, addat consequenter.

Et eadem authoritate dispenso tecum super Irregularitate, vel Irregularitatibus (si sint plures) inquam, vel quas ob talem, vel tales causas (eas exprimendo) incurristi, & habilem reddo; & restituo te executioni Ordinum, & Officiorum tuorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Si nullum habet ordinem dicatur. Habilem reddo te ad omnes ordines suscipiendos, vel etiam ad alia, iuxta tenorem mandati.

Quod si necesse sit titulum Beneficij restituere, & fructus male perceptos condonare, subiungat.

Et restituo tibi titulum, seu titulos, beneficij seu beneficiorum, & condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. prout in dicto Rituali.

Aduertat autem Sacerdos ne villo modo in ijs facultatis suæ terminos excedat.

*Absolutio
ad cautelam.*

Aduertant semper confessarij in qualibet formula absolutionis faciendæ, vt semper præmittant ad cautelam absolutionem à censuris, vt supra quatenus ad eos spectet, & etiam caueant, ne in absolutione à peccatis subiungant, à peccatis conseritis. Quia vt plurimum non possent nisi obesse ipsis pænitentibus pro vt passim doctores adnotarunt. Absolutio autem prædicta ad cautelam tempore Iubilei, aut aliarum gratiarum ad instar Iubilei, liberat pænitentes à quibuscunque censuris, etiam si propter obliuionem quis non fuerit confessus aliquod peccatum, cui excommunicatio, aut suspensio fuerat annexa.

S V B M O N I T I O.

*Facultas
Pæniten-
tiorum, &
quandiu
duræti pæ-
nitentiarij.*

Nota, quod intentio Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Archiepiscopi est, vt pænitentiarj, qui maiores nuncupantur, quique in Ecclesia duntaxat cathedrali regulariter constituendi sunt, ab omni etiam censura, siue à iure, siue ab homine quatenus & quomodocunque suæ Illustrissimæ amplitudini à iure communi conceditur, pænitentes ad se confluentes in foro conscientie tantum, absoluerè possint, cæteri verò pænitentiarj minores appellati ab omnibus casibus, non habentibus tamen censuram aliquam annexam possint pænitentes, imposita tamen pænitentia salutaris, absoluerè citra etiam casum corruptionis monialium. Rursus suæ Illustrissima amplitudo facultatem maiorum pænitentiariorum vult ad sui beneplacitum durare, minorum verò Pænitentiariorum potestas vsque ad festum Pentecostes, & deinde ab initio aduentus vsque ad festum Epiphaniæ duntaxat durabit. Ita tamen, vt dicti pænitentiarj minores à deputatis examinatoribus Curie Archiepiscopalis super audientia confessionum preuio examine facultatem obtinuerint, aut vt gradatim iuxta ritum vtiliter introductum ea obtineant. Neque enim per tale officium, seu sacrum exercitium intelligitur prorogata eorum facultas super audiendis confessionibus. Sed sicut antea, durare, aut ad tempus per seruare, semper intelligitur; hodie verò durat facultas prædictorum Pænitentiariorum vsque ad tempus præscriptum in cedula, vel facultate, quæ ipsi in scriptis traditur.

F I N I S:

D E

2

**PRAEPARATIO
PROEXAMINANDIS
AD ORDINES,
ET CONFESSIONES.**

**CVM INDICE MATERIARVM, QVAE
ibi tractantur.**



N E A P O L I,

Ex Typographia Constantini Vitalis. M. DC. XVII.

• SUPERIORVM PERMISSV.

D E SACRAMENTIS



Acramentum est sacræ rei signum inuisibilis gratiæ visibilis formæ: ita ut imaginem gerat & causa existat. vel.

Sacramentum est materiale elementum, oculis subiectum, ex similitudine representans, institutionem significans: & ex sanctificatione gratiam conferens.

Dicitur Sacramentum à secreta virtute: vel à sacra virtute: quia sub tegumento corporalium rerum, virtus secretius salutem eorundem Sacramentorum operatur ut in 1. q. 1. multi secularium & dicitur græce, myschirion idest misterium latine,

vel Sacramentum, d. c. multi. & Abb. in rub. de sacra. non iter. Et Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, quam significant, nisi ponatur obex: & differunt à Sacramentis antiquæ legis, quia illa non efficiebant gratiam, sed eam, solum per passionem Christi dandam, figurabant, ut patet ex sequentibus Decretis Sacri Concilij Tridentini in sessione 7. de Sacramentis in genere. can. 6.

Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant: aut gratiam non ponentibus obicem, non conferre: anathema sit can. 1.

Si quis dixerit ea ipsa nouæ legis Sacramenta, à Sacramentis antiquæ legis non differre; nisi quia ceremoniæ sint aliæ, & alij ritus externi: anathema sit.

Sacramenta in duobus consistunt: scilicet in verbis, & elementis.

Virtus Sacramentorum in duobus consistit, scilicet in auferendo culpam, & conferendo gratiam. Et septem sunt Sacramenta nouæ legis, scilicet. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vntio, Ordo, & Matrimonium, & omnia instituta sunt à Domino Nostro Iesu Christo: ut patet ex sequenti Decreto supradicti Concilij in eadem sess. can. 1.

Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Domino Nostro Iesu Christo instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet, Baptismus, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vntionem, Ordinem, Matrimonium, aut aliquod horum septem non esse verè & propriè Sacramentum, Anathema sit.

Quædam istorum data sunt in remedium vnius personæ quædam in remedium totius Ecclesiæ, quæ data sunt in remedium vnius personæ, sunt triplicia, quædam enim data sunt in remedium ad intrandum in Ecclesiã ut Baptismus, quædam ad egressum de Ecclesiã, idest Extrema vntio, quædam ad progressum in ea; & hoc dupliciter, vno modo ad executionem

A virtutis

vitutis, videlicet, ne à malis superemur; & quantum ad hoc est confirmatio; vel vt bonis adhæreamus & quantum ad hoc est confirmatio; vel vt bonis adhareamus & quantum ad hoc est Eucharistia, Alio modo in reparatione virtutis, quia ipsum hominem in pugna spiritali contingit lædi aliquo modo, & sic est pœnitentia. Si autem in remedium totius Ecclesiæ hoc est duobus modis, scilicet ad spiritualem, & naturalem multiplicationem, spiritualis est, Ordo sacer, naturalis est, Matrimonium.

Ex istis, quinque sunt necessaria, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia post peccatum, & Extrema vntio. Et dicuntur necessaria, quia sine ipsis non potest quis saluari, si ex contemptu omittantur. alia duo sunt voluntaria, scilicet Matrimonium, & Ordo, & dicuntur voluntaria, quia sine illis potest homo saluari. Præterea quatuor modis vnum sacramentum dignius est alio, scilicet, ratione efficaciz, vt Baptismus, quia sine ipso quis non potest saluus esse, ratione Sanctitatis vt Eucharistia, ratione significationis, vt coniugium, significans coniunctionem Christi cum Ecclesia, ratione conferentis, vt Confirmatio, & Ordo, quæ sacramenta conferuntur ab Episcopo, vt in glos. in cap. nihil in Sacrificijs, de conse. dist. 2. & concordat S. Bonauen. in 4. sen. dist. 7. num. 3. & videtur confirmari per Concilium Trid. in supradicta sess. can. 3.

Si quis dixerit hæc septem sacramenta ita esse, inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius: Anathema sit.

Tria sunt sacramenta, quæ imprimunt characterem in anima, scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo, & hæc non iterantur: reliqua non imprimunt characterem, & iterari possunt, vt patet ex sequenti Decreto, in eadem sess. can. 9.

Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo, scilicet Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum spirituale, & indelebile, vnde ea iterari non possint: Anathema sit.

Character est signum à Deo in anima impressum per susceptionem alicuius sacramenti, quod iterari non potest, quia perpetuo manet in anima.

Characteres imprimuntur, scilicet, in Baptismo. Imprimuntur quando dicitur, Ego te baptizo. In Confirmatione quando Episcopus dicit, Configno te signo Sanctæ Crucis, & confirmo te Crismate salutis. In ordinatione, quando Episcopus dicit, Accipe potestatem legendi, vel offerendi, &c.

In omni sacramento quatuor sunt necessaria, scilicet, Elementum, seu debita materia; vt in Baptismo, aqua simplex & naturalis. In Confirmatione, & Extrema vnctione, est oleum ab Episcopo benedictum & sanctificatum. In Eucharistia est panis triticus: us: & in sanguine est vinum de vite. In penitentia sunt peccata, quæ in confessione dicuntur, & sunt quasi materia ipsius pœnitentiæ; cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio. In ordinatione sunt diuersæ materiæ, scilicet, illa res, quæ traduntur ab Episcopo illi, qui est ordinandus, quando ei dicit, Accipe potestatem legendi, vel offerendi, &c. 2. forma verborum, 3. minister debitus, 4. intentio ministrantis, & intentio debet esse, quod intendat facere, sicut intendit facere Sancta Mater Ecclesia, vt patet ex sequenti decreto in eadem sess. can. 11.

Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem iactem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.

sacra-

Sacramentale, est omnis consecratio, vel benedictio, vel significatio ordinata ad aliquod Sacramentum per se ad illud idoneum reddendum: vel per accidens: sicut consecratio Ecclesie, Altaris, aut vestium: per se ordinatur ad Eucharistiam, aqua vero benedicta per accidens repellendo demones, & venialia abolendo: & hoc non facit remissionem venialium per modum Sacramentis, sed per modum meriti, quod intelligendum est, in quantum excitat mentem ad quandam eleuationem, & deuotionem actualem: quae est virtualis contritio de venialibus ea diluens: vt tenet Summa Syluestrina in titulo, aqua, & Sacramentale: & tenet etiam quod Sacramentalia dicuntur, quae sunt in Baptismo scilicet sufflatio cum caeteris. Et Sacramentale dicitur oleum benedictum pro Sacramento Confirmationis, & Extreme vnctionis.

Omne Sacramentum signo crucis perficitur: cuius virtute victus est Diabolus.

DE SACRAMENTO BAPTISMI CUIVS FRUCTVS EST.

Induere Christum, & nouam prorsus in illo efficere creaturam, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentem: ad quam tamen nouitatem & integritatem, per Sacramentum praesentiae sine magis nostris fletibus & laboribus, diuina id exigente iustitia peruenire, nequaquam possumus, vt dicit Concilium Trid. sess. 14. cap. 2.

Baptismus est suadamentum omnium Sacramentorum quia si Sacerdos postquam fuerit ordinatus, est certus quod non fuit Baptizatus, debet Baptizari, & iterum ordinari, vt dicitur in Decretali titulo de bap. & eius est, de presbytero non baptizato: & ideo prius ponitur.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta cum aqua, sub praescripta forma verborum, c. 1. & c. non apponeres, de bap. & Host. in Sum. & interior cum gratia. Et triplex est scilicet fluminis, sanguinis, & fluminis, non quod sint tres, sed vnum alijs sortitur vicem alterius facit glos. in c. Apotolicam, de presby. non bap.

Fluminis fit quando aliquis desiderat Baptizari: sed non habet per quem seu modum. c. debitum, de bap. Sanguinis fit in martirio pro Christo fulce pro, c. Baptismi vicem, de conf. dist. 4. c. debitum de bap. Et haec est differentia inter Baptismum fluminis, & sanguinis: Nam in baptismo fluminis, solum potest baptizari adultus in baptismo vero sanguinis tam adulti, quam non: nam pueri iam nati non habent discretionem, sed in baptismo sanguinis, secus propter magnam eius virtutem, vt pote, si occisa fuerit mater quae erat praegrans, baptismo sanguinis erunt salui. Scot. in 4. sent. dist. 3. q. vii. art. 11. Guliel. in c. Ranutius de testamento. nu. 20.

Baptismus fluminis, fit in aqua. Et quamuis multa sint consideranda in baptismo, tamen sex pro nunc faciunt ad propositum: videlicet, Materia, Forma, Minister, Persona baptizandi, Ritus, seu solemnitas baptismi. Et effectus baptismi.

Materia est aqua simplex & naturalis: vt patet ex sequenti Decreto in eadem sess. 7. can. 2.

P R E P A R A T I O

Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptisemi. Anathema sit. Et secundum glos. in cap. 1. de cons. dist. 4. habetur, quod aqua, quæ est materia Sacramenti Baptismi: incipit, & desinit esse Sacramentum in eodem instanti; scilicet in vltima prolatione syllabæ ipsius formæ quia tunc signat, non ante, vel post, remanet tamen res Sacra, & idem habetur, 1. q. cap. de trahe. in glos. & sic oportet quod mergendo aquam dicat verba, aliter nihil fit, & concordat Summ. Nauarra in cap. 12. §. 8. & 12.

Forma est duplex, vna Orientalium & altera Occidentalium, Orientalium est secundum ritum græcorum, quæ est ista, Baptizetur. N. Seruus Christi, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. c. vlt. de bapt.

Occidentalium, idest Latinorum, quæ est secundum Sanctam Romanam Ecclesiam, est ista, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. adde tertiam formam, quæ est sub conditione, cum nescitur, vtrus sit baptizatus, nec ne, cap. de quibus de bapt.

Minister ex officio est sacerdos, & absente sacerdote & in casu necessitatis est diaconus, & absente diacono est subdiaconus, & absente subdiacono est clericus, & etiam quilibet in necessitate, dummodo obseruet formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. cap. constante, & cap. mulier. de con. dist. 4. sed quid si non extaret nisi pater & puer esset morti proximus, & omnes essent absentes, an pater possit baptizare, & postea poterit petere debitum ab vxore, cum non sit baptismus relinquendus. Potest baptizare in hoc casu cum non contrahitur affinitas in hoc casu necessitatis, & est veluti ac si nihil egisset. cap. ad limina. 30. q. 1. & cap. 1. de cognat. spirit. Et quid de fratribus vide Compendium Privilegiorum, ver. Baptizare, vbi absente Sacerdote seculari, vel alterius professionis, possunt Fratres Minores baptizare.

Persona est illa, quæ vult accipere hoc Sacramentum.

Ritus seu sollempnitas octo modis consideratur, videlicet, in fronte & sufflatio, benedictio cum manus impositione, aures & nares sputo liniuntur, Catechismus, idest instructio, quia in Catechismo instruitur baptizandus in fide sal in ore. cap. sal cæleste. de con. dist. 4. vnctio olei sancti, aquæ benedictæ & sanctificatæ, atque tria post baptismum exhibentur. vnctio crismatis in vertice, & crisma debet esse illius anni. vestis candida, candela accensa, quæ in manu baptizati ponitur, significans lumen cognitionis, & sunt patrini, & matrina, omnia ista sunt ceremoniæ Ecclesiæ, quæ si propter necessitatem fuerint ommissæ, debent postea suppleri, ea forma vt in Rituali, & imponitur nomen, quia est homo nouus, & debet imponi nomen sanctorum, & non paganorum.

Effectus baptismi, est infusio gratiæ, & characteris impressio, Et propterea non est reiterandus etiam illi qui apud infideles fidem negauit, cum ad penitentiam conuertitur, vt patet ex sequenti Decreto in eadem sess. canoa. 13.

Si quis dixerit verum, & rita collarum baptismum, iterandum esse illi, qui fidem apud infideles, Christi negauerit cum ad penitentiam conuertitur, Anathema sit. Sed ibi per Episcopum admittuntur ad Ecclesiam vt in Pontificali, & per ipsum reconciliantur non per simplicem sacerdotem. cap. 6. iubet.

PRO EXAMINANDIS;

libet. 26. q. 6. Repertorium inquisitorum. ver. Reconciliatio, & de forma etiam habetur, cap. hi de quibus, de cons. dist. 4. cap. rebaptizare, & cap. de arrianis, de cons. dist. 4.

Sed quæro, quæ est debita materia baptismi: dico quod est aqua simplex & naturalis: sicut habetur in Concilio Tridentino. Et sic nec brodio nec in aqua mista butyro, nec si in modica aqua inmiscetur multum vinixaliter quod oportet vt cognoscatur quod sit aqua, ad quam agnoscendum; ista debent attendi, scilicet primo origo, & sic salua, vrina, aqua roseacea, & huiusmodi non sunt materia debita. 2. Species aquæ: vnde si habet saporem vini plus quam aquæ non est materia. 3. Quod possit purgare; quia aqua in linteo vel in lana non est apta purgationi huiusmodi, nisi exprimatur similiter neque glacies, vel nix. Grando vel lurum, nisi dissoluantur. 4. Quod aqua sit naturalis, & non artificialis, & ideo aqua ex herbis distillata, non est materia, sed potius humor herbarum dicitur, vt tenet Sum. Ang. bapt. 3 per totum & in eund. bapt. 4 qui dicit quod proiciens puerum in puteum sine fune non baptizat, sed in canistro positum fune in puteum demiserit, cum non possit manu, aquam attingere, intingens eum, & extrahens, quod sic est baptizatus, &c.

Vtrum quis potens proferre verba, sed non habens manus, & alius habens manus, sed impotens sit ad proferendum verba; possit baptizare? dico quod non quia non representant Christum, qui est vnus. Et sic potest intelligi de alijs Sacramentis, vt habetur in dist. 23. cap. ex epistola, & cap. quorundam clericorum. Sed quid si diceret ego vos baptizo: dico quod si subsistat necessitas propter multitudinem, quod potest fieri: sed seipsum non potest baptizare; vt dicta sum. bapt. 1. § 4. 5. & bapt. 5. & § 3. & 6. & cap. debitum, de bapt. & eius est, dicit quia sicut non potest nati sine patre, sic nec renasci sine patre spirituali, & sic quemadmodum non baptizatus, non potest tenere in baptismo ita non confirmatus non potest tenere in confirmatione, vt in cap. in baptismate, de cons. dist. 4.

Vtrum existens in vtero matris sit baptizandus: dico quod non; nec est aperienda mater; nisi sit mortua, sed si apparet aliqua pars, vt manus vel pes bene potest baptizari, sed postea natus debet baptizari sub conditione; si non es baptizatus; ego te baptizo. vt dicta Sum. Angel. tit. bapt. 6. § 3. & si moritur est saluus propter Dei misericordiam. Cardina. in cap. nulla. de cons. dist. 4. Host. in Sum. de cons. Eccle. vel Ale. x. q. 17. num. 2. ad 5. & in 3. par. D. Thom. art. 11. q. 68. D. Bon. dist. 6. q. 1. Ricar. dist. 6. art. 1. q. 1. Duran. dist. 6. q. 1. Scor. dist. 4. q. 3. de hoc cap. firmissime. de cons. dist. 4. cap. qui in matris, & cap. si ad matris. de cons. dist. 4. l. negat lex de morte infer.

Vtrum monstrum sit baptizandum? dico quod si duas haquet animas, vt putra, quia habet duo capita, quatuor manus debet, quælibet per se, si vero dubitatur, an sint duæ animæ, vt puta quia habet quatuor pedes, vel duas spinas in dorso. & vnum caput, tunc debet baptizari pars principalis absolute, & alia postea sub conditione, vt dicta Sum. in eodem loco, § 5. & doctores in 4. sent. dist. 5. q. 1. art. 9. vbi for.

Vtrum credens baptizare masculinum, cum sit femina, est verè Sacramentum? dico quod si simpliciter baptizat, est baptizata, vt dicta Sum. Angel. bap.

bap. 5. §. 13 & Sum. Syluest. cit. bapt. 3. §. 13. de Sum. Tabien. bapt. 6. §. 14. tenet contrarium.

Utrum Amentes, & dormientes possint baptizari? dico quod si nunquam habuerunt vltim rationis, vel si habuerunt & perierunt, possunt baptizari, si verò ante amentiam contradixerunt, non debeat, vt Sum. Ang. bapt. 6. §. 10 adde cap. maiores, de bapt. & eius. eff. vbi hoc est diffinitum & c. egrotantes, de cons. dist. 4. Alex. q. 18. & S. Thom. in 3. par. q. 68. art. vlt. Ric. dist. 6. q. 2. art. 2. Scot. dist. 4. q. 4. Dur. dist. 4. q. 5 cap. qui recedunt. 26. q. 6. in glol. & sic etiam Sum. Ang. dicit circa communionem, & extremam vinctio nem in extremis, vt in Euchar. 3. §. 14. & vñt. Extr. §. 4. Scilicet ijs in quibus cum erant compotes suæ mentis apparuit deuotio huius Sacramenti, vt dicit glo. noua. c. qui recedunt. 26 q. 6

Ignorans se baptizatum, si petit baptizari sine conditione, & postea reperit se baptizatum dico quod irregularis est, de confirmatione vero, videtur Sum. Ang. irreg. §. 24. & Sum. Nau. c. 27 §. 247.

Utrum si verba profertantur corruptè ex defectu linguæ vt pote, in nomine patria, & filia, & spiritus, quòd si non fuit malitiosè, sed solum ex defectu linguæ: quod est baptismus, vt de cons. dist. 4. cap. retulerunt, & si omittet ego & Amen. in forma baptismi: vere baptismus est: sed peccaret, omittens, vt Sum. Nau. c. 22 §. 5.

Quæritur quando pueri sunt baptizandi? dico statim propter periculum mortis, & peccant baptizantes in domo, non seruata sollemnitate, quando non est necessitas; vt faciunt obstetrices causa expectandi maiorem commoditatem, vt faciant compatres; nam postea licet in Ecclesia supleant omissas sollemnitates; non tamen suscipientes efficiuntur compatres, quia non tenent ad baptismum, etiam si iterum baptizarentur, cum semel sint vere baptizati, nam compaternitas contrahitur in ipsa forma baptismi, quando dicitur ego te baptizo. Sed sunt compatres ex Catechismo; & ista compaternitas ex Catechismo impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, vt Sum. Ang. bapt. 4. §. 9. tit. Cate. & Sum. Nauar. cap. 22 §. 49. & in Catechismo Romano in rubrica, quod baptismus non potest iterari, dicit quod sacerdos committit sacrilegium, & incurrit in poenam irregularitatis, baptizando puerum in Ecclesia cum illa conditione, si non es baptizatus, ego te baptizo, quando scit quod fuit baptizatus in domo ab obstetrice, causa necessitatis.

Utrum paganus petens baptismum sit statim baptizandus, dico quod nõ nam olim obseruabatur vt octo menses inter Cathecumenos manerent, sed hodie aliter Ecclesia obseruat, cum Gregorij sententia, nam ne longa dilatio retro possit animos Iudæorum reuocare, penitentia ac abstinentia quadraginta dierum per eos facta, erunt die Dominico, aut si celeberrima aliqua festiuitas occurrerit, baptizandi, vt de cons. dist. 4. cap. Iudæi, & cap. ne quod absit. Et hoc fit primò ad cautelam Ecclesiæ, ne decipiatur fidei accedentibus tribuens Sacramentum. Secundo, vt plenè ante baptismum instruat de fide. Sed quid in Cathecumenis non Iudæis, erit ac seruandum tempus Paschæ, & Pentecostes tantum: vt in cap. non ratione, & cap. duo tempora, & cap. venerabilis, de cons. dist. 4. Theolog. in 4. sen. S. Thom. in 3. par. quod sic, idest tantummodo in istis duobus temporibus, vt Romæ serua-

seruatur, & extra necessitatis casum, & hoc vt bene sint fundati, & instructi in fide, nam Turcæ solent aufugere, & ad vomitum redire. v. operera, &c. Et nota quod non propter hoc serui, eo quod sunt Christiani possunt promoueri ad ordinem, sine licentia Dominorum suorum, & si absque licentia ordinati sunt, deponuntur ab ordinatione, & restituntur Dominis, vt decretatum est in cap. de seruorum ordinatione, in eodem titulo in Decretali, & in dist. 54. cap. generalis querelæ, & per totum, vbi nec Religiosus potest esse sine licentia Domini sui quia baptisimus liberat tantum animam à peccato, & non corpus à seruitute, vt fuit decretatum in Synodo Neapolitana, sub felice R. Alphonsi Cardinalis, vt in pagina 88. Sed si sunt Iudæi post Baptismum habebunt libertatem, cum certo termine, vt extra de Iudæis cap. nulli. Et isti supradicti Catechumeni, & Pagani possunt stare ad prædicationem, & Missam, vsque ad offertorium: postea debent exire, ne præcepta mysteriorum notitia. & fidei nostræ secretioribus perferutatis, & inuersi, post modum impugnent nos, & contradictionibus suis, corda nostra dirumpant, vt in 1. e. 3. cap. nolite recedere, & in glo. in dicto. c. Iudæi de conf. dist. 4.

Ad quid tenentur compadres, seu fidei iussores in baptisimo? dico quod tenentur cum omni diligentia instruere eum in fide Christiana, & memorare ei qualiter renunciauit Sathanz, operibus, & pompis eius, & cum omni diligenti exhortatione, vt ipse penitus renunciet omnibus, quæ sunt contra Diuinam voluntati, & quod exequatur omnia quæ ipse patrisuus promisit, vt dicit S. Dionysius in cap. vlt. Eccl. hier. & habetur in catech. vnde dicit Sanctus Gregorius in Homilia feria sexta Ascensionis, tunc enim, veraciter fideles sumus, si quod verbis promissimus, operibus compleamus & si seruiamus post baptisimum, quod ante baptismum promissimus.

An licet per procuratorem contrahi cognationem spirituales? & sit cō paternitas tam in baptisimo quam in confirmatione, dice quod non, sed oportet quod si actus personalis & requiritur certa persona & concordat Sum Ang. tit. Matrimon. 3. imped. 7. §. 14 sed procurator si habet animum contrahendi cognationem spirituales, contraheret, alias secus, cap. ita diligere 30. q. 3. & vide supradictam Angel. in §. 15. ex huiusmodi procuracione facta pro compadre oritur quedam amicitia, & reuerentia.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Confirmatio est vinctio facta ab Episcopo in fronte baptizati, cum sermo verborum, scilicet, Signo te signo crucis. & confirmo te crismate salutatis, in nomine patris, &c. c. vnic. de Sacr. vr. et.

Seu confirmatio est Sacramentum Ecclesiæ à baptisimo se iunctum, quo Christianus baptizatus ad pugandum roboratur, non tantum pro se, verum etiam pro defensione fidei, & conseruatione, cap. Spiritus sanctus de conf. dist. 5. & confirmatio dicebatur etiam manus impositio, alio vocabulo. cap. 3. de conf. dist. 5. & hoc Sacramentum fuit institutum à Christo Domino eodem die quando Sacramentum Eucharistiz, id est die Cene Domini. Ita Fabianus Papa in cap. licetis de conf. dist. 3. Matth. 19. & Aposto-
li ad

ad imitationem Domini, vt in dict. cap.

De substantia huius Sacramenti sunt videlicet Materia idest oleum oliu-
narum cum balsamo ab Episcopo benedictum, & sanctificatum. Locus sus-
cipiens, est frons, forma verborum, & dignitas Pontificalis, vt patet ex se-
quenti decreto, cum ad ministrum in eadem sess. 7. de confirmatione
canon. 3.

Si quis dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse
solum Episcopum, sed quem vis simplicem Sacerdotem. Anathema sit. In
casu necessitatis, puer proximus morti, non reperto Episcopo nemo potest
eum confirmare, sed potest relinqui, nam non est Sacramentum necessita-
tis præcise, & in tantum est necessarium, quantum ad contemptum omitti-
retur, & moreretur, potest damnari, quia moritur cum peccato mortali, &
omnes fideles cum primum ad annos discretionis perueniunt tenentur
confirmari c. omnes fideles, de cons. dist. 5. & aliquis relinquens suscipere
ob incommodum, vel ob obliuionem? si erit in gratia, ibit ad patriam cæle-
stem, verum ex delegatione Summi Pontificis etiam non Episcopus potest
confirmare, c. quanto extra de consuetud.

Crisma est liquor factus ex oleo, & Balsamo, & non ex alia materia, ex
oleo tanquam vt ostendatur victor conscientiæ, ex balsamo vt bonus
odor famæ, & græce, Crisma, idest vnguentum, & non est simplex vntio,
sed ex liquore olei, & balsami, & isti duo liquores consecrantur singulis
annis ab Episcopo in die Coenæ Domini, & vetus Crisma comburitur, &
vtens veteri Crisma efficit dignus penitentia, cap. litteris, de cons. dist. 3. &
c. si quis de alio, de cons. dist. 4. & cap. quoniam de sent. excomm. lib. 6. sed
quid si liquor fieret solum de oleo propter penuriam, & pauci venirent ad
confirmationem, deberet ne postea supplere cum balsamo, licet non est
Crisma de essentia Sacramenti, tamen valeret, & concordat Soc. in 4. sent.
dist. 7. art. 2. & Sum. Nauar. in c. 22. §. 8.

Effectus huius sacramenti sunt duo principales. Primò, in illa signatione
facta per Episcopum, imprimitur character, vt postea discernatur ab alijs
non confirmatis.

Secundò. Nam datur gratia copiosa, & fortitudo in potentijs, vt possit
magis resistere tentationibus: ac vt sit miles fortis: & sine verecundia, &
timore aliquo possit fidem christianam prædicare vique ad sanguinis effu-
sionem. Hoc sacramentum non statim cum nascitur, sed statim cum perue-
nit ad annos discretionis tenetur confirmari: vt sciat quid faciat. Annus di-
cretionis est, vt dicà infra: præcepta humana in sol. Et quando confirmã-
tur adulti, requiritur vt possint accipere hoc sacramentum, dispositio, vt
sint ieiunij, vt præcedat confessio peccatorum, saltem in statu contritiõnis,
cap. vt ieiunij, de cons. dist. 5.

Eodem modo contrahitur cognatio spiritualis in confirmatione, sicuti
in baptismo, sed cum adulto, quomodo contrahitur cognatio: non erit ne-
cesse leuatio, sed bene assistere debet ille patrinus, vel ad maiorem certitu-
dinem debet tenere per manum, vel brachium, vel statim quando Episco-
pus ipsum confirmauit, ipse cum accipere, & eodem modo sicuti in Baptis-
mo oritur impedimentum in matrimonio. Concil. Trident. sess. 24. c. docet.

Episcopus signat signo crucis in fronte, quia in facie cognoscitur si sit
timoro-

PRO EXAMINANDIS

Imorosus, vel verecundus, facit crucem cum oleo sancto, & crismate, ut supra percussit confirmatum alapa. Primum ut rec ordetur quia pubem. Secundo tanquam signum magnæ iniuriæ, ut ostendat confirmato debere torum tempus ferre omnem iniuriam propter amorem Dei, & subsequitur osculum pacis.

Quando quis non recordatur, an sit confirmatus, quid faciendum, utrum possit iterum confirmari. Abb. in rub. de sacr. non iterand. quod non potest quando est in dubio se non esse confirmatum.

Verum ponatur hæc regula, si est natus inter Christianos, & ubi sunt Christiani, & solet singulis annis in illa civitate confirmatio dari: præsumendum est esse confirmatum; & hoc sufficit: sed quando inter gentes barbaras sunt: sub conditione potest confirmari, ut in baptismo. Inno. in cap. de quibus. de baptis. & cap. veniens. Theolog. in 4. sent. dist. 7. q. 1. art. 8.

DE SACRAMENTO PÆNITENTIÆ

Pænitentia est præterita peccata plangere: & plangenda non committere.

Sed quomodo Relapsi post baptismum, restituantur ad gratiam; dico quod per pænitentiam, quæ appellatur secunda post naufragium tabulæ, ut fuit determinatum per Concil. Trident. sess. 14. de Sacramento pænitentia, can. 1.

Si quis dixerit pænitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari, Anathema sit. Et triplex est, Pænitentia scilicet Solemnis, Publica, & secreta.

Solemnis est quando Episcopus solemniter absoluit.

Publica est peregrinatio cum baculo.

Secreta est illa quæ imponitur à solo Sacerdote, dum quis peccata sua illi secrete confitetur, sicut observat Sancta Ecclesia, ut patet ex sequenti Decreto supradicti Conc. can. 6.

Si quis dixerit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, & observat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, Anathema sit. Et Summ. Nauarr. in cap. 2. §. circa circumstantiam (secrete) dicit confiteri publice non illicitum: sed quia regulariter non licet publicare propria peccata, nisi in bonum finem, & in aliquam necessitatem, sicut in mari à periculis tantibus, & à peste infectis, remotis à confessarijs, & à vulneratis in prælijs, inter medendum, audientibus chirurgis, & alijs opitulantibus, & quæ fiunt per interpretem ab ignorante idioma confessarij, quia non desinitur, & esse legitime, eo quod eas alij audierint.

Pænitentia tres partes debet habere scilicet cordis contritionem, oris confessionem, & pro peccatis satisfactionem, sicut decretatum est per supradictum concilium in eadem sess. can. 4.

Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum remissionem, requiri tres actus in pænitente, quasi materiam Sacramenti pænitentia, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres pæniten-

B

nica-

nitentia partes dicuntur. Anathema fit.

Contritio est animi dolor, ac detestatio peccati commissi, propter amore Dei cum proposito non peccandi de cetero conficiendi, & satisfaciendi, vt in eadem sess. c. 4.

Imperfecta vero contritio, quae astrictio dicitur, est quando vel ex turpitudine peccati consideratione, vel ex gehennae, & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniae, dicitur esse donum Dei, & Spiritus sancti impulsus non adhuc quidem in habentis, sed tantum mouentis quo penitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat, & quamuis, sine sacramento penitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento penitentiae impetrandam disponit.

Et iste dolor utilis est, quia praeparat ad gratiam. Et multiplici modo haberi potest, vt in sequentibus decretis supradicti Concilij clarissime patet in sess. 6. can. 8.

Si quis dixerit gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei peccata dolendo, confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, Anathema fit. can. 5. ex sess. 14.

Si quis dixerit eam contritionem, quae paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, quae quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum gratitatem, multitudinem, feceritatem, amissionem aeternae Beatitude: & aeternae damnationis incursum, cum proposito melioris vitae; non esse verum, & vtile quae dolorem, nec praeparare ad gratiam, &c. demum illam esse dolorem coactum, & non liberum Anathema fit.

Confessio, est legitima coram sacerdote approbato peccatorum suorum manifestatio. & necessaria est penitenti, quia est pars penitentiae de iure diuino in qua manifestanda sunt omnia, & singula peccata, ac etiam circumstantiae, quae mutant speciem peccatorum, de quibus memoria habetur cum diligenti praemeditatione: vt patet ex sequenti Decreto in eadem sess. can. 7.

Si quis dixerit in sacramento penitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse de iure diuino, confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta, quae sunt contra duo vltima decalogi praecipua, circumstantiaque peccati speciem mutant, anathema fit.

Satisfactio, est solutio poenae debitae, quam exigit diuina iustitia: ob offensam in legem suam commissam, & ratio exigere videtur vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint, aliter vero qui semel à peccatis, & demonis seruitute liberati, & accepto Spiritu sancti dono scientes templum Dei violare, Spiritum sanctum contristare non formidauerint, vt dicit Concil. Trid. in eadem sess. cap. 8.

Et est poena qua tenemur, aut est imposita à diuina iustitia aut à iure, aut arbitrio sacerdotis pro mensura delictorum, & bene imponitur, quia non semper remittitur tota poena, vt patet ex sequentibus in supradicta sess. can. 12.

Si quis dixerit totam poenam simul cum culpa remitti semper à Deo: satisf.

satisfactionemque pœnitentiæ non esse aliquid, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse. Anathema sit: & ex less. 6. can. 30.

Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti, ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit: ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exolvendæ vel in hoc seculo, vel in futura in purgatorio antequam ad regna cœlorum aditus patere possit. Anathema sit

Partes satisfactionis sunt tres: scilicet. Oratio, ieiunium, & elemosyna: unde omnia opera afflictionis, ad ieiunium reducuntur; omnia opera spiritualia ad orationem; omnia opera misericordiæ, ad elemosynam. Ut dicit Sum. Angel. in tit. satisfactio. § 7. quibus operibus per meritum Christi possumus Deo satisfacere, ut patet ex sequenti decreto dicti Concilij in eadem sess. can. 13.

Si quis dixerit pro peccatis quo ad pœnam temporalem minimè Deo, per Christi merita satisfieris: pœnis ab eo inflictis & patienter tolleratis; vel à sacerdote iniunctis; sed neque sponte susceptis, ut ieiunijs, orationibus, elemosynis: vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam. Anathema sit.

Et ista satisfactio debet habere duas partes secundum Summam Navarram in cap. 3. §. 5. A. ubi dicit. quod satisfactio habet duas partes: quarum altera est compensatio offensæ factæ, & altera, abstinencia, à faciendâ, & quod hæc secunda pars requirit, ut præcidantur causæ peccandi, ad sunt præterea quotidianæ quæstiones peculiare, quarum decisiō pendet ex duabus generalibus, vna est, An ad absoluendum pœnitentem sit necesse ut ille statuat se non vlturum amplius occasio aliqua, quæ illum ad peccandum impellat, altera est, an sit opus ut statuat nunquam se præbiterum alij occasione peccandi, quam antea præbuerit. Ad primum itaque respondemus, primo non teneri statuere nunquam se vlturum occasioibus remotis, est causa remota est, sicut faber facit cultellum sine mala intentione, ex quo sequitur homicidium, vel facit funem, ex qua sequitur homicidium, & sic de similibus, non etiam tenetur statuere se perpetuo remoturum ab occasioibus propinquis peccati venialis, & quomodo dicitur dare causam propinquam habes infra de homicidio. Secundò dico: necessarium esse abstinere se à propinquis, sed quales dicuntur huiusmodi, dico quod est illa, qua non possumus, aut non sine magna difficultate, uti sine peccato, deinde, quia id quod vni est occasio eiusmodi non est alteri, nam adolescenti & puellæ est eiusmodi occasio degere solos in eadem domo, qualis tamen non est seni, & puellæ, neque vetulæ, & adolescenti, item adire conspectum tyranni principis turcarum est eiusmodi occasio deficiæ à se se homini pusillanimo, & in constanti, non tamen forti, & constanti.

Imo est occasio martirij, & nulla est occasio quæ aliquando non faciat peccare aliquem, & quod deterius est nullum est officium in quo qui in eo versantur aliquando non peccet. Quid est in hominum vltu bono ac licito vade non possit irrogari perniciæ? tertio dico quod proponere teneantur, nunquam se ope diuina amplius peccaturos mortaliter, quarto dico quod occasio propinqua, à qua necessario se debet abstinere pœnitens, & statuere se nunquam ea vlturum, ut absolui possit, est omnis illa, &

sola, quæ est peccatum mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere confessarius vel penitens, nunquam vel raro, se vsurum ea sine peccato mortali, bene perpensis eius circumstantijs, dixi quod in se est peccatum mortale vt includerem officium, & artem negromantiæ, & fenerandi, & alias artes, & officia quæ non possunt exercere sine peccato mortali, dixi peculiaris, ad excludendam generalem, quam præbet officium ars, aut exercitium, quo possumus vti licite, credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter, dixi nunquam aut raro, vt excluderem eas quibus frequenter vtimur sine peccato mortali, & includerem eas, quibus rarissime vtimur sine illo dixi perpensis circumstantijs, vt significarem quod hæc possunt esse causa, vt eadem occasio sit talis vni penitenti, & non alteri, huius diffinitionis probatio nititur eo quod nemo potest absolui, nisi statuat saltem virtualiter nunquam se in posterum peccaturum mortaliter, & consequenter vitaturum occasionem, quæ ex se sit mortifera aut peculiaris, eiusmodi, quam credit probabiliter peccati mortalis causam sibi fore, &c. & sic confessarius regulariter non debet aboluere penitentem, qui non vult omittere occasionem, quæ fere omnes, qui sunt similes eius facit quasi semper peccare mortaliter dixi regulariter, quia bene poterit quando tales occurrerent circumstantiæ, quæ persuadent, quod nunquam aut raro peccabit propter eam quamuis non se absteineat ab ea. Tunc possunt hoc credere confessarius, & penitens, quando hæc quatuor circumstantiæ concurrunt. Prima, vera plenitudo siue penitentia præteritorum. Secunda verum propositum nunquam redeundi ad illa. Tertia, propositum semper cauendi (adiuuante Deo) ne peccet ob eam, cum in ea se inuenerit. Quarta, quod subfit aliqua notabilis causa non se abstinendi ab ea, sicut potest esse in matrimonio inualido ob impedimentum occultum: separati tamen a thoro & continentes se à venereis & in cap. 14. § 31. littera K. dicit quod non dat occasionem peccandi qui habet artem faciendi opera, quæ ex se sunt talia, vt illis homines bene, & male vti possint: quamuis maior pars male etiam mortaliter vtatur.

Confessio triplex est scilicet mentalis, ceremonialis, & sacramentalis. Mentalis quæ fit in corde. Ceremonialis est offerre se pœnis pro peccatis. Sacramentalis est, quæ fit sacerdoti. Et habet octo circumstantias videlicet, Quis, Quid, Vbi, per Quos, Quoties, Cur Quomodo, Quando.

Circumstantia, vt nomen tonat: quam latini appendicem vocant: est accedens actioni adiacens. Quod eius qualitatem in genere moris variat: augendo scilicet aut minuendo. Igitur sciendum est circumstantiarum confessionem esse præceptum quod si quis obiciat nullibi, ad esse expressum, scilicet nec diuino, nec humano iure. Responderetur esse iuris vtriusque illius, scilicet quò tenemur confiteri. nam quo iure tenemur confiteri, tenemur confiteri integre atque adeo crimina omnia cum suis circumstantijs, & ita videtur dicere suprà adictum concilium in supradicta 11. sess. can. 7. vbi si quis dixerit non teneri confiteri circumstantiam quæ mutat speciem peccati. Anathema sit. At verò quia non omnes circumstantiæ sunt in confessione necessariæ, inuestigandum est quæ istarum sunt necessariæ confidæ. Vbi adnotandum tres esse earum differentias quædam enim sunt imperinentes, scilicet nec augentes minuentes aliæ vero pertinentes quæ augent.

gent, aliæ pertinentes, quæ minuunt, Impertinentes sunt ut si quis dicat quod ante prandium, vel post prandium vel cum manu sinistra aut dextera occidit hominem aut si vir dicat pulchritudine mulieris victum aut pre cibis, vel precio ductam peccasse, hæc enim omnia, & similia debet confessarius rescindere, quia ad excusationem pertinet, & in confessione debet se accusare, & non excusare.

Aggravantes autem quædam sunt, quæ sic sunt circumstantiæ ut per se sint ipsa peccata, contra distincta præcepta atque adeo mutant speciem in genere moris, ut sanguinem fundere, vel occidere, vel fornicari in Ecclesia, aut furari res sacras, aut alias ab Ecclesia, illud enim quod est esse in Ecclesia est particulare peccatum sacrilegij, contra præceptum religionis, de honore qui loco sacro deferendus est, & similiter qui peccavit cum nupta, aut virgine sacrata, aut affine non sufficit dicere, peccavi cum muliere, aut si determinavit committere furtum peccandi causa cum religiosa, & cum nupta, non sufficit dicere, feci furtum, quamvis actus iste sit unicum peccatum, oportet dicere, furtum sacrilegium, & adulterium, quod ex varijs præceptis est prohibitum, & similiter, si vir cognovit uxorem suam in domo non est peccatum, sed si cognovit eam in Ecclesia extra casum necessitatis, peccat mortaliter ob irreverentiam sacri loci, & sic de similibus.

Circumstantiæ pertinentes, quæ minuunt, sunt in duplici differentia, nam quædam sunt adeo minuentes, ut de mortali veniale faciant, aut omnino tollant rationem culpæ, quæ de mortali faciunt veniale, sunt necessario cōfitendæ, ut puta, ut si quis hominem ex ignorantia invincibili in incertum iaculando occidit, vel cum tutamine inculpatæ tutelæ, se defendendo, & in confessione simpliciter diceret feci homicidium: confiteretur tanquam peccatum, id quod non est peccatum atque adeo peccaret mortaliter, & similiter si quis in extrema necessitate positus panem alienum arripuit, nō debet dicere simpliciter feci furtum, sed coactus necessitate, quæ rationem culpæ tollit. similiter si comedit carnem in Quadragesima causa infirmitatis, non debet dicere simpliciter comedi carnem in Quadragesima, nam hoc genere sonat mortale, similiter si extra necessitatem furatus est aliquid parvum, quod non est nisi veniale, & ideo non debet dicere simpliciter feci furtum.

Si verò sunt circumstantiæ parvum minuentes, ita ut peccatum mortale in sua specie relinquunt, licet non sit necessarium illas confiteri, tamen si multum minuunt necessarium est illas exprimere, exempli gratia si puella gravi inopia oppressa aut mortis metu, ut periculo vitæ succurreret juvenem admittit, licet peccatum mortale sit, potest tamen suæ famæ, & honori consulere, dicendo causam quæ turpitudinem suam aliquomodo alleviet, vel si quis purans benefacere, furtum fecit quod pauperibus largiretur, & similia. Si autem tantum non minuunt, melius est eas non confiteri, & hæc secundum Sotum in 4. sent. in tit. de circumstantijs.

Circumstantiam peccati, aut de cogitatione determinata in die festo, non est necesse confiteri, nisi determinasset violare festum, & similiter circumstantiam sacri loci, non est necesse, nisi respectu sacrilegij, respectu furti, homicidij, & adulterij, & hoc etiam si extra Ecclesiam

siam determinasset illud agere in Ecclesia, quia tunc tenetur dicere illam circumstantiam scilicet etiam in Ecclesia, in alijs autem peccatis non est necesse; quia licet grauat peccatum, non tamen mutat speciem, & in hoc concordat supradictus author, & Sum. Syluest. confess. 1. § 11. & Summ. Nauarr. in cap. 6 § 9 & à Summ. Angel. in titulo confess. Sacra, §. 23. sic declarantur istæ circumstantiæ scilicet, quis, quid, vbi, per quos, cur, quoties, quo modo, & quando.

Quis, si est religiosus, an secularis, an mercator, Quod scilicet fecisti furtum vel homicidium an adulterium, & similia, vbi, in Ecclesia, Per quos, id est solus an associatus per se an per alium. Cur id est quo animo, qua intentione Quoties, id est semel, an pluries, Quomodo naturaliter, an contra naturam an præuente à tentatione, an potius ipsam p. æueniens, Quando, die festiuo, an ieiuniorum. Et aduerte quod circumstantia Quis, est necessaria, vt confessor sciat si est sui fori, vel si est coniugatus, vel religiosus, & propterea semper prius est querenda circumstantia. Quis similiter circumstantia, Cur, aliquando est necessaria, quando speciali prohibitione prohibetur sicut cum quis facit elemosinam vt prouocet aliquem ad luxuriam alias non circumstantia Quoties, similiter est necessaria in quantum ad multiplicationem, quia magis peccat qui facit decem peccata, quam qui facit vnum, & secundum eam potest computare sua peccata, si fecit bis, aut ter in hebdomada, & perseuerauit per annum, & similia. Quomodo similiter est necessaria, quando speciali prohibitione cadit, puta contra naturam, & similia, alias non, idem dic de circumstantia vbi, puta in Ecclesia, quando est aliquod opus, quia tunc est sacrilegium. circumstantia verò, Quando, videtur esse de necessitate, quando fit peccatum die festo & hoc debet intelligi quando fit cum intentione violationis festi, vt tenet Sum. Syluest. & Nauarr. vt supra.

Et ipse Nauarr. in cap. 11. §. 4. dicit, quod qui non ieiunat vigiliam S. Matthei quando venerit in qua tuor temporibus, aut Missam in die Dominico, cum quo concurrat aliud festum obseruandum, aut Monachus Franciscanus, qui non ieiunat die veneris in quo aliqua vigilia incidit, dicit quod non satisfacit dicendo seu confitendo non ieiunasse, aut non audisse missam in vno die, in quo ad id præcepto tenebatur quia dicere debet se eo die ad id duobus diuersis præceptis specialibus obligatum fuisse, quanquam qui vnum peccatum ex quo alia sequuntur committit, vt qui aliquem eligit, ex quo malæ gubernationes oriuntur, non nisi vnum peccatum facit.

Et vt confessio possit esse legitima, debet habere sexdecim alias conditiones, scilicet. Simplex humilis, pura, fidelis, frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lacrimabilis, accelerata, foriter, accusans, & parere parata.

Simplex, id est omnia sua peccata simpliciter dicat, & non aliena. Pura, id est sine mixture rerum impertinentium. Humilis, id est cum humilitate, & non cum audacia. Fidelis, id est sine mendacio. Frequens, id est sæpè, quia vtilitas est. Nuda, id est sine simulatione. Discreta, id est cum discreta auctoritate. Libens, id est cum libera voluntate. Verecunda, id est sine vanagloria. Integra, id est totam quantitatem peccatorum dicat. Secreta, & non publi-

2a. *Lacrimabilis, & non spernendo. Accelerata, idest non multum prolongando seu morando. Fortiter, idest ne aliquam partem peccatorum dimittat ob verecundiam. Accusans, se peccatum commississe. Parere parata, idest paratum esse ad obediendum confessori, & Summ. Nauar. in cap. 3. in supradicta particula dicit, quod penitens debet habere in animo exequi quod confessorius ipsi præceperit: quod quidem partim est de consilio, partim verò de præcepto, ut præcipere quod intrat in religionem est de consilio, quia non habeo votum de intrando. Sed præcipere quod restituat sicut relinquit concubinam, in hoc tenetur obedire. Et quamuis Sum. Syluestrius in tit. confessor. 4. §. 3. dicit, quod confitens qui non vult restituere, aut remittere rancorem, licet non sit absolvendus, tamen satisfacit præcepto Ecclesiæ de confitendo, tamen Nauarrus tam in commentario de pæn. & dist. 6. in fine in §. 183. & in Sum. cap. 10. §. 4. dicit quod confitens in Quadragesima omnia peccata sua sine proposito abstinendo, ut dicit cap. quod quidam, de pæn. & remiss. quamuis sit aliqua opinio quod satisfaceret præcepto de confitendo, tamen contrarium verisimilius est, quoniam præceptum de confitendo semel in anno non solum confessionem faciendam ubere videtur, sed etiam abolutionem suscipiendam, ut ex mente illius cap. omnis, de pæn. & remiss. & concordat Sotus in 4. sen. in 18. dist. q. 3. art. 3. scilicet quod non satisfacit præcepto de confitendo, & idem dicit Medina in 2. tractatu de pænitentia quæstio. 16 Et ideo habes illum dictum scilicet semper confiteri, & nunquam verè pænitere, semper veniam carere.*

Effectus sacramenti pænitentia, est abolutio à peccatis, liberatio à potestate inferni, & restitutio diuinæ gratiæ.

Quomodo debet confessor procedere in confessione: dico quod primo debet audire confessionem. Secundo imponere pænitentiam. Tertio absoluerè sacramentaliter, ut Sum. Ang. tit. confess. §. 1. Et nota quod ut dixit supra Concilium Tridentinum: quod peccator non formidavit contristare Spiritum sanctum, & respicere donum eius, ita etiam Ecclesia habuit in usu dare pænitentiam in septuplum, ad imitationem pænitentia, quam dedit Deus in veteri testamento, sicut posuit filios Israel per septem annos in seruitute populi Madianitis, ut in 6. cap. Iudi. §. imiliter puniuit Nabucodonosor per septem annos ut comederet herbam sicut bestia, ut in 4. c. Dani. promisit Deus punire septuplum, qui occideret Caln, ut in 4. gene. puniuit etiam sororem Moyssi quam separauit à populo propter murmurationem, & stetit septem diebus. & sicut per peccatum mortale amittuntur septem dona Spiritus sancti, ita fuit obseruata pænitentia in septuplum.

Quæ requiruntur in confessore, dico quod primo requiruntur bona vita, & fama. Secundo scientia, sicut dicitur in decreto, in dist. 38. cap. nulli sacerdoti liceat canones ignorare, nec quicquid facere quod patrum possit regulis obuiare. Ergo debet scire differentiam inter peccatum, & peccatum. Scire censuras Ecclesiasticas. Scire circa commutationem votorum. Et circa irregularitatem, scire ad quæ potestas sua se potest extendere. 3. debet habere charitatem circa pænitentem ut eum instruat. 4. debet habere pietatem in compatiendo peccatori, benignè consolando, & non inducendo eum in desperationem, & quod non exigat iuramentum à pænitente, nisi in casibus in quibus ita ius vult, ut Angel. co. ul. 4.

An absolutio confessionis sit iterabilis in hoc respondit. Sum. Gaet. in verbo absolutio pri. in fine dicit, quod potest iterari super eisdem peccatis, sed non potest iterari super omnino eadem confessione: quia super eadem materia proxima nullius Sacramenti forma iterabilis est, sine iniuria Sacramenti. Et ad confirmationem dictæ opinionis producitur a simili, ut habetur in Catechismo Romano, de Sacramento Baptismi non iterando, dicit, quod non debet dari baptismus cum conditione, si non es baptizatus ego te baptizo: nisi illis tantum permittitur de quibus, re, diligenter perquisita, dubium relinquatur, an baptismus ritè in ceperint, & sic potest dici de absoluteione, quod non debet de facili dici: si non es absolutus ego te absoluo.

Utrum teneatur seruare certam formam in absoluendo excommunicatos: dico quod sic, scilicet quatuor condiciones. Prima, quod faciat iurare quod parebit mandatis ipsius absoluentis. Secunda, quod antequam absoluar sufficienter faciat præstare emendam læsis, iuxta proprias facultates. Tertia, ut absoluat cum psal. & oratione alijs conuictis. Quarta quod præcipiat ei ne vnquam faciat contra canonem illum contra quem faciendo incurrit in excommunicationem, ut dicit Sum. Ang. absol. 3. §. 1. & Sum. Nauarri in cap. 26. §. 9. dicit, quanquam prædictus modus regulariter seruandus est, quando commodè potest in absoluendo excommunicato: absolutio tamen aliter facta valet etiam solum dicendo, Ego te absoluo ab excommunicatione, vel rebenedico te. Sed pro absoluteione peccatorum, non sunt necessaria omnia illa, quæ in absoluteione dicuntur, sed tantum illa sola, Absoluo te; quia quæ absoluteionem præcedunt, sunt præces, & quæ sequuntur, sunt inuictio pænitentia generalis, ut dicit ipse Nauarri in supra dicto cap. & illæ præces non dicuntur, ut sint necessaria ipsius forme absoluteionis, sed solum ad remouendum impedimenta, quæ forsan ex defectu pænitentis, obstarant effectui ipsius absoluteionis, ut dicit Catechismus Romanus, de pænitentia.

Utrum absolutio ab excommunicatione possit impedi à non sacerdote, dico quod duplex est ipsius absolutio: vna quæ pertinet ad forum pænitentiale, & hæc solum à sacerdote, alia pertinet ad forum contentiosum; & hæc potest committi à iudice ut clericus absoluat, ita tamen quod absolutus à tali non sacerdote, postea absoluator à sacerdote ratione mortalis peccati, propter quod fuit excommunicatus, ut Ang. absol. primo.

Utrum proprius Episcopus vel proprius Parochus possit absolute ab omni excommunicatione maiore lata à iure, dico quod sic, nisi in casibus in quibus conditor canonis sibi vel alteri absoluteionem referuauit, ut ang. ut supra §. 2. & concordat Sum. Nauarri in cap. 27. §. 39. ubi dicit quod Parochus, aut sacerdos simplex qui potest absolute à peccatis mortalibus pot absolute ab excommunicatione à iure non referuata alteri, & quod dicentes contrarium, debet intelligi quod Parochus non potest absolute in foro contentioso, & non in foro conscientia: & quod prædictus sacerdos simplex non potest hoc facere sua auctoritate, sed ut commissarius deputatus à Papa per cap. nuper. de sent. ex. & concordat Theologi in 4. sent. dist. 18.

Sed quid de casibus referuatis, dico primum casum referuatum esse peccata-

peccatum, cuius absolutio à iure humano est prohibita p̄sbytero. Secundo aliud esse casum referuatum, aliud censuram, quæ est p̄na eius. Tercio quod in articulo mortis omnis casus, & omnis censura definit esse referuata. Sed de referuatis in Cœna Dñi oportet obseruare certam formam in articulo mortis. Et Episcopus potest absolvere in foro conscientie ab omnibus casibus occultis referuatis Papæ, vt in Concilio Tridento. Quarto quod nullus est casus referuatus Papæ, cui non sit annexa aliqua censura, quo fit vt uilla quæ concedit facultatem à casibus Papalibus absoluendi, uideatur concedere potestatem absoluendi à censuris Papæ referuatis. Quinto, quod ab omnibus peccatis habentibus annexam censuram Papæ referuatam post sublationem eius legitimam, simplex Parochus absolvere potest, quia per id definit esse referuatam, nisi cum reservatione censuræ Papalis concurreret etiam Episcopalis, qua sibi referuat peccatum, ob quod illa censura ponitur. Sexto quod Episcopus concedendo casus suos, siue sibi referuatos, non uidetur concedere absolutionem à censuris sibi referuatis, nec etiam concedendo absolutionem aut dispensationem uotorum aut irregularitatum à quibus ipse potest. Casus uero referuati à iure sunt hi, primus est peccatum clerici quod irregularitatem habet annexam. Secundus incendium domorum, frugum, aut aliarum rerum ex proposito factum, consilium & auxilium ad id præstitum. Tertius est peccatum ob quod p̄nitentia solemnis imponenda est, quod raro contingit. Quartus est blasphemia publicæ, & notoriæ. Quintus, dispensatio uotorum, & iuramentorum. Sextus est absolutio excommunicationis maioris, scilicet illius p̄na: quia casus non est. Neque intelligenda est de omnibus excommunicationibus, sed de referuatis Papæ, quarum absolutionem in aliquibus casibus Episcopis conceduntur, sicut leuis percussio clerici cōceditur Episcopo, per cap. peruenit de sent. ex & etiam vt infra. Nam ab alijs casibus non referuatis, parochus quoad forum conscientie iure communi absolvere potest per cap. nuper de sent. ex. Et etiam referuntur Episcopis ex consuetudine, scilicet, homicidium uoluntarium: aut realis membri abscissio. Secundus est peccatum falsitatis tam in scripturis, quam in dictis coram iudice; & etiam comprehendit procuratores, & aduocatos, & notarios ostendendo scripturas parti aduersæ Tertius, & quartus sunt circa libertatem, & immunitatem Ecclesiæ, sed hodie sunt in Coena Domini, & etiam ex consuetudine sunt innumerabiles seu varij casus, in vnaquaque Diocesi, & illos oportet scire, & omnes supradicti habentur in sum. Nauarr. cap. 27. §. 254. & secundum Syluest. etiam sortilegium, & diuiniatio est casus Episcopalis. Et quamuis summ. Ang. in tit. casus Episcopi circa finem dicat, licet Episcopus sibi pro communi utilitate referuasset aliquem casum: & sacerdos uideret in aliquo singulari non expedire saluti eius, imò obesse si remitteretur: quod potest absolvere. Sed summ. Nauar. in cap. 9 §. 6. & cap. 26. §. 6. dicit quod absolutio facta ab non habente potestatem, non ualet, & concordat sum. Syluest. tit. confess. 3. §. 5. circa medium dicit, quod inferior non debet iudicare an expediat remittere pro absolutione, sed debet remittere ouem ad principalem pastorem, & concor. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. vt infra.

Utrum ligatus pluribus excommunicationibus teneatur omnes causas

C

expri-

exprimere petendo absolutionem, dico quod sic, si qualibet causa de per se sufficiebat ad excommunicationem, sic tenetur omnes exprimere, vt ang. in tit. absolu. 3. §. 10.

Vtrum ligatus a pluribus iudicibus, debeat ab omnibus absolui. dico quod sic, & semper vitari debet, donec ab omnibus sit absolutus: aut vni omnes committant absolutionem, nisi sit superior iudicum vt ang. supra §. 11.

Vtrum Episcopus recipiendo ad osculū, vel salutando excommunicatum absoluat eum, dico quod non, sed oportet quod vtatur aliquo verbo denotante absolutionem vt Ang.

Vtrum absens possit absolui per litteras: dico quod non & opinio contraria est dannata iuxta constit. Clementis Papæ Octauī.

Si Episcopus conceat tibi facultatem eligendi confessorem, an confessor potest te absoluerē a casibus reseruatis, dico quod non: nisi specialiter concefferit de casibus, & ita diffinitur, de pæn. & remiss. cap. si Episcopus in 6.

Vtrum habens casus reseruatos, & non vult se presentare superiori cū potest, debet absolui: dico quod non, quia dicit Sum. Nauar. in cap. 26. §. 12. circa finem, quod si superior concedit facultatem inferiori absoluendi a casibus reseruatis cum conditione, quod pænitens teneatur iterum ei confiteri: dicit quod confessor debet ei notificare conditionem, & si pænitens non contentatur, non debet eius intelligere confessionem, si ante confessionem hoc dixit: & si postea non debet absolui a reseruatis, & quamuis postea pænitens superiori non confitetur, quando acceptauit conditionem licet valere illa non desinat, peccatum mortale tamen nouum committeret. Et in hoc concordat Sum. Syluest. in tit. confessor. 3. §. 5. & Sum. Ang. confess. §. 9. & confirmatur per Concilium Tridentinum vt infra ad interrogationem circa in articulo mortis.

Vtrum Prælatus supradictus possit vt pater inquirere de tertia persona in confessione sine peccato, dico quod sic, vt dicit Sum. Tabiena in tit. circumstantia. §. 10. circa finem vbi, dicit quod interrogare de huiusmodi circumstantijs bono fine, vt scilicet possit prodesse non est malum, & idem dicit de eo qui confitetur vt possit prodesse, vel vt sacerdos oret pro eo vel corrigat non ex euriostate, vel alio malo fine, sed ex charitate, vt prouideat, sicut prelati non malefacit. secundum Rai. non tamen debet cogere vel molestare illum ad dicendum. Et videtur consentire in hoc Sum. Syluest. in tit. confess. primo. §. 28. circa finem, & etiam Sum. Astense in libro 5. tit. 12. circa finem dicit, quod si confitens personam exprimat cum qua peccauit bona intentione pænitentiarū, qui potest, & vult prodesse, & non obesse, non vt prodar ipsum peccatorem, sed vt pænitentius oret pro eo vel secrete laboreat ad correctionem eius, non peccat sed potius meretur, similiter si pænitentius inquirat pro illa persona bona fide scilicet vt oret pro ea, aut eam corrigat in occulto credit quod non peccet, dum tamen conscientem nullo modo cogat ad nominandum, eam, aut eius confessionem extorqueat ab inuito, secundum vero Riccardum in 4. sent. dist. 21. q. 5. art. 11. o. pænitens celate tenetur personam cum qua peccauit, nisi in tribus casibus, vnus est quando hoc est necessarium ad exprimendum proprium

primum peccatum, tunc enim tenetur eam exprimere confessori eo modo, quod dictum est supra. Scilicet quando ut prodesse possit aliter non, ut Summ. Nauar. in cap. 7. §. 3. dicit quod quamuis opinio communior in 4. distinct. 16. affirmet quod quando circumstantia necessario consistenda non potest reuelari absque reuelatione tertie personae, tunc potest licite illa reuelari, sed oppositum est verius, exemplum de penitente qui commisit incestum cum propria matre vel sorore vel filia, vel fuit mediator, & istae sunt notae confessorio, in hoc enim casu tenetur circumstantiam tacere, & eam non infamare tum quia lex de non infamando proximo, diuina naturalis est, lex autem quae iubet confessionis integritatem est diuina positua, & haec debet illi cedere. Alius est quando est utile ad correctionem vel praeseruantiam illius a reciduo, tunc enim confitens bene facit si dicit extra, confessionem alicui personae quae possit, & velit illi prodesse, & non obesse sed hac de causa non expedit eam in confessione nominare, quia per hoc non posset ad correctionem illius procedere, tertius est quando est utile ad praeseruantiam penitentem a reciduo, tunc enim expedit contenti exprimere confessori illam personam, potest enim contingere quod confessor per conditionem illius personae monita dabit per quae a reciduo melius praeseruari poterit, & concordat dicta Sum. Nau. in dicto c. 5. §. 8. per cap. hoc videtur 22. q. 5.

Vtrum confessor debet absolvere inquisitum nolentem dicere veritatem iudici, dico quod aut iudex procedit contra eum secundum formam iuris, aut contra formam. Si secundum formam, id est quod delictum sit famosum aut manifestum, aut semiplene probatum: semiplene dicitur, quando adest vnus testis de visu: aut indicium sufficiens pro semiplene probatione. Secundum quod sit in processu. Tertium quod sit notificatum reo: ut videatur qualiter tenetur obedire iudici, & in tantum est obligatus, etiam quod sit in periculo admissionis vitae, & ita est obligatus, quod si non determinat dicere veritatem, non debet absolui a sacerdote. Sed Sum. Ang. & Sum. Syl. uestr. in tit. confessio delicti. §. 1. testante S. Thom. in 2. 2. q. 69. art. 1. dicunt verum esse quando non agitur ad aliam poenam, quam spiritualem, sed non debet dicere mendacium, sed verbis duplicibus, & simulatis: sed reuere, nec Sanctus Thomas, nec Gaetanus eius glosator ponunt illam limitationem de poena spirituali, sed simpliciter, ut dicit Nauar. Et sic debet cauere sacerdos ne eum faciat amittere animam absoluendo in peccato, nec faciat amittere vitam, aut membrum, confitendo id quod non tenetur, ut dicit dictus Nauar. in cap. 25. §. 35. & cap. 15. §. 57.

Aut iudex non procedit secundum formam iuris, vel quia accusatus non est ei subiectus simpliciter, vel in hoc casu, aut quacumque alia de causa; tunc licet mendacium sit illicitum, non est tamen mortale, quia nec contra debitum iustitiae, nec in iudicio vero, sed usurpato, immo non orit etiam veniale, si respondendo cauethelose, & vt aiunt sophisticè, dicat aliquid falsum apud sensum iudicis: & apud suum verum, quia eo casu cum non sit eius iudicis non tenetur dicere veritatem ad eius intentionem, & ratio est quia si quis tenetur celare crimen fratris occultum, multo magis suum, vt tenet Summ. Syluest. tit. accusatio §. 10. & concordat Sum. Nauar. in c. 12. §. 8. & in §. 18. §. 58. dicit quod reus tenetur manifestare

locios, singulariter in assassinos, falsarios monetarum, proditores, hereticos, & veneficos, perseuerantes in peccato, & quod si non manifestat, peccat mortaliter. & confessor debet eum monere vt manifestet, & si non facit peccat confessor in non monendo. & absoluendo sine emendatione.

Vtrum in articulo mortis potest quilibet sacerdos absoluere talem deuentum ab excommunicatione, tam à iure, quam ab homine. Dico quod sic, quia Concilium Trident. vt supra in cap. 7. dicit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscumque peccatis, & censuris absoluere possunt, extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores pro beneficio absolutionis accedant. Sed circa absolutionem censurarum Bullæ in Coena Domini, præcipitur sub eadem poena excommunicationis, ne quis præsumat in articulo mortis absoluere talem excommunicatum, nisi prius præstita cautione de stando, & satisfaciendo mandatis Sanctæ Matris Ecclesiæ, & aliter facta non valet, vt in dicta Bulla patet: non obstante quolibet Priuilegio, & concessione data etiam Regibus, & Episcopis, vt ego vidi, & legi.

Sed nota, quod doctores sequendo glosam cap. Ad hoc vero, vt in 32. dist. in §. per manus, vt videri potest Sum. Nauarra in cap. 26. §. 26. vbi dicit quod in articulo mortis, quilibet sacerdos potest absoluere, dummodo non sit præcisus id est quod non sit hæreticus, scismaticus, excommunicatus excommunicatione maiori, & interdictus, suspensus notorius, aut denunciatus, quia non potest, quamuis alius non reperiatur, & hoc est secundum iura antiqua. Sed hodie dicit dictus Nauarrus in cap. 27. §. 271. quod sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus potest hodie licite absoluere constitutum in prædicto articulo sicut non excommunicatus, tum quia Concilium Tridentinum vniuersaliter nullum excipiendum loquitur, tum quia non existat quod per excommunicationem tollatur, vel certe suspendatur iurisdictio, quam saltem habitalem habet iure diuino, siue qua non potest consistere absolutio, quia probabiliter credi potest piam Matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisditionem quo ad talis articuli tempus. &c. Et quod inter articulum mortis, & periculum mortis, eadem enim sunt quoad iura facientia facultatem absoluendi in eis, Et in hoc nota quod absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo, à quo alias non poterat absolui ab ipsa censura si cessante impedimento vel periculo, se non præsentat quam citò commodè potest & contempserit præsentare, recidit in eandem sententiam excommunicationis, vt habetur in cap. eos qui. de sen. ex in 6.

Vtrum infirmus petens confessorem, & dum venit confessor amittit loquelam, vel in phrenesim incidit debet absolui, dico quod sic, vt determinatum est, & habetur in 26. q. 6. cap. Is qui infirmitate pœnitentiam petit, si casu, dum ad eum inuiatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel si in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia. Et quamuis Nauarr. in cap. 26. §. 28. & in alijs locis dicat quod debet absolui tantum à censuris, & nullo modo à peccatis, tamen præsupposito quod non est in-

est incurfus in censuram, de quo debet absolui? si non vult vt absoluetur à peccatis, sed stante Concilio Tridentino, quod dicit, quod contritio, & confessio, & satisfactio sunt quasi materia in sacramento pœnitentiæ, ergo illi actus in pœnitente habentur pro materia, & sic forma absolutionis potest concurrere, & sic non est recedendum à supradicto decreto; & debet fieri vt dicitur videlicet Sum. Syluest in tit. confessor. 3. §. 13. circa finem, vbi dicit quod debet absolui generaliter & glosa 2. lib. instituitur canon. de pen. & remiss. in littera F. dicit quod debet accipere reconciliationem, quas fit priuate, & per simplicem sacerdotem, & Sanctus Antonius in libro qui nuncupatur Defecerunt, dicit quod aliquis debet dicere confiteor, pro eo, & postea debet dari absolutio à censuris, & à peccatis, & idem habetur in sacerdotali.

Vtrum excommunicatus mortuus qui ante mortem ostendit signa contritionis sit absoluedus, dico quod sic: & non nisi ab eo qui poterat absolueri in vita: vel de eius mandato, & sepellitur in Ecclesia, & debet seruari forma absolutionis sicut ante mortem: vt ang. absolut. 3. §. 14. & in cap. à nobis. 2. de sen. excom.

In obstinato in contumacia vsque in extremum mortis quid faciendum, dico quod potest seruari decretum positum in titulo de raptoribus, cuius tenor talis est. Super eo. & infra. statuimus vt quicumque ex his qui violenter surrexerit in rapinam siue Ecclesiarum violator manifeste fuerit deprehensus: nisi prius ablata restituat, si poterit, vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerit pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. Si verò vsque ad obitum in contumacia sua durauerit, & in extremis positus remedium pœnitentiæ humiliter postulauerit, si emendationem vel emendandi securitatem præstiterit, ei pœnitentia, & sepultura Ecclesiastica concedatur. Qui autem in sanitate obstinata mente non pœnituerit vel emendauerit, & in morte securitatem præstare non poterit, sollempnitas pœnitentiæ parum prodesse videtur, sicut credimus, sed peccatori prædicto cōtrito, viaticum non negetur, ita tamen vt nullus clericorum sepultura illius intersit, nec eius elemosynam præsumat accipere, & clerici contra facientes sunt deponendi sine spe dispensationis. Et sic habes quod aliquando conceduntur sacramenta, & non sepultura, vt in supradicto, & moriente in torneamentis, & in pugna duelli vt dicit Concilium Tridentinum, & in tit. de torneamentis, & etiam in moriente in duello cum tauris, & bestiis feris, vt per prohibitionem sel. rec. Pij V. Sum. Nauarra cap. 15. §. 18. & etiam in alijs. 12. casibus per summistas numerantur, quibus debent carere sepultura, & si de facto aliquis sepellitur, nullum refrigerium spirituale de sepultura habebit, sed magis tormentum, vt Sanctus Gregorius Papa in 13. quæst. 2. cap. Cum graua peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, quia eorum proximi quoties ad eadem sacra loca veniunt suorumque sepulturam aspiciunt recordantur, & pro eis Domino preces fundunt; nam quos peccata graua deprimunt, ad maiorem cumulum damnationis, potius quam absolutionem eorum corpora in Ecclesijs ponuntur.

Vtrum confessor debet absolueri detinentes oblationes defunctorum, dico quod non, vt habetur in 13. q. 2. cap. qui oblationes defunctorum retinent,

tenent. & Ecclesijs tradere demorantur: vt infideles ab Ecclesia sunt abijciendi. quia vsque ad exinanitionem fidei peruenire certum est, hanc pietatis diuinæ exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes vororū plenitudine, & pauperes consulatu alimoniz, & necessaria sustentatione fraudantur; hi ergo tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt, & etiam sunt excommunicati per synodales excommunicaciones.

Vtrum debet absolui qui non vult soluere debita ante condemnationē, dico quod non, vt Sum Nauarr. in cap. 17. §. 64. vbi dicit: quod multi damnantur ob non solutionem debitorum nullum sibi de ea scrupulum conscientiz incutiendo, credentes, se antequam per sententiam condemnentur, non teneri, quia quoties qui alienum iniuste retinet, & considerat, aut considerare debet, se illud debere, & proponit formaliter, vel virtualiter non restituere, sine vlla iusta causa, quæ eum excuset, toties mortaliter peccat; nam quemadmodum qui concubinam retinet, non est penitens, sed penitentiz illusor, & confitendo peccatum, peccato apponit: sic qui opere, & voluntate, sine iusta causa, alienum retinet, non est vere penitens.

Et in §. 66. dicit quod qui debet, & statim totum restituere potest, & non vult, nisi certam partem in singulos menses vel annos quousque solutionē finierit, non est absolendus.

Et in cap. 23. §. 88. dicit quod vendens triticum aut aliquid aliud extimarum certo pretio iusto à republica, maiori notabiliter illo, cum obligatione restituendi illum excessum, nec à peccato excusat poena in edicto extimatorio statuta, nec donatio, emptoris facta in emptione, quia presumenda est non esse facta voluntate libera, sed necessitate coacta. Et quod dicitur de laicis dicendum de clericis, quia quamuis hi legi seculari non subiciantur, subiecti tamen sunt legi naturali, & diuinæ præcepit ne quis suū iustum præcium vendat. Iustum autem præcium est quod ab habente in id potestatem præstituitur, secundum omnes. Et in §. 48. dicit non solum leges diuinas, sed etiam humanas iustas etiam quatenus sunt humanæ, tam seculares, quam ecclesiasticas posse obligare etiam in foro conscientiz ad peccatum veniale, imo, & ad mortale per c. 13. ad Rom. &c. & de facto obligant ad mortale illæ leges & statuta, quorum authores intendunt per illa ad mortale obligare.

Vtrum penitentes qui confessi sunt Religiosis, sint absolui à casibus reseruatis virtute priuilegiorum eorum, vt non teneantur recurrere Episcopis pro absolutione, dico quod non, vt patet ex literis, & etiam decreto S. Congregationis Cardinalium supra in Catechesi fol. 180. & 181.

Vtrum penitentes possint absolui à dictis casibus virtute Indulgentiz quæ concedit vt possit absolui ab omnibus reseruatis in Coena Domini, dico quod de iure non possunt absolui, nisi fuerit expressa mentio quod possint absolui à casibus reseruatis Episcopis, quia in tali generalitate non comprehenditur præiudicatio potestatis Episcopi, & non valet allegare quod qui potest concedere maiorem, potest etiam concedere minorem: ergo si concessit maiorem, concessit & minorem: quia hoc fallit, quia sæpe conceditur maius, & negatur minus, sicut conceditur penitentia, & viaticum morientibus in torcamentis, quod maius est, & negatur sepultura, quæ

que minus est: & similiter allegata debet intelligi ubi lex non determinat contrarium, exempli gratia: Episcopi habent auctoritatem seu potestatem à Concilio Tridentino reservandi sibi casus. Et in dicto Concilio in sess. 25. cap. 18 de reformatione habetur, quod indistinctè debeant obseruari ipsi sacri canones: quod quando occurrerit casus dispensandi contra eos, id causa cognita ac summa maturitate fiat, & aliter facta, dispensatio subreptitia censetur. Et ideo numquam Summus Pontifex per generalem concessionem intendit contradicere Decretis Concilij generalis sine expressa mentione, de derogando tali decreto dicti concilij. Et ideo cum in Bullis concessionis non habetur mentio de derogatione Concilij Tridentini: in hoc nulla sit præiudicatio casibus Episcopis reservatis: & comprobatur hoc expresse per capitulum ex parte tua de cappellis monachorum ubi fuit concessum à Summo Pontifice, contra decreta generalis Concilij Lateranensis, sine expressione derogationis dicti Concilij, ubi ipsemet Summus Pontifex declarat non fuisse intentionem suam contradicere Decretis dicti Concilij, sine expressa mentione: & sic declarat quod per talem concessionem non intelligatur præiudicari Decretis dicti Concilij, add. cap. fin. eo. tit. de cap. 1. monach. cap. eam te decet de ætat. & qualitat. & in cap. nonnulli de rescript. & Iacobutius in tract. de conc. lib. 5. art. 18. de modo tollendi statuti concilij: ubi de hoc plenissimè qui dat rationem, quia constitutio conciliaris censetur habere tacitam clausulam derogatoriam ad postea concedenda. Idem tenet Homotius in p. ohem. regul. cancella. quæst. 5 sub rub. de ordi. & offic. proto. quod ampliat procedere etiam si Papa motu proprio & ex certa scientia concederet, ut per eundem in reg. de impet. bene. quæst. 1. adde gl. in verb. concessa. in clement. cap. dudum de sepult. contra quam facit. Abb. in cap. super specula. ne cleric. vel monach. num. 6. S. Anto. 3. par. rit. 17. cap. 1. r. Et idem dicendum de ordinatione Concilij Tridentini, quod per concessionem generalem Summi Pontificis absque mentione Concilij Tridentini non præiudicat Decretis dicti Concilij Tridentini: & sic non possunt absolvi à casibus reservatis Episcopo.

DE CAROLO FRANCORVM REGE.

Vtrum confessor debet informare beneficiatos ad quid tenentur de bonis beneficiorum, dico quod sic, nam in decreto in causa duodecima quæst. 2. c. mos est, dicit quod de omni stipendio quod accidit, debeant fieri quatuor portiones. Una Episcopo & familie eius propter hospitalitatem. Alia Clero. Tertia pauperibus. Quarta in Ecclesijs reparandis. Et Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 1. de reformat. admonet ut modesto victu contenti sint: & omnino eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, & familiares suos augere studiant; cum Apostolorum canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas quæ Dei sunt, consanguineis donent: sed si pauperes sint, ijs ut pauperibus distribuant, & etiam habetur in sexta decima causa. q. 1. cap. quia iuxta Sanctorum Patrum traditionem novimus, res Ecclesiæ vota fidelium, esse precia peccatorum, & patrimonia pau-

pauperum, vt in decreto nouiter reformatum in fine dicti cap. additum est. Quod Rex Carolus Pater Pipini Regis Francorum, est in anima, & in corpore in inferno inferiori propter expoliationem rerum Ecclesiasticarum, qui tantum victum necessarium eis reliquit, & totum residuum ad se recepit: qui post mortem iuit vt supra, vt Dominus ostendit s. Eucherio Episcopo: qui in oratione erat tunc temporis in illa Ciuitate, vbi sepultus erat dictus Rex Carolus, nam Dominus traſtulit dictum Episcopum ad alterum seculum, & inter alia quæ sibi per Angelum ostendit, vidit illum in inferioribus partibus inferni torqueri, & interroganti ab Angelo eius ductori, respondit, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabuntur, quorumcumque res abstulit, & diuise, ante illum iudicium in anima, & corpore sempiternis poenis est deputatus, & recepit simul cum peccatis suis poenas propter peccata omnium qui res suas, & facultates in honore, & amore Domini ad sanctorum loca, in luminaribus diuini cultus, & alimonijs Ieruorum Christi ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderant, qui Episcopus in se reuerſus, s. Bonifacium, & Fuldradum Abbatem s. Dionisij, & Summum Cappellanum Regis Pipini ad se vocauit, eisque talia dicens, in signum dedit, vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperissent, ea quæ dicebat vera esse crederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum Monasterium vbi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque ipsum aperientes, visus est subito exiſſe Draco, & totum illud sepulchrum interius inuentum est denigratum, ac si faisset exustum. Vnde ex supradicta relatione, quæ per extensum in dicto Decreto nouiter factum ex iussu s. D. N. Gregorij Papæ XIII. Romæ 1582. Habes ex hoc, quod ille Rex propter expoliationem Ecclesiarum quod ipse fecit, est in anima, & corpore in inferno inferiori. Et etiam habes quod Angelus dixit, quod res Ecclesiæ debentur in luminaribus Ecclesiæ, & Alimonijs Ieruorum Christi, ac pauperum.

Et debet confessor informare penitentes qui habent beneficia: vt considerent hoc, ne cum dicto Rege Carolo post mortem associent. Debet etiã notificare beneficiatis circa diuinum officium: quod non se fidant de quadam glosa quæ dicit, quod solus beneficiatus constitutus in sacris tenetur ad horas canonicas. De qua glosa olim dubium erat, si dicebat verum, sed hodie per declarationem Sacri Concilij Lateranensis sub sel. rec. Leonis X. vbi in fest. 6. statumimus. Cuius tenor talis est. Statumimus vt nemo beneficium Curatum, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consequutione sine legitimo impedimento officium diuinum recitare omiserit: pro tempore quod non recitauit, fructus suos non faciat: imo eos impendere, tanquam rem iniuste captam, in fabricam beneficij aut elemosinas pauperum teneatur. Et Pius Papa V. declarauit dictum decretum intelligere hoc modo, vt qui horas omnes canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorum fructus qui illi vel illis diebus responderent si quotidie diuiderentur: qui verò matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat. Et ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Et de hoc debet etiam

notar.

triformare habentes curam Clericorum existentium in minore etate, qui propter pueritiam non curant de officio dicendo. Et curatores solliciti sunt de exigendo: & de hac materia potes videre Summam Nauarram in cap. 25. §. 122. & §. 103. Et si fortè fuerunt dispensati à Summo Pontifice, quod propter vacationem studij non teneantur ad dictas horas canonicas. Hæc dispensatio tunc cessat quando aut causa ludendi, aut faciendi complementum mundanum cessant à studio per nonnullas horas diei: quia tunc lucrum habent in arca, & damnum in conscientia.

Quid faciendum quando penitens recordatur de aliquo casu reseruato. Dico quod si primus confessor habebat potestatem absoluedi ab omni excommunicatione & casibus, & sic intendebat absolueri penitentem, licet peccatum oblitum tali modo esset casus reseruatus, vel excommunicatio; poterit nihilominus secundus confessor eum absolueri, quia non potest esse amplius casus reseruatus vel excommunicatio, sed solum peccatum simplex, ut dicit Sum. Ang. confess. sacr. §. 12. & Armilla §. 13. & Syluestr. confess. primo. §. 7. & Sum. Nauarr. cap. 26 §. 13.

In eo qui fecit votū peregrinationis, & postea vult ut commutetur votum factum, qualiter confessor se debet gerere in tali commutatione dico, quod se debet imponere, ut soluat expensas quas fecisset in eundo, morando, & redeundo, ad pias causas, & laborē in eundo, vigilijs, & orationibus compensabit, ut in c. magne. de voto, & concordat Sum. Nau. c. 13. §. 77. & Summistz.

Quomodo confessor potest cognoscere si penitens teneatur ad votum factum ex timore, dico quod dupliciter potest intelligi, aut timor inuenitur seu imponitur ab homine, ut ego voueam esse Religiosam, & similia, & sic causa euadendi mortem ab homine ego feci votum, & sic non teneor ad votum. Si vero timor si u metus sit causalis, seu naturalis, ut puta infirmitas, vel in mari tempore tempestatis, vel in periculo latronum, aut inimicorum, tunc talis metus non impedit quin sit obligatus religioni, & voto, si modo deliberatè hoc facit, quia Deus quandoque tales timores immittit ut conuertamur, per cap. sicut nobis. & cap. porre tum. de regulat. & hoc etiam tenet Panorm. & maxime in dicto cap. sicut nobis, & in cap. literaturam de voto, & Sum. Tabiena tit. votum pri. §. 2. circa medium, & Sum. Angel. tit. Religiosus §. 22. & idem dicit glos. ipsius summæ tit. votum 1. §. 6. & Sum. Syluestr. tit. Religio. 3. §. 11. & Summ. Astense lib. 1. tit. 20. art. 2. & Summ. Nauarr. cap. 12. §. 52. & glosa in dicto cap. sicut nobis, in littera C. dicit quod condemnatur ad votum, ut euadat mortem animæ. Et hoc intellige nisi fuerit talis metus naturalis seu casualis qui à suo sentimento sit alienus seu extra suam mentem, quia tunc requiritur ratificatio, quia non dicitur sanè mentis qui est extra mentem. per cap. literaturam de voto, & Nau. in dicto cap. §. 24. circa finem dicit, quod illa deliberatio, & consideratio quæ sufficit ad peccandum, aut merendum, sufficit ad obligandum voto, & in §. 26. dicit quod illa deliberatio quæ sufficit ad obligandum diabolo per peccatum mortale, sufficit ad obligandum Deo per votum, & concordat Summ Syluestr. votum 2. §. 13. circa finem, & Sum. Gaet. tit. uouentis condic. & in 2. q. 88. art. 1. & idem Nauarr. in suis commentarijs de pen. dist. 1. in cap. diuortium. §. 17. dicit non esse verum id quod dicunt, votum per iracundiam factū nullū esse secundum glosam in c. dudum, de con-

D. uer.

ner. coniug. quæ plane falsa est, nisi intelligatur de ira alienante vouentem
 prorsus à iudicio, vnde & pratorum sacre penitentiariæ, omnia vota per
 iracundiam vel aliam passionem & turbationem facta, iudicatur esse valida,
 nisi tanta fuerit iracundia: tantaque passio, & turbatio, quæ vouentem
 extra mentem ad insaniam trahat, & idem tenet in sua Sum. c. 12. §. 24. &
 concordat Summ. Syluest. votum 2. §. 13. Idem Nauar. in dicta dist. cap. si
 quis iratus §. 2. dicit quod qui vouit, & qui iurauit aliquid quod esse licitū,
 licet statim peniteat, tenetur voto, & iuramento, & in §. 4. dicit, & sicut ira
 cundia calor est causa minuendi poenam delicti, ita est causa dispensandi,
 & relaxandi votum, & iuramentum vim voti habens cum aliqua recom-
 pensatione salutari, quod frequenter in sacro penitentiariæ pratorio fieri
 videmus. Et in cap. consulti de reg. trans. ad re. habetur quod qui propo-
 fuerit absolute vitam mutare, vt sub habitu regulari, omnipotenti Deo de
 cetero famuletur. dicit. decet, vt regulariter vivat, ad laxiorem salutem re-
 gulam pertransire, & hoc est decretum Innocentij 3. & Clementis 4. vt in
 Compendio privilegiorum fratrum Minorum, in tit. nouicius, ordinauit,
 quod nouicius qui habebat supradictum propositum, vt dixit supradictus
 Innocentius, compellatur ad intrandum ad aliquam Religionem, & Paor.
 in dicto cap. dicit quod tenetur esse Religiosus, quia est votum simplex Re-
 ligionis, & idem dicit Summ. Syluest. tit. Relig. §. 8. circa finem, & Summ.
 Angel. in tit. nouicius §. 12. in fine dicit quod talis nouicius non potest redi-
 re ad sæculum sine peccato mortali ex quo habuit propositum mutandi
 vitam, & facit cap. constituit 20. q. 3. & glos. noua, & ista est causa, quod isti
 manendo in seculo semper sunt infelices, non procurando dispensationem
 quamuis in Gaetano. in 2. 2. q. 88. art. 1. videatur datum supradictum de-
 cretum.

Sed quando pueri obligantur ad votum castitatis & Religionis in hoc
 dicit Sum. Nauarr. in cap. 12. §. 68 quod qui carent ætate sufficiente ad con-
 trahendum matrimonium si eo iudicio polleant, vt possint iam, & mereri
 & peccare, quæcunque vota siue personalia, siue realia regulariter emit-
 tere possunt, quibus obligentur, nihilominus illorum parentes vel tutores
 omnia illa rectè possunt irritare per cap. puellæ 20. q. 2. & cap. mulier 32.
 q. 2. & hoc intellige quod possunt irritare ante annos pubertatis, id est ante
 annos 14. in homine, & 12. in femina, & ista ætas dicitur ætas pubertatis,
 vt dicit glos. in cap. quicumque in 77. dist. Et doli capax dicitur qui est pro-
 ximus pubertati, vt dicit glo. in cap. Spiritus sanctus 1. q. 1. & infans est mi-
 nor septennio vt dicit glo. in cap. vni de homi. in cle. Et sic postquam per-
 uenit ad annos pubertatis sicut tenet matrimonium contractum, sic & te-
 net votum Castitatis, & Religionis, non obstante quod parentes, & tutores
 contradicant, & concordat Sum. Nauarr. in dicto cap. §. 70 & Summ. Syl-
 uestr. in tit. Religio. 2. §. 15. & bap. 9 §. 6. circa medium. Et idem Concilium
 Tridentinum in sess. 25. cap. 15. dicit quod non fiat professio ante annos 16
 & quod fiat prius annos probationis, & aliter facta sit nulla, nec obliga-
 tionem inducat ad alicuius regulæ seu religionis vel ordinis obseruantiam
 sed quid si fecit votum determinatum esse Fratrem minorem in tali Pro-
 uincia, & Minister provincialis illius provincie non vult eum recipere die
 20. quod aut non vult eum recipere, quia vult videre perseverantiam bonæ
 volun-

voluntatis, & sic dat terminum termino, vt interim experiatur de bona voluntate, aut absolute non vult eum recipere propter inhabilitatem, quia non est actus Religionis, & sic in isto vltimo casu non tenetur Religionis, sed potest manere in seculo, quia vt dicit Glosa Sum. Angel. in tit. votum 3. §. 11. per dictum Archidi. in cap. scimus 12. quæst. 1. quod votum debet intelligi, si potero, vel si velint me recipere, & sic, si non velint illum recipere, dicit Sum. Ang. in dicto tit. §. 5. & Sum. Nauarr. in cap. 12. §. 47. quod potest remanere in seculo in sua libertate, nisi vt dicit dictus Nauarr. vouerit certum aliquod Monasterium vel certam Religionem ingredi, intentione se ipsum obligandi ad obseruandam continentiam etiam si non admittatur neque ad habitum neque ad professionem, quia tunc non potest ducere uxorem.

An circa ingressum Religionis requiritur diuturna deliberatio? dico quod non, vt Sanctus Thomas in 2. 2. q. 189. art. 10. dicit quod diuturna deliberatio & multorum consilia requiruntur in magnis dubijs, in his autem quæ sunt certa, & determinata non requiritur consilium, circa ingressum autem Religionis, tria possunt considerari, primò quidem ipse religionis ingressus secundum se, & sic certum est quod ingressus Religionis est melius bonum &c. alio modo potest considerari Religionis ingressus, per comparisonem ad vires eius qui est Religionem ingressurus, & sic etiam non est locus dubitationis de ingressu Religionis, quia illi qui Religionem ingrediuntur, non confidunt in sua virtute se posse subsistere, sed auxilio virtutis Diuinæ, &c. Si tamen sit aliquod speciale impedimentum, puta infirmitas corporalis, vel onera debitorum vel aliqua huiusmodi, in his requiritur deliberatio, & consilium eum his de quibus speratur quod profine & non impediunt.

Tertio autem modo considerari potest modus Religionem intrandi: circa electionem religionis quam aliquis ingredi debeat: & de talibus potest haberi etiam consilium cum his qui non impediunt.

Quomodo reparatur error in confessione: vt puta quia absolui eum a quo non potui: dico quod possum dicere penitenti, scias quod in confessione præterita fuit defectus quidam commissus, vis illum audire: si dixerit quod sic: tunc dicat ei scias quod eras excommunicatus, vel habebas talem casum reservatum à quo non potui te absolueri, vt Sum. Sacramentorum §. 185.

Vtrum confessor teneatur celare peccatum committendum dictum in confessione: in hoc Panorm. in cap. omnis, de pen. & remiss. circa finem, & circa vltimam partem, quærit, & dicit; quidam fuit confessus sacerdoti quod intendebat interficere Sempronium, vel aliud maleficium committere & quod non poterat abstinere, nunquid sacerdos peccet reuelando; Inno. inquit, & tandem concludit quod hoc peccatum non dicitur detegit in penitentia; tum quia peccatum est committendum, & non commissum, tum quia non habet contritionem, vnde sacerdos debet quantum cautius potest reuelare, vt peccatum impediatur. Et tene hoc semper menti quod peccatum commissum, & non committendum dicitur detegi in penitentia; quod intellige quando iste dicit se omnino commissurum secus si penitet de voluntate prædicta, nam tunc est peccatum commissum respectu vo-

fontatis. Ex his etiam inferitur ad aliam quaestionem. pone, vt quod die e qua
tingit, quod vnus reuelat peccatum amico, & dicit, hoc sibi dicere in peni-
tencia, seu in confessione numquid ille amicus adductus in testem teneat-
tur illud confiteri, vel si reuelat dicatur reuelare confessionem, Inno. quod
non, tum quia ille non est sacerdos, tum quia non dixit sibi tanquam mini-
stro Dei cum petatur, absolutio à peccato, sed sibi reuelatur tanquam ami-
co, si tamen ille amicus est sacerdos debet omnino abstinere à reuelatione
ne sit causa mali exempli, quod intelligo nisi producat in testem. Et quod
dixi de laico, intelligo quod laico non dicitur aliquid in penitencia, nisi as-
sumatur loco sacerdotis in necessitate, & fiat ei vera confessio sicut sacer-
doti, tunc enim non debet reuelare etiam tanquam testis, alias puniretur.
Et concordat Sum. Syluestr. tit. confess. 3. §. 2. q. 5. tertio & Summ. Nauar. in
cap. 18 § 55. & cap. 8. §. 17. & Sum. Ang. confess. vit. §. 7. tertius. & Gaeta-
in 2. q. 70. art. 1. & hoc intellige vt glo. noua in cap. vnum Orarium. 25.
dist. & cap. pastoralis de offic. iudic. ord. vbi habetur quod laico nec venia-
lia, nec mortalia possimus confiteri sacramentaliter, nisi sacerdoti. Sed in
reuelatione oportet esse prudentem, ne interueniat sibi, sicut cuidam con-
fessori, qui reuelauit quemdam tractatum homicidij contra certum homi-
nem potentem, vt se caueret, ne incaute viueret, & super hoc posuit ipsum
confessorem ad torturam ad dicendum, quis esset ille homicidiarius, & sic
male euenit confessori in tali reuelatione.

Vtrum penitentia teneatur facere conscientiam de cogitationibus, qui-
bus ipse non consentit, in hoc Sum. Sacramentorum in §. 130. dicit, vt si ha-
beo suspicionem quod feci peccatum, dicit quod non solum, non teneor
confiteri, sed neque debeo facere, si credo quod non consenti, quia rebus
moralibus debemus procedere ex crassis coniecturis, & ponit exemplum,
est aliquis qui omnino habet propositum cauendi à peccatis, & nullo mo-
do valet consentire cogitationibus, & expertus est quod solet resistere co-
gitationibus, & illecebris, postea occurrunt cogitationes, & detentus fuit
in illis, & postquam discesserunt, non recordatur si aduertit, si consentit,
vel qualiter se habuit, dico quod de tali scrupulo non oportet confiteri, &
eodem modo de cogitationibus fidei, & phantasijs quæ occurrunt homini
etiam parato mori, pro fide si opus esset. Et Nauar. in suis commentarijs
de pen. dist. 7. cap. si quis autem. §. 77. videtur consentire, vbi dicit de scrup-
uloso, qui non meminit an superiore anno tale peccatum confessus esset,
nec ne, quod non tenetur hoc anno illud confiteri, hoc enim ita est accipie-
dum, vt huiusmodi scrupulosus primo credat se illud confessum fuisse, argu-
mento illo morus, quod anno superiori mediocrem in recogitandis pecca-
tis adhibuerit diligentiam, & quod pauca soleat, ex recogitatis per obliuio-
nem consistenda omittere. Et quod leuiori fundamento talia credere possit
& debeat scrupulosus quam alius. Et in §. 76. dicit, qui memoria tenet quis
que Psalmos quos laudes vocant pertinentes, & recordatur se primum
illorum cepisse, & se aduertit in fine postremi, licet non recorderetur se inter
medios dixisse, non teneri ad iterum eos pronunciantum. Dummodo credat
se illos omnes pronunciasse, quamuis aliquem scrupulosum habeat, eo
quod talem pronunciationem non meminerit, & similiter qui Psalmos illos
solitus est frequenter memoria dicere, iustam habet credendi causam, se

ut pro-

ut pronuntiare illos cepit, & ita pronuntiasse unde de dubio fieri potest certus & ita ad ulteriora procedere, &c. & illis qui iam orationem Dominicam in Missa dicturi, vel iam communionem sumpturi, non meminerunt an verba consecratoria super panem, vel calicem dixerint, consulimus inquam his, ut animose crederent se dixisse, & ita ad sequentia pergerent.

Virum confessor debeat absolueri penitentem qui non vult desistere, à quo ipse confessor iudicat esse mortale, dicit Sum. Nauar. in cap. 26 §. 3. caueat facile negare absolutionem penitenti dicendo esse mortale, id de quo sunt contrariæ opiniones, ne eum in futurum propter conscientiam illa quæret: sed potius consulat libros, vel persuadeat quod faciat quod de iure facere debet confilio N. & concordat Summ. Ang. confess. 4 §. 13. & Sum. Syluest. confessor. 2 §. 11.

Interrogatus confessor an talis confessus fuerit de tali facto an absoluit eum? respondeat neque affirmando, neque negando, sed tantummodo, quid ad vos? ego feci officium meum, & ideo non teneor neque possum dare rationem in hac re, & non aliter, & concordat Sum. Ang. confess. ult. §. 4 & Sum. Nauar. cap. 8 §. 14.

Utrum quando sacerdos dicit penitenti, quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum, sit satisfactio sacramentalis. Dico quod sic, ut Sanctus Thomas in 3. quolibeto. art. 28. circa finem responsionis sic dicit. Vnde melius est quod sacerdos penitenti indicet quanta penitentia esset sibi pro peccatis iniungenda, & iniungat sibi nihilominus aliquid quod penitens tolerabiliter ferat, ex cuius impletione assuetat, ut maiora impleat, quæ etiam sacerdos sibi iniungere non attentasset, & hæc quæ præter iniunctionem expressam facit, accipiunt maiorem vim expiationis culpæ præteritæ ex illa generali iniunctione, qua sacerdos dicit, quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum. Vnde laudabiliter consuevit hoc à multis sacerdotibus dici, licet non habeant maiorem vim ad præbendum remedium contra culpam futuram, & quantum ad hoc talis satisfactio est sacramentalis, in quantum virtute clauium est culpæ commissæ expiatio.

Sed in quibus casibus confessio iteratur, secundum Sum. Nauar. in c. 91 §. 2. & sequentibus, per infra scriptas videlicet, aut ex parte penitentis, aut confessoris, aut contritionis, aut confessionis, aut satisfactionis.

Ex parte penitentis, est quando penitens scit quod incidit in excommunicationem, & petit absolutionem peccatorum quos unquam ab excommunicatione sciens. Sed si inadvertenter hoc facit non iteratur, & hoc est quando penitens nesciebat incidisse in excommunicationem, petit absolutionem peccatorum reperitur excommunicatus, tunc tenetur procurare absolutionem ab excommunicatione, & non iteratur confessio. 2. quando dimidiavit confessionem sciens, & sic iteratur.

Ex parte confessoris, est quando confessus fuit confessori non habenti iurisdictionem propriam, aut delegatam, tunc non valet: & non sufficit ratificatio proprii confessoris: quanquam confessus fuit cum iuratione quod proprius confessor contentabitur, & ratificabit illam confessionem: quia nulla ratificatio facit sacramentum, id quod in principio non est sacramentum. Sed Sum. Astensis in lib. 5. tit. 14. col. 22. dicit quod sufficit ratificatio proprii

proprij sacerdotis, per cap. Lugdunensis 9, q. 2. vbi habetur quod ordinatio facta à non proprio Episcop. per ratificationem proprij Episcopi tenet. Et in hoc potest habere locum opinio Nauarr. ante factum: sed post factum habet locum Sum. Astensis. Sed confessio facta non proprio Prælato cum probabili opinione quod de hoc proprius Prælatus est contentus, valet. Et concedat Sum. Syluest. in tit. confess. pri. §. 6. circa finem. Et Ideo Prælatus debet esse facilis in concedendo licentiam subditis; quia S. Thomas in 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 3. ad 6. arg. dicit: Peccarer autem sacerdos si non esset facilis ad præbendam licentiam confitendi alteri: quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiterentur: vnde illi qui sunt nimis solliciti vt conscientias subditorum per confessionem sciant: multis laqueum damnationis iniiciunt, & per consequens sibi ipsis. Secundo quod absolute confessoris, qui non potest absolueri à casibus reservatis, valet pro illis de quibus habet potestatem. Taliter quod pœnitens quando habebit notitiam de casibus reservatis; non oportet iterum confiteri omnia peccata: sed solum reservata. Tertia quod confessio ignoranter facta confessori qui erat excoicatus in genere valet, sed scienter facta sine necessitate, vel debito, quo alius teneretur non valet, non quia sit facta excommunicato in genere: nec per absolutionem eius, sed quia non est integra, quia tacuit illud peccatum quod commisit confitendo illi qui non poterat ministrare Sacramentum absolutionis sine peccato, ob causam excommunicationis vel peccati mortalis inuoluto. Et etiam iteratur propter imperitiam confessoris: sed hodie cessat hoc, propter sollicitudinem Episcoporum circa examinationem confessorum.

Ex parte contritionis: quod confessio sine contritione non valet: & est quando pœnitens non habet propositum cauendi in futurum: quanquam habeat aliquod desiderium cauendi à peccatis: sicut ille qui dolet se commisisse furtum, sed non habet propositum restituendi: aut ille qui dolet se commisisse fornicationem, sed non habet deliberationem relinquere concubinam; vnde pœnitens qui tacet tale propositum, quod est peccatum mortale, non confitetur integre, & si confitetur in genere cum alijs peccatis: est incapax absolutionis.

Ex parte confessionis: est, quando non est integra: & non valet. Et est quando scienter pœnitens reliquit aliquod peccatum mortale: aut al. quam circumstantiam, quæ erat necessaria, ob pudorem, aut scienter confitetur confessori qui dormiebat; aut per verba obscura, aut vno confessori dixit vnâ partem, & alteri aliam partem. Et in tali casu tenetur iterare, postquam tenetur omnia peccata integre, tam de voluntate, quam de cogitatione, verbo, & opere, occultè, & manifestè dicere, vni eidem sacerdoti, etiam si ipse non habeat potestatem absoluendi ab omnibus. Secunda quod non tenetur iterare confessionem, si pœnitens aliquid omisit confiteri nesciens illud esse mortale, sicut pueri, & puellæ qui grandiores facti, nouè agnoscunt esse peccatum mortale quod alias omiserunt confiteri, ignorantes esse mortale, non tenentur iterare confessionem eorum quæ confessi fuerunt. Vel pœnitens ex iuxta causa reliquit aliquod supradictorum, si ipse credebatur probabiliter quod confidendo aliquid ipsorum dabat occasionem confessori peccandi mortaliter: aut veniendi in cognitionem alicuius peccatoris, aut peccati. ipse

ipse habuit per viâ confessionis, & sine præiudicio sigilli confessionis non potest dicere: tunc tenetur illud tacere, & reliqua confiteri cū proposito illud etiam confitendi quando absque prædicti sigilli præiudicio facere poterit ut supra dicta Sum. dicit in cap. 8. § 6 & cap. § 76 7. § 6. Tertio quando confitetur sine diligenti examinatione, ut recordetur omnium peccatorum suorum, & sic relinquit aliquod mortale, quia diligentia tanta debet esse atque sufficere, quanta viro prudenti, & estimatori humano videtur necessaria hominibus eiusdem qualitatis, & conditionis, cuius est penitens ille, & contenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari à confessario, & interrogatis respondere. Confessarius autem qui defectum notabilem circa hanc debitam diligentiam agnoscit in penitente, debet illi imperare, ut eam adhibeat & postea redeat, nisi articulus mortis, naturæ, vel fortunæ, scandali, vel alia similis causa per suaserit contrarium. Et nota quod quando iterum confitetur eodem confessori qui habet etiam in memoria sua peccata, aut penitentiam impositam, non tenetur confiteri iterum sua peccata, sed solum dicat dico mea culpa generaliter de omnibus peccatis tibi confessis, & postea declaret peccatum aut circumstantiam quam ipse studiosè, aut simulate reliquit. Sed si ipse peccator non confitetur eidem confessori, aut ipse confessor non recordatur penitentis aut peccatorum, debet iterum confiteri omnia, ac si non fuisset confessus.

Ex parte satisfactionis non tenetur iterare confessionem, ex necessitate, ob id quod penitens penitentiam sibi iniunctam adimpleverit extra statum gratiæ, vel oblitus fuit, quia per extimationem adimplere potest, ut puta quia penitentia oblita non excedebat tria psalteria, aut annum ieiunij, aut elemosinam centum ducatorum, aut simile, & concordat Sum. Gaet. in verbo satisfactio, & circa finem dicit quod omittere satisfactionem est peccatum, sed non mortale, si desit contemptus, quia non omittitur aliquid necessarium ad salutem, quia si non soluitur hic, in purgatorio soluetur. Et ideo Sum. Navar. in cap. 9. §. 14. dicit quod quando penitenti ante absolutionem iniungitur penitentia, & ille cum imponitur contemnit, tunc nihil valeret etiam si postea eam iniunctam exequeretur, non quia illam non adimplet, sed quia quando illa iniungebatur peccavit, & de illo peccato non se accusavit, atque ideo non fuit integra confessio. Et Sum. Gaet. in verbo confess. sacramen. in finem dicit, & quis autem tam parum dispositus est ad penitentiam, ut nullam velit acceptare à se agendam in hac vita satisfactionem, sed absolui petit remittendus ad poenam Purgatorij absolui potest, tanquam parere paratus per satisfactionem Purgatorij, ne desperatus in infernum se præcipitet, à quo non multum distare videtur, qui in huiusmodi pertinacia persistit, & tunc confessor absolueret à peccatis, & non ligaret ad poenam sed ligatum ad poenam relinqueret fori acerrimi diuinæ iustitiæ puniendum temporaliter. Et hoc intellege de penitentia afflictionis, sicut de ieiunijs, & similibus. Sed de restitutione, & alijs quæ sine peccato non possunt exerceri, tenetur, aliter non est absolvendus.

Sed circa penitentiam imponendam dicit Concilium Triden. in sess. 14. cap. 8. Debent ergo sacerdotes Domini quantum spiritum, & prudentiam iugerint pro qualitate criminum, & penitentiarum facultate, salutaris, & conuen-

cōueniētes satisfactiōnes iniungere, ne si forte peccatis conuincant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, læuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungenda, alienorum peccatorum participes efficiantur, habeant autem prae oculis vt satisfactio quam imponant, non sit tantum ad uozæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Et in Catechismo Romano de Sacramento Pœnitentiæ circa finem dicitur, quod debent notificare eis canones pœnitentiales ex lege antiqua vt in decreto notatur ad hinc vt cognoscat grauitatem peccati, & doleant & ingemiscant. Sed infirmis non est imponenda pœnitentia sed notificanda sicut habetur in 26. q. 7. ab infirmis in periculo mortis positus pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen illis imponenda est quantitas pœnitentiæ: sed innotescenda vt cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studijs pondus pœnitentiæ subleuetur si forte migrauerint, ne obligati, à communionē & confortio veniæ fiant alieni, à quo periculo si diuinitus erepti conualuerint, pœnitentiæ modum à sacerdote sibi impositum diligenter obseruent.

Et etiam Nauar. tam in tractatu de indulg. quam in cap. 26. §. 15. sum. Sum. dicit quod frequenter fuit rogatus circa pœnitentiæ quantitatem, tandem concludit Octo. Primum quod confessarius debet conari imponere pœnitenti congruam pœnitentiæ: quia minorem falsam appellat S. Gregorius, non eo quod nihil proffit, vel absolutionem irritam faciat, sed quia pœnitentem fallere potest prebendo occasionem credendi se per illam plene satisfacere &c. Et constanter affirmamus non recte fungi officio suo confessarios, qui omnibus vnâ, & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt. 1. Illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior, neque minor merita. 2. Hanc soli Deo esse cognitam; solus ille nouit, quanta pœna debeatur in Purgatorio pro peccato mortali per contritionem, & confessionem condonato. 3. Vulgatum esse vniciuique peccato mortali, iuxta canones, pœnitentiam septem annorum iniungendam esse, &c. Sed ipse dicit esse pro foro exteriori, & concludit quia inopertè imponeretur pœnitentiæ septemnis ei qui mille peccata mortifera confiteretur. Sed nota quod si in foro exteriori, in tali peccato, deberetur tanta pœnitentia, quid deberetur in foro conscientie qui est minus onerosus, & concordat glos. in cap. in pœnis de reg. iur. in 6. §. Quantitatem, & qualitatem iustæ pœnitentiæ nunc, & semper relinqui, relictamque fuisse prudentis confessarij arbitrio; non quidem vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta, magna vel parua ab omni pœna Purgatorij liberetur, quia hoc falsum est, sed ad effectum, vt animæ negotia quoad hunc mundum, & quoad alterum mediocriter gerantur. 9. Confessarium circumspicere debere in æstimanda pœnitentiæ magnitudinem, & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatem personæ pœnitentis. An sit robustus, an debilis, iuuesis an senex, assuefactus penitere, an non, an idem videatur magnam recusaturus, aut quamuis acceptet eam non impleturus, an sit pauper, an sit diues, & magnopere curare debere, ne pœnitentiam ineptam imponat, qualis est elemosyna pauperi ieiunium perpetuo laboranti, austeritas magna delicti, & altiori loco posito aut famulo impedimentum in detrimento domini sui, vel periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occul-
ti, aut

ti, aut peregrinatio mulieribus, maxime sine suis maritis, vel cum illis in longinquum, Aut panis, & aqua, & solitudinis melanconico, & scrupuloso aut multa recitatio prelatori, & ad longas preces obligato. 7. Confessarius penitenti dicere debere iuxta penitentiam, quae sibi imponenda, erat solum Deum Opt. Max. scire, & timentes Deum, & cupientes vitare poenam alterius vitae, antiquitus septem annorum penitentiam pro unoquoque peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes tam longam poenam, tam magnae offensae purgandae adhiberi oportere, sed quod non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eam suscipere, & si velit suscipere & esset implenturus, iniungat eam, quae iuxta videbitur, habito respectu ad eas quae praedictis canonibus penitentialibus precipiuntur, &c. In quod moueri potest etiam formula antiqua concedendi Indulgentias per relaxationem annorum, & dierum in penitentiam iniunctorum. 8. Quod penitenti nolenti acceptare tam magnam penitentiam satisfactoriam diminuat quantum ei placuerit, declarando ei poenam alterius mundi, dixi satisfactoria quia restitutoria, vel ad exeuendum a peccato, necessaria, qualis est alieni restitutio, odij mortalis, depositio, & dimissio concubinæ, & officij quod sine peccato exerceri nequit, & conuersationis, qua se credit in peccatum mortale lapsurum, necessario imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluentur, & recte faciet concedendo, vt possit; si non recitauerit, aut non ieiunauerit die prescripto, teneat, possit, alio: vel eleemosynas redimere, & in hoc primo numero concordat Catechismus Neapolitanus in pagina 9. Sum. Nauar. in cap. 26. §. 24. dicit quod imponens penitentiam ieiunij: aut precum, quod in dubio intelligitur, eorum ad quae penitens non tenetur, & consequenter, is cui ieiunium quatuor dierum imponeretur: non satisfaceret ieiunando diebus quatuor temporum, aut vigilijs, ad quas tenetur ieiunare, & nota etiam pro penitente, circa penitentiam: quia S. Bonauent. in 4. sent. dist. 20. in §. 39. dicit, quod peccator qui est paratus facere penitentiam arbitrio confessoris, & confessor ex ignorantia non imponit penitentiam congruam, tenet quod peccator ex illa ignorantia excusatur, vt non peccet, sed tamen non excusatur vt satisfactionem perfectam faciat, & ideo oportet hanc perfici in foro Dei, & S. Thom. in dicta dist. & q. 2. dicit, quod in Purgatorio debet suppleri penitentia debita & minus debita hic imposta, & idem dicit magister sent. in dicta dist. in littera C. ergo animae defunctorum valde possunt queri apud diuinam iustitiam de deceptione suorum confessorum, qui leuiter processerunt cum eis, & non significauerunt eis de ipsa horrenda poena, ex qua dum viueret ex suis bonis fecissent largas eleemosynas, & redimerent dictam poenam, & nunc ipsi lugent, & alteri gaudent de suis bonis, & ideo noient confessores hoc.

Et nota etiam vt possis instruere penitentem, ne ex culpa, & negligentia sua, transeat sine penitentia sub pretextu quod recepit indulgentiam, nisi cum modis, & formis fecerit, id pro quo datur indulgentia, quia vt Nauar. in tract. de indulgentia in notab. li. 21. §. 4. dicit quod indignus est aliena ope, qui sibi non vult opulari cum possit, qui ergo penitens, etiam si gratiam facientem habeat, non vult, aut non curat, cum possit, satisfacere de reliquijs suorum peccatorum sine de poena quam pro eis debet temporaliter indignus erit ope aliena, & per consequens, vt Ecclesia ei de thesauro praedicti

E dicto

dicto subveniat. &c. & quod qui irrationabiliter vult, sibi distribuit indulgentiam peccat, & indignum se facit ea, & qui malus est etiam venialiter tantum, ea queri nequit, & qui penitentiam Dei amicus pro poena per eum personaliter luenda eum possit non vult pro se redimendo laborem perferre, & vult Christum, & servos eius pro eo pati irrationabiliter id vult, & in § 8. dicit quod penitentium alij sunt qui contenti gratia & amicitia Dei, negligunt liberationem à poenis purgatorii, alij diligentes qui non contenti tali amicitia, & gratia divina, proponunt in hac vita satisfacere iustitiæ divinæ, quo illis terribilibus poenis liberarentur, quibus solis videtur concedi indulgentia, quippe qui vere dicuntur penitentes, eo quod non solum carent actu contrario penitentia, sed etiam habent actum virtutalem eius, nempe voluntatem iustæ pro poena satisfaciendi, & indulgentia non omnibus penitentibus, sed tantum, verè penitentibus conceditur, & similiter concordat Gaet in 3. par. Sum. S. Thom. in 10. col. in tractatu de indulg. vt in fol. 200. & concordat Sum. Armilla in ver. indulg. § 13. & vt penitens sit cautus in accipiendo in indulgentiam, dictus Nauarr. in dicto tractatu, tam in notabile 19 §. 6. quam in notabile 32 §. 46. & maxime in dicto §. 6. dicit quod non sufficit quoquomodo efficere id quod pro indulgentia consequenda est faciendum, sed oportet illud bene, moraliter facere, adeo quidem, quod si in eo confitendo vel venialiter peccaretur, non acquireretur indulgentia. Et etiam in notabile 22 §. 41. dicit vtilissimè perfluadere aegrotum, & iam morituro, vt concipiat animo Deo satisfaciendi pro peccatis in hoc saeculo, si vita ei superfit tum quia is post talem mentem conceptam, absolutus plenarie, per Bullas ad id idoneas, plenariam in illo mortis articulo indulgentiam consequatur, &c. cum tamen alij qui id animo non concepit, neque viuo in mortis articulo absolutio plena fieri, neque mortuo indulgentia queri possit, &c. Et de hac materia vide dictum Nauarr. in dicto tractatu de indulg.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

Dictum est de Baptismo, quod est medicina curativa, & purgat animas à quolibet crimine actuali, & mortali, & originali cap firmiter, de cons. dist. 4. De penitentia, quæ curat à peccatis actualibus mortalibus. ser uandis, & aliquando etiam omnia iuxta contritionem, & sunt alia peccata venialia quæ per Extremam Vnctionem curantur, cum homo sit purgatus, opus est vt manu teneatur, & hæc est confirmatio, quæ confirmat in fide, cum sit Baptizatus. Est præternaturalis medicina, quæ est matrimonium, vt homo sit continens, & non committat fornicationem. Medicina melioratiua est sacramentum ordinis in quo augmentatur gratia. Requiritur alia medicina, quæ omnia ista continet, & est sacramentum Eucharistiæ. vt in compend. Theolog. lib. 6. c. 5.

Communio tribus modis dicitur, scilicet. Viaticum, Hostia, & Eucharistia.

Viaticum dicitur, quia datur peregrinantibus in hoc seculo, & custodit corpus ipsorum sumentium.

Hostia

Hostia sic dicitur in offertorio, sed in Calepino dicitur esse victima regale seu sacrificium.

Eucharistia id est bona gratia, vel gratiarum actio, quia insitæ gratiæ continentur, est Sacramentum sub speciebus panis, & vini, & hoc fit in commemoratione Passionis Domini N. Iesu Christi. In quo Sacramento continetur verè, & realiter corpus, & sanguis, vna cum anima, & diuinitate, D.N. Iesu Christi, vt patet ex sequentibus decretis Conc. Trid. in sess. 13.

C A N O N. I.

Si quis negauerit in sanctissima Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem vna cum anima, & diuinitate Domini Nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodo esse in eo vt in signo vel figura, aut virtute anathema sit.

C A N O N. II.

SI quis dixerit in Sacro Sancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, & vini, vna cum corpore, & sanguine D.N. Iesu Christi negaueritque mirabilem illam, & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem, manentibus dum raxat speciebus panis, & vini, quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissime Transubstantiationem appellat, Anathema sit.

C A N O N. III.

SI quis negauerit venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta, totum Christum contineri. Anathema sit. Et hoc sacrificium soli sacerdotes possunt offerre, quos instituit Dominus in vltima coena in illis verbis hoc facite, &c. vt patet ex sequenti decreto supradicti Concilij in sess. 22. de sacrificio Missæ Canon. 2.

Si quis dixerit, illis verbis, hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, vt ipsi alijque sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum. Anathema sit.

Quomodo fit Sacramentum, dico quod accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.

Quæ est materia Eucharistiæ Dico quod est panis frumenti, & vinum vitis, & aqua naturalis. Et sic nec de pane farris, spelæ, vel alterius leguminis potest fieri, vt sum Angel. tit. Euchar. pri. §. 2.

Vtrum si grana alterius generis admisceantur cum tritico possit confici Dico quod si admixtio sit prædominans, vel æqualis sit virtus in vtroque miscibilium, quod non potest confici, quia mutatur species, & cognoscitur ex colore, & sapore, & sic nec in amito potest confici, quia licet si factum ex frumento, tamen sit ex frumento corrupto, & fracido, nec in pasta facta de tritico vt in supradicto tit. per totum.

Vtrum in pane fermentato possit confici, dico quod sic, sed peccat latius

mus grauitur sic consecrando, & deponitur ab officio, & beneficio per cap. litteras, de celebratione miss.

Vtrum in pane facto ex aqua roseacea alterius liquoris possit confici, di eo quod non, quia debet esse aqua naturalis, vt angelic. vt supra. §. 7. & Sum. Syluestr. euch. pri. §. 2.

Vtrum possit confici de alio, quam de vino vitis, dico quod non, vt angelic. vt supra; & in §. 20. & in illis partibus vbi vinum vitis non potest haberi dicit consulendum esse cum Summo Pontifice.

Vtrum possit confici in aqua vinata, aut in aqua in qua lotus est pannus vino rubeo tantum, dico quod non, vt supra §. 13.

Vtrum in vna possit confici, dico quod non, quia potius est edibilis quam potabilis, sed in musto expresso ex vna, quia tunc est potabile, si necessitas est potest confici, vt ang. vt supra §. 12.

Vtrum aqua debeat misceri in vino calicis. Dico quod sic etiam si fuisset apposta in dolio, debet iterum apponi quando celebrat sacra mysteria, vt ang. vt supra §. 16.

Vtrum in vna tantum specie possit Missa celebrari, & sic sine consecratione sanguinis sed tantum panis, hoc in anno 1490. Hortuegis Pontifex permittit sine vino sacrificare, quod vel immentum frigus vinum in eas regiones importatum mox acefcit, ita tradit Onasfrus Panuinius in cronica Ecclesiastica, fo. 113 1. in anno 1484. in morte Sixti 4.

Vtrum illis qui sunt suspendendi in patibulo, est Eucharistia deneganda, dico quod non, sed per duos dies ante est danda, vel in illomet die, multo mane, & hoc in statu contritionis. cap. super eo, de heret. lib. 6. Clemen. pri. de penit. & remiss. §.

Vtrum sacerdos post cibum aut medicinam debet celebrare dico quod non, vt habetur per decretum in causa 7. q. 1. cap. nihil contra ordinis in §.

Nullus post cibum potumque quemlibet minimum sumptum rem sacram facere presumat, nullus absque preuentu patensis molestiae minister, vel sacerdos, cum ceperit, imperfecta officia presumat omnino relinquere, si quis autem temerarie hoc presumpserit excommunicationis sententiam substatinebit.

Vtrum post sumptionem Sacramenti Eucharistiae maneat Christus in illis speciebus, an statim euolat in Coelum, dico quod manet Corpus Christi quandiu species manent, quae descendunt in somachum, & nutriunt, nec proprie rapitur in Coelum, vnde nunquam discedit, est enim immobiliter in hoc Sacramento, vt dicit glossa noua in c. tribus gradibus, de cons. dist. 2 & concordat glossa in cap. 5. quis per ebrietatem, in ead. dist.

Quid faciet sacerdos si dum dicit missam perpendit ibi excommunicatum esse, aut Ecclesia polluitur per effusionem sanguinis, dico quod si non inceperit canonem Missae, scilicet, te igitur, debet relinquere Missam, sed si inceperit, debet prolequi vsque dum fuerit communicatum, & postea in sacristia prosequatur, vt dicunt omnes Sum. in titulo excommunicatio, circa participationem cum excommunicatis scilicet. orare.

Vtrum sacerdos possit consecrare totum panem qui est in foro, dico quod non, quia non confor maret intentionem suam intentioni Ecclesiae, & hoc non ex defectu virtutis verborum, quae vna vice possunt consecrare tot hostias

fiat que sufficerent toto mundo si necesse esset, sed propter defectum intentionis illius, qui hoc Sacramentum instituit, qui non intendit ut ludibrio vel stultitia fiat consecratio sed pro utilitate Ecclesie generalis, vel particularis ut dicit Sum. Ang. ut supra §. 25. & hanc opinionem tenet Sanctus Bonauen. in lib. 4. sent. dist. 10. q. 2. art. 4. sed Sanctus Thomas in eod. lib. dist. 11. q. 2. art. 1. ad 3. arg. tenet oppositum, & sic potest dici de vino, si consecraret totum vinum quod est in cella vinaria.

Vtrum possit aliquis liquor misceri speciebus vini in Eucharistia? Dico quod huiusmodi permixtionis duplex esset effectus. Scilicet secundum formam liquoris & secundum quantitatem. Si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quod posset diffundi per totum vinum, totum fieret permixtum, quod autem est permixtum ex duobus, neutrum mixtibilis est, sed utrumque transit in quoddam tertium ex his compositum, unde sequeretur quod vinum prius existens non remaneret, si liquor permixtus esset alterius speciei, si autem esset eiusdem speciei, liquor adiunctus, puta si vinum permisceretur vino, remaneret quidem eadem species, sed non remaneret idem numero vinum, quod declarat dineritas accidentium, puta si vinum vinum esset album, & aliud rubeum. Si vero liquor adiunctus esset tam parvæ quantitatis quod non posset diffundi per totum, non fieret totum vinum permixtum, sed aliqua pars eius, &c. manifestum est autem quod Corpus, & Sanguis Christi remanent in hoc Sacramento quamdiu illæ species manent eadem, consecratur enim hic panis, & hoc vinum, unde si fiat tanta permixtio liquoris cuiuscumque quod pertingat ad totum vinum consecratum, & fiat permixtio, erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi, si vero fiat tam parva alicuius liquoris additio quod non possit diffundi per totum sed vsque ad aliquam partem specierum, definit esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, & remanebit tamen sub alia, ut Sum. Syluest. in tit. Eucharist. 1. §. 5. & concordat Sum. Astep. lib. 4. tit. 12. circa finem, & est opinio S. Thom. in lib. 4. sent. dist. 13. q. 1. ar. 2. ad 6. quæst. & concordat S. Bonau. in eadem dist. in nu. 5. circa finem.

Quid si aliquis casus necessitatis alicui euenerit, puta infirmitas, & huiusmodi, poterit ne sacerdos illi dare hostiam cum aliam non habeat consecratam: dico quod non totam, sed bene partem, & aliam partem ipse sacerdos sumere, & idem credo etiam si non sit infirmitas, sed alia rationabilis causa ut Sum. Ang. tit. miss. §. 27. & concordat Summ. Syluest. tit. Euchar. 3. §. 27.

Vtrum infirmus possit communicari per modum viatici in eadem infirmitate: dico quod sic, si postquam fuit communicatus per modum viatici transferunt sex vel octo dies, potest communicari per modum viatici, ut dicit Sum. Tabiena in tit. commu. §. 48. & concordat Summ. Armilla in eod. tit. §. 18.

Vtrum sacerdos credens consecrare decem hostias, & sunt duodecim, vide in ordinario Missæ, vel in Missali in folio facto ex suprascripto Decreto Concilij Tridentini; & ibi diffusus habetur de accidentibus in Missa occurrentibus.

Vtrum sola fides, & contritio sit bona præparatio ad sumendum hoc Sacramentum. Dico ex decreto suprascripti Concil. Trident. in sess. 13. de

Sacra:

Sacramento Eucharist. canon. 11.

Si quis dixerit solam fidem esse sufficientem preparationem ad sumendum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Anathema sit. Et ne tantum Sacramentum indigne at que adeo in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus illis, quos conscientia peccati mortaliter grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario pretermittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, predicare, vel pertinaciter asserere. seu etiam disputando publice defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

In sacerdotale de custodia Sacramenti Eucharistiæ testante Concilio Toronense, sic habetur, & de septimo in septimum diem semper mutetur, idest à presbytero illa sumatur & alia, quæ eodem die consecrata est in loco eius sub rogetur. Et idem videtur sentire Sum. Nauar. in c. 27. §. 173. per c. permittimus. de sen. excom.

Verum sacerdos quando non celebrat, & vult se communicare debet habere horarium, idest scilicet scilicet. Dico quod sic, & ita diffinitur in decreto in dist. 23. cap. Ecclesiastica, ubi sic habetur. Proinde modis omnibus conuenit ut quod quisque perceperit in consecratione honoris, hoc retineat etiam in oblatione vel perceptione suæ salutis, scilicet cum sacerdos ad sollempnia Missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut Sacramentum Corporis Domini Nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter, quam oratio idest scilicet utroque humero circumspectus, sicut tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus. Si quis autem aliter egerit, excommunicatio ei debite subiacebit. Et concordat Sum. Ang. tit. sacerdos §. 4:

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

Extrema Unctio est consignatio cum Oleo infirmorum à sacerdote largito in locis cum verbis determinatis, ut habetur in Rituali. Et quinque sunt, & substantia huius Sacramenti, scilicet.

Materia, Forma, Minister, Effectus, & cui debetur.

Materia est oleum Oliuarum ab Episcopo benedictum, & sanctificatum. Forma sunt verba quæ profert sacerdos quando vngit infirmum, sed oportet quod vngendo dicat verba quia hoc Sacramentum incipit, & desinit esse Sacramentum in eodem instanti, scilicet in vltima prolatione syllabæ ipsius formæ quia tunc signatur, non ante vel post, remanet tamen res sacra, & idem dicitur de Baptismo, ut habetur de cons. dist. 4 in gloss. & concordat Sum. Nauar. in c. 22. §. 8. & 12. taliter quod si prius vngit, & postea dicit verba, vel è contra prius dicit verba, & postea vngit, tunc non est Sacramentum, & sunt vngendæ partes corporis, ut in Rituali Romano, sed in foemina non est vngenda in rebus propter honestatem, sed si sacerdos videret infirmum esse mortuum, debet desistere, sed si in dubio sit, an sit mortuus potest cum conditione, si non es mortuus ego te vngo. Et quando infirmus est sacerdos, debet vngi in exteriori parte manus, nam in interiori fuit unctus in ordinatione, & ideo non debet iterum in eodem loco vngi.

Mini-

Minister est solus sacerdos Parochus, nam si ab alio religioso daretur etiam si ex charitate faceret Sacramentum, si d. peccaret, & esset excommunicatus sine licentia proprii Parochi, vt supra in Catechesi li. 3. f. 111. & 143. Et si hoc Sacramentum daretur à Clericis etiam quod sint Diaconi, & infirmus illud desiderans, recipere, non potest dari, quia non dicitur necessitas extrema dummodo non contemnatur hoc Sacramentum, & sic nõ peccaret, & potest saluari sine hoc Sacramento ex causa, vt supra, & si daretur non est Sacramentum. cap. quanto. de consuet. & in dicto Concilio in sess. 14. de Sacramento Extremæ Vnctionis canon. 4. circa finem. Si quis dixerit proprium ministrum Extremæ Vnctionis non esse ministrum solum sacerdotem Anathema sit.

Effectus est multiplex, scilicet, consignatio spiritualis, sanitas corporalis, remissio peccatorum venialium, augumentum gratiarum spiritualium, fortitudo contra dæmones, & arctatio potestatis dæmonũ, nisi ponatur obex.

Debet dari Christianis, & non alijs in extremis laborantibus, & illis verò præsertim qui tam periculose decubant, vt in exitu vitæ constituti videantur, & ita dicit Concilium Tridentinum in sess. 14. de Sacramento Extremæ Vnctionis. cap. 3. & Sum. Sacramentor. in § 123 dicit, quia hoc Sacramentum est vltima medicina vt etiam sonat ipsum nomen Extrema Vnctio, ergo est adhibenda quando non est aliud remedium, nec spes. Et sic patet quod non debet dari suspendendis, vel decapirandis, vel euntibus in bellum, vel in mari, quia & si sunt in periculo mortis, non tamen sunt in periculo mortis naturæ, sed fortunæ. Sacramenta autem Ecclesiastica non fortunam, sed naturam sequuntur. Et circa conferre hoc Sacramentum, debet obseruari vt habetur in Synodo Neapolitana in cap. 18. vbi dicit. Curret Parochus vt Extremæ Vnctionis Sacramentum ægroto dum integris est sensibus conferat, nec in quendam articulum temporis differatur, in quo infirmus sensu omni caret, speque recuperandæ sanctatis, sed dum mentis compos est, & sensus adhuc vigent, yngatur. Et quamuis in tractatu sacerdotali habetur, quod non debet dari hoc Sacramentum, vulnerato recentiter, & iam decedendi. Nihilominus debet obseruari vt determinat suprascriptum cap. 18. vbi dicit, neque ijs denegandum est quibus mortifero vulnere accepto, mortis imminet periculum, siue superveniente febre correpti, siue ex vulnere tantum è vita decedant, & si nec peccata confessione expiare, nec Eucharistiam sumere potuerunt modo tamen ostenderit signa contritionis, & si Extrema Vnctio datur infirmis ex sanguine, ex vulnere, vel pestilentia, nec debet expectari quod veniat febris naturalis, & obseruari oportet quod in vna eadem ægrotatione, cum æger in eodem vitæ periculo positus est, semel tantum yngendum esse, vt habetur in Catechismo, & summis dicunt quod in eadem infirmitate potest iterari, modo sit casus diversus, vt hidropicus est in articulo mortis, postea euadit, & postea iterum venit in articulo mortis. Sed amentibus, & dormientibus potest ministrari eo modo, vt Glos. noua in cap. qui recedunt 26. quæst. 6. dicit de communione, vbi ait, Amentibus à natiuitate non est dandum, Corpus Christi. Sed bene in mortis articulo ijs, in quibus, cum erant compotes suæ mentis, apparuit deuotio huius Sacramenti, & concordat S. Thom. in 3. par. quæst. 80. art. 9.

DE SACRAMENTO MATRIMONII, ET PRIMO
de sponsalibus.

Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio, & contrahuntur duobus modis, scilicet simpliciter, & absolute. Secundo cum conditione simpliciter id est per verba de presenti si sunt impuberes, id est si non dum habent ætatem perfectam ad contrahendum matrimonium, taliter quod oportet quod impuberes sint in ætate septennij, ut valeant sponsalia, & inde contrahatur, impedimentum quod vocatur honestas publica, & infra dicitur, & ita habetur in tit. de spons. impuber. Secundo modo contrahuntur dicta sponsalia per verba de futuro. Scilicet promisso, vel iuro quod te accipiam in uxorem, vel per dationem annuli, vel iocaliarum, vel sponsalia contrahuntur cum conditione, quæ sunt in quadruplici genere, scilicet honestæ, turpes, indifferentes, & impossibiles. Sed tantum tenet conditio honesta. Et dissoluantur per 17. modos, scilicet, per mutuum consensum etiam si erant iurata: 1. quando alter contrahit cum alia per verba de presenti. 3. quando alter intrat religionem. 4. quando alter se transfert in aliã patriam, & non est spes de proximo reditu. 5. quando certus terminus tēporis appositus fuit, nam ipso elapso ille per quem non stetit, liber est. 6. quando alter lepram vel paralysim vel aliud turpius evenit post contractũ. 7. quando alter fornicatur, quoad innocentem, sed qui fornicatus est non potest resilire. 8. quando alter eorum efficitur hereticus. 9. propter capitalem inimicitiam supervenientem inter sponsum, & sponsam. 10. quando promissit sponsa dare certam quantitatem pro dote, & non potest dare. 11. quando supervenit affinitas, ut si sponsus cognoscit consanguineam sponsæ vel e contra, & in tali casu neutram habebit scilicet, non secundam propter impedimentum publicæ honestatis, nec primam propter supervenientem impedimentum affinitatis. ut Sum. Navar. in cap. 22. § 57. 12. si fama sit quod inter eos sit canonicum impedimentum. 13. quando sponsalia fuerunt contracta infra annos pubertatis, & post pubertatem petiti absolvi ante aliquem tacitum consensum habitum in pubertate. Et puer dicitur maior septennio, & minor. 14. ann. in homine, & 12. ann. in femina. 14. propter susceptionem sacri ordinis. 15. propter cognationem legalem. 16. propter vorum simplex castitatis postea factum, & in hoc casu Summ. Sylvest. in tit. spons. §. 7. dicit quod debet cogi per iudicem, quod aut solemni zet vorum, aut solemnizet matrimonium. 17. per aliquod novum superveniens, quod si præcessisset non fuissent contracta, sed debent dissolvi per sententiam iudicis, nisi in 3. casu, post professionem. ut dicunt summistæ in titulo sponsalia.

Matrimonium est sacramentum Ecclesiæ, quod sic diffinitur, matrimonium est maris, & foemine coniunctio, & triplex est, scilicet virginale, viduale, & carnale. Virginale est inter virginem, & Christum. Viduale est cum vidua evadit sponsa Christi. Carnale est inter foeminas, & homines.

Matrimonium aliud est publicum, & clandestinum, aliud publicum est quando publice, & solemniter, in facie Ecclesiæ cum debitis conditionibus contrahitur & a sacerdote benedicitur.

Clan-

Clandestinum est quod fit sine prædictis solemnitatibus sed per Concilium Trid. abrogatum est.

Impedimenta matrimonij quæ impediunt contrahentium, & dirimunt contractum, sunt duodecim, scilicet, error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus, disparitas, vis, ordo sacer, ligamen, honestas, si sis, affinis, si forte coire nequibis, hæc autem sunt de iure positio ab Ecclesia rectè statuta, ut quia in his constituendis ipsa Ecclesia potestatem habet, ut patet ex supradicto decreto in sess. 24. canon. 4 si quis dixerit Ecclesiam non potuisse se constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in his constituendis errasse, Anathema sit.

Error triplex est, scilicet in persona, ut si credat contrahere cum Martino, & est Petrus. si credat contrahere cum nobili, & est rusticus, si credat contrahere cum diuite & est pauper. Sed isti duo ultimi non dirimitur matrimonium nec etiam dirimitur matrimonium si credat contrahere cum virgine, & est corrupta, quia isti dicuntur errores fortunæ, ut tenent summam.

Conditio est cum quis putat contrahere cum libera, & est serua, tunc nullum est matrimonium, ut in tit. de coniug. seruor.

Votum est duplex scilicet simplex, & solemne, simplex impedit contrahendum, sed non dirimit contractum solemne quod est per possessionem, in aliqua religione probata, & matrimonium non tenet, ut de voto in 6.

Cognatio triplex est scilicet carnalis, spiritualis, & legalis. Carnalis est consanguinitas carnis usque ad quartum gradum. Spiritualis est tantum, compaternitas, & paternitas, nam abrogata est fraternitas; per Concilium Trid. in sess. 24. de reform. matrim. cap. 2. legalis est in adoptione alicuius filij, aut filiz, ut patet in eodem titulo lib. decretalium.

Crimen triplex est scilicet adulterans cum coniugata, & machinans in mortem viri, si viuenti viro promittit adulteræ eam ducere in coniugem, & si viuenti vxore ducit in coniugem adulteram. Ut in tit. de eo qui duxit eam quæ pol. per adul.

Cultus disparitas, est fidelis cum pagana, quia contrahi non potest. Et si Indæus contraxerit cum consanguinea, conuersus ad fidem potest remanere cum ea, nisi in gradibus diuina lege prohibitis. Et paganus habens plures vxores, conuersus ad fidem potest tenere solam primam, & si repudiata prima contraxerit cum secunda, etiam post Baptismum dimittet secundam, & adheret primæ repudiatæ, etiam si repudiata, cum alio contraxisset, ut determinat cap. gaudemus, de diuortijs.

Vis est violentia quæ excludit matrimonium, sed quomodo intelligere deberur, ista vis, vide Summissas.

Ordinis susceptio ante matrimonium contrahendum, & dissoluit postea contractum, ut in c. vnic. de voto in 6.

Sed si post matrimonium contractum, & nondum consumatum susceptio ordinem sacrum, compellitur quod aut intret Religionem, & professionem tacitam, vel expressam faciat, aut consumat matrimonium, sicut & mulier si post contractum matrimonium, & nondum consumatum receperit velum sacrum, & vult in domo propria remanere, quasi propositum castitatis in seculo seruatura, nihilominus consumandum est matrimonium iam

contractum, nisi se voto astrinxerit ad obseruationem regularum, in quibus ea
 su compelli potest vt relicto seculo religionis propositum exequatur, vt ha
 betur de conuers. coniug. cap. ex parte tua est intimatum. Et sic iste qui re
 ceperit ordinem sacrum compellitur per cap. vnic. de voto in lib. extrauag.
 Ioan. 22. tit. 6. vbi dicitur auctoritate Apostolica districtius inhibentes, ne
 quispiam durante matrimonio nondum etiam consummato, aliquem de sa
 cris ordinibus presumat suscipere nisi prout sacris canonibus nouerit con
 uenire, quod si secus a quoquam forsitan attentatum fuerit, ordinamus
 quod nec matrimonio soluto in suscepto ordine ministrare, nec ad supe
 riores ordines, nec ad aliquod beneficium vel officium Ecclesiasticum
 valeat promoueri, nisi aliquam de religionibus approbatis, quarum profes
 sio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui superioris
 obedientiam suos professores astringat, ipsum canonicè contrigerit ingredi,
 ac eius regulam expresse vel tacite profiteri, &c. ad ingressum huiusmodi
 sic ordinatum si matrimonium consummatum non fuerit, per diocesanos
 instanter moneri precipimus, & induci, quod si forsitan renuerit ad implere
 ipsum si sponsa eius insisterit per censuram Ecclesiasticam compellendum
 decernimus, contractum matrimonium consummare ratio est, quia matrimo
 nium non dissoluitur, nisi per mortem, ideo Monachus est mortuus seculo,
 quæ ratio deficit in clerico seculari, vt dicitur gloss. in dicto cap. vnic. de
 voto in 6.

Ligamen, est quando aliquis legitime contraxerit cum aliqua, viuente
 ea, secundam ducere non potest.

Honestas, est impedimentum proueniens ex sponsalibus de futuro, vel
 ex matrimonio de presenti nondum consummato, in quibus casibus si alter
 coniugum ingrediatur religionem, facta professione dirimitur matri
 monium, vt patet per supradictum concilium in eadem sess. canon. 6. Si quis
 dixerit matrimonium ratum, non consummatum per solemnem religionis
 professionem alterius coniugum, non dirimi, anathema sit. Et sic tam in præ
 senti casu, quam etiam in separationem factam, ob impotentiam coeundi,
 tam naturali, quam accidentali, vt infra etiam ex separatione sponsalium
 remanet inter affines istud impedimentum honestatis, vnde nullus confan
 guineus sponsi potest accipere talem sponsam, vsque ad quartum gradum,
 nec è conuerso, vt Sum. Angel. impedim. 14. sed per concilium supradictum
 in supradicta sess. cap. 3. impedimentum honestatis restrictum est ad vnum
 gradum tantum.

Si sis affinis, quæ est affinitas parentum ex causa matrimonij vsque ad
 quartum gradum, & etiam ex causa fornicationis, quæ habet duos gradus, vt
 habetur per supradictum concilium, & sufficit quod puella sit in ætate 7.
 ann. quando fuit cognita, per cap. fraternitatis, de eo qui cong. confag.

Si forte cohire nequibus, est impotentia coeundi, & duplex, naturalis, &
 accidentalis, Naturalis est frigiditas in viro, & arctatio in muliere, & est
 quando mulier caret suo loco naturali: & si mulier arctata ab vno cognos
 sci non potest, & postea ab alio cognoscatur, reddenda est crimino, & veni
 te casu, vide cap. fraternitatis, & gloss. extra de frig. & malef. Accidentalis
 est castratio viri, & maleficium, si per triennium durat continuum: & hoc
 impedimentum cohire nequibus, intellige si est ante contractum matrimo
 nium

niū, & non post consumationem. Si lector vult scire supradicta decreta, ubi notantur vide per summistas in tit. matrim. & quando occurrit aliquid supradictorum, etiam quod matrimonium sit consummatum, semper est nullū nisi impetretur dispensatio à Summo Pontifice, & etiam quod veniat subilem, & Annum Sanctum, in virtute ipsius concessionis conceditur tantum absolutio peccati, & non dispensatio valedicitatis, vt notatur infra in fol. & licet status matrimonialis sit bonus, & ab Ecclesia laudatus, tamen celibatus, vel virginitas laudabilior est, vt patet per supradictum Concilium in supradicta sess. canon. 10. Si quis dixerit statum coniugalem ante ponendum esse statui virginitatis, vel celibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut celibatu, quam iungi matrimonio, Anathema sit.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Ordo est quoddam signaculum in quo spiritalis potestas, & officium traditur ordinato. Et dicitur ordo, quia ordinatur ad corpus Christi idest ad Sacramentum Eucharistiæ, & septem sunt ordines clericales scilicet, Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acoliti, Subdiaconi, Diaconi, & Præsbyteri. Sed aliqui volunt quod sint nouem ordines, & addunt primam tonsuram, & ordinem Episcopalem.

Ordo autem est vnum Sacramentum respectu finis, quia omnes etsi diuersi sunt, in vnum tamen finem ordinantur, idest ad Sacramentum Eucharistiæ, & concordat noua glos. in cap. 1. 3. dist. & sic quanto magis ordo accedit ad hoc Sacramentum Eucharistiæ tanto est dignior. Et inter quatuor minores, Acoliticus est supremus, quia habet officium preparando aquam cum vino, cuius principalior actus est in ministerio Missæ.

Ostiarij officium est admittere fideles in Ecclesia, & excludere infideles.

Lectoris officium est legere Prophetias ad instruendum illos qui volunt credere.

Exorcistæ officium est arctare dæmones per adiurationem nō dominentur in corpore baptizato.

Acoliti officium est lumen accendere in Ecclesia, aquam cum vino, & alia ad Missam preparare. Et supradicti dicuntur maior minores, & dicuntur minores respectu quod non habent annexum votum castitatis, sicut habent superiores ordines, & etiam colligitur ex cap. Si quis eorum 3. dist. ubi ait. Si quis eorum, qui ad clerum accedunt voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Reliqui verò dicuntur maiores, quia eis est annexum votum castitatis accidentaliter ex statuto Ecclesie. Vt in cap. nullum dist. 18. & concordat glos. in cap. cum olim de clericis cong. & sic tenetur subdiaconus scire, se obligatum esse ad votum castitatis, & taliter quod si contraxerit, & consumauerit matrimonium, dirimitur per cap. 1. de voto in 6. & ideo Concilium Trid. in sess. 23. cap. 13. dicit quod subdiaconus debet esse probatus in minoribus ordinibus, ac literis, & ijs quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructus, in quo speret, Deo auctore, se continere posse. Et debet scire quare dicuntur minores respectu materię, quia non traditur eis ma-

teriaz, quia non traditur eis materia sacra, sicut sunt claves, libri, & illæ res quæ dantur eis quando dicitur accipe potestatem, &c. Quæ non sunt res sacra, sicut calix, & patena. Reliqui vocantur sacri, quia habent materiam sacram, sicut traditur subdiacono calix vacuus cum patena. Et etiam vocantur sacri à cap. erubescant impij dist. 32. Et cum istis minoribus etiam inclauditur prima tonsura, & prima tonsura est dispositio ad ordinem clericalem, & si sit necessarius vel non, vide Sum. Sacramentorum, & compendium Theologicæ veritatis.

Subdiaconi officium est. in apparatu legere Epistolam. præparare aquam cum vino ad ministerium Altaris, diacono ministrare pallas altaris: qui est linteus benedictus qui extenditur in altare, & superponitur, seu extenditur corporalia, ipse subdiaconus debet abluere, calicem, & patenam in usu sacrificij eidem offerre, oblationes quæ veniunt in altari panes propositionis vocantur, de ipsis oblationibus tantum debet poni in altari, quantum posset populo sufficere, ne aliquid putredinis in sacrario remaneat, pallas quæ sunt in substratione altaris in alio vase debent lauari, & in alio corporales pallas, ubi autem corporales pallas lotæ fuerint, nullum aliud linteamen debet lauari, ipsaque lotionis aqua in sacrario debet mergi, ut habetur in Pontificali, & tenetur horas canonicas quotidie persolvere, & si consumaverit matrimonium, est nullum, & filij sunt illegitimi, quia ordo sacer est.

Diaconi officium est in apparatu legere Evangelium, verbum Domini prædicare, & in casu magnæ necessitatis dispensare Corpus D. N. Iesu Christi. Sed non consecrare, & secundum sacerdotalem potestatem solemniter baptizare in necessitate. Et ideo tenetur scire circa ministracionem baptismi sicut dixi supra. Et tenetur scire, munda cor meum, ut in Missale.

Præsbyteri officium est consecrare Corpus, & Sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, & Sacramenta ministrare.

Clericus dicitur quasi sors, vel hæreditas Domini, inde dicti sunt clerici quia de sorte Domini sunt, sicut Matthias fuit sorte electus. Act. c. 1.

Præsbyter dicitur quasi antiquus senex, non propter ætatem, sed propter prudentiæ dignitatem.

Sacerdos dicitur quasi sacra dans, vel sacer Dux, vel à sacrificando.

Dicitur sacra dans, quia in Ecclesia sacramenta ministrat.

Dicitur sacer Dux, quia habet ducere, & iudicare populum.

Dicitur à sacrificando, quia eius officium est offerre sacrificium pro populo, & prædicare, & baptizare, & prædicanda sunt à sacerdotibus illa, quæ habentur in Catechismo facto ex decreto Sacri Concilij Tridentini. & ideo dicit dictum Concilium in supra dicta sess. cap. 14. quod debet esse idoneus ad populum docendum ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministranda sacramenta, diligenti examine præcedente idonei comprobentur. Et qui prohibentur promoueri ad ordines vide infra de irregularitate.

Dux sunt claves Ecclesiæ quas accipit sacerdos in ordinatione, scilicet potestatis. & scientiæ, non quod sit actualis vel habitualis scientia, sed quia rectus usus eius non potest haberi sine scientia. Sed de scientia diximus supra de confessore, ideo pertranseo.

Potestas clauium, est aperire cælum penitentibus, & claudere obstinatis.

us. Sed ista potestas à sacerdote non potest exerceri, nisi servata forma loquentis decreti supradicti concilij, & sess. cap. 15.

Quamvis præsbyteri in sua ordinatione à peccatis absolventi potestatem accipiant, decernit tamen sancta synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones secularium etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneum reportari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur.

Ætas in ordinatione est in quatuor, Minoribus. 12. in Subdiacono. 22. in Diacono. 23. in Præsbytero. 25. sed per annum debet esse exercitatus in ordine suo antequam ascendat ad altiorem gradum, nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat, ut dicitur in supradicta sess. cap. 11.

DE DIVINO OFFICIO.

Divinum Officium in quo Deum laudamus, bipartitum esse constat, nã aliud de tempore, aliud de sanctis agimus. De Sanctis autem eorum natalia celebramus, De tempore verò cum Redemptoris nostri Adventum, Septuagesimam, Passionemque eius, ac Resurrectionem, & quicquid Dominicali vel feriali officio celebramus, & continetur in septem horas, in recordatione mysterij sanctissimæ Passionis, videlicet: Martini in recordatione quia in illa hora captus fuit à Iudæis, & cum martino includuntur laudes, quæ celebrantur in recordatione, quia Iudæi valde mane conuenerunt, & se congregauerunt, ut interficerent Iesum.

Prima dicitur in recordatione, quia in illa hora Christus ligatus, fuit presentatus Pilato.

Tertia dicitur in recordatione, quia in illa hora dixerunt Crucifige, Crucifige, & postea duxerunt ad crucifigendum.

Sexta dicitur in recordatione, quia in illa hora Christus fuit clavis conatus, & tenebræ factæ sunt.

Nona dicitur in recordatione, quia in illa hora Dominus Noster Iesus Christus spiravit, & miles lancea latus eius aperuit.

Vespere dicuntur in recordatione, quia in illa hora Dominus Noster Iesus Christus fuit depositus de Cruce, & receptus in manibus suæ Sanctissimæ Matris, ut piè creditur.

Completorium dicitur in recordatione, quia in illa hora Corpus Domini Nostri Iesu Christi fuit positum in sepulchro. Et in Ecclesijs cathedralibus regularibus, & collegiatis tenentur sub præcepto in choro dicere supradictas horas. vr de cele. Miss. in ele. cap. 1. Et secundum Sum. Nauar. in cap. 25. §. 105. hoc officium debet dici attentè, & deuotè sub pœna peccati, & attentio debita ex necessitate debet esse actualiter, aut virtualiter circa ipsius intelligentiam, quæ triplex potest esse, scilicet ad verba ut non dicantur confusè, & irreuerenter. 2. ad sensum verborum id est ad petitionem ipsius. 3. ad hanc orationis, & ea quæ petitionem circumstant, scilicet, ad Deum, & ad rem pro qua oratur. Et attentio virtualis, dicitur esse illius, qui accipit Breuiarium cum expresso proposito satisfaciendi ad hæ

cbli-ga-

obligationem, aut dicendi sicut debet, aut dicendi horas canonicas. Vel etiam cum solo proposito accipiendi Breviarium, aut accedere ad Ecclesiam, ad finem quod si interrogetur, cur facis hoc responderet, quod causa persolvendi horas ad quas tenetur? Et hæc attentio omittitur per contrarium actum. Et Sum. Syluestr. in tit. hora 3. s. dicit, quod nullus tenetur dicere, quando dicitur officium in Choro illud, quod secundum consuetudinem Chori, aliquis solus dicit, vel associatus, quia quod dicit vnus reputatur de ei ab omnibus, quando ex aliqua rationabili causa ita est consuetum, unde solum est facere sibi conscientiam de non dicendo quod dicit cantor incipiens, aut hebdomadarius, vel qui legit lectionem. Et Summa Gaetana in 4. tit. horæ, dicit quod dicens officium priuatè habet tempus à primis vesperis vsque ad mediam noctem sequentis diei, & quod potest dicere matutinum tantum post vespas.

D E S A C R I F I C I O M I S S E.

Missa est contemplatio seu representatio Passionis Domini Nostri Iesu Christi. In qua offertur Deo verum, & proprium sacrificium, nempe Corporis, & Sanguinis Iesu Christi, & ita habetur per supradictum concilium in sess. 22. canon. 1. Si quis dixerit in missa non offerri Deo, vel, & proprium sacrificium. Anathema sit. Canon. 3.

Si quis dixerit missæ sacrificium in esse laudis, & gratiarum actionis Anathema sit. Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quia præce missica consecratur pro nobis in memoria Dominicæ Passionis, vt habetur in cap. miki secularium. 1. q. 1. Et in tres partes diuiditur, scilicet ab introitu vsque ad canonem, & significat Christi aduentum, & totam vitam vsque ad passionem. Canon autem incipit ab illis verbis. Te igitur clementissime Pater, à canone vsque ad communionem, & ipsam Passionem significat: à communionem vsque ad benedictionem, & significat sepulturam, & resurrectionem Christi. Benedictio autem significat Christi Ascensionem. Aliqui volunt vt diuidatur in quatuor partes iuxta formam Epistolæ Diui Pauli Apostoli ad Timotheum. 1. cap. 2. vbi dicit. Primum omnium fieri, obsecrationes, orationes, stipulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, & sic diuidunt ab introitu vsque ad canonem, id est te igitur. Et significat obsecrationes, à canone vsque ad orationem Dominicalem: Et significat orationes ab oratione Dominicali vsque ad communionem, & significat postulationes, à communionem vsque ad finem Missæ, & significat gratiarum actiones pro omnibus. Missa dicitur à mittendo, quia eo mittuntur Angeli à Deo Patre, & quia mittimus vota nostra ad Deum per sacerdotem, vt Deus mittat nobis suam gratiam, & benedictionem.

Gloria in Excelsis Deo non dicitur in Aduentu, quia Sancti Patres stabant in spe, & non dum erat, quia in Natiuitate fuit ab Angelis, & ab Ecclesia composita. Nec etiam dicitur à Septuagesima vsque ad Resurrectionem, quia eo tempore Sancta Mater Ecclesia recordatur de lapsu primi hominis.

Symbolum Niceni non dicitur in Missa Martyrum, quia cum Martyres pro Christo effuderint sanguinem, & pro confessione fidei exposuerint vitam,

etiam hoc ipsum haberetur loco symboli, quia factis magis, quam voce fidei confessi sunt, & ideo Ecclesia omittit symbolum, in alijs autem anni festiuitatibus dicitur multiplici ratione. In festiuitatibus Domini dicitur ad demonstrandum ipsum authorem fidei Christum. In Apostolorum, & Discipulorum festiuitatibus, quia ipsius promulgatores fuerunt. In Doctoribus autem tamquam declaratoribus, & expositoribus. In cæteris autem rationabili ex causa Ecclesia sancta non decantat.

In quo loco missa potest celebrari, in Ecclesia aut oratorio ab Episcopo permisso, ut possit cum altare portatim celebrari. In mari vel in flumine non potest celebrari, propter motum aquarum, & periculum euerfionis sanguinis, sed tantum potest celebrari missa sicca, ut habetur in 4. parte sacerdot. cap. 46. & seq. ubi dicit, tantum dici posse omnia quæ clara voce, & non secreta dicuntur in missa sine consecratione, ut ibi ex impress. venez. 15 & 16. concordat. Bart. de Angelis in suo exam. ordinand. Dialog. 5. §. 25.

Altare super quo potest celebrari, aliud est stabile, aliud est portabile, & non potest consecrari nisi ab Episcopo, & definit esse sacrum stabile, quando mensa altaris mouetur ab altari super quo facta consecratio, vel auferitur sigillum ab ipso lapide altaris, vel patitur enormem læsionem. Portatile autem, quando lapis à ligno separatur, quomodocumque sit illud factum, aut ex casu, aut ex alio quoque modo fiat actus separationis. Alio modo quando lapis aut lignum patitur enormem læsionem, aut quando Altare portatile est totum de lapide, & patitur ut supra, & solum ab Episcopo consecratur: & lapis debet esse tam largus, & longus, ut possit super eum cremare quinque cruces paruas, ut in Pontificali. Sed quis hæc consecratio spectat ad Episcopum, ideo sufficit quod sit facta consecratio, aut in paruo lapide, aut in magno lapide, qui vocatur sigillum: & dicit Summ. Ang. quod Altare portatile debet esse latum, quod super eo possit stare hostia, & calix.

Utrum execrata Ecclesia, execratur altare stabile? dico quod non, quia potest destrui absque eo, quod destruat altare: sed non si polluat, quia tunc etiam polluitur altare stabile, & indiget reconciliatione, ut dicit Summ. Ang. & Syluest. in eodem tit. & pollutio debet intelligi non solum seminis cum peccato, sed etiam sanguinis cum iniuria, & quod non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio, sed quantitas requiritur. Nec sufficit effusio naturalis, sicut per nares, aut per os, aut quæ casu accidit, sicut lapsu regulæ, aut similis per se decidentis, aut quæ sit ex licito ludu. & licite factu, sicut quando aliqua pia repræsentatur historia, quod raro accidit. Nec sufficit effusio facta per furiosum, aut stultum, aut per pueram iudicio carentem. Uterius si percussio facta est intra Ecclesiam, licet percussus egredietur foras ante quam fundatur sanguis, aut recipiatur in aliquo vase, est execrata, & non sufficit, quod in ea feratur sententia condemnatoria, dummodo executio fiat extra illam: & similiter est execrata si in ea fiat homicidium sine effusione sanguinis etiam ob defensionem fidei, nec etiam est execrata, si quis percuteret al quem, aliquo telo, aut tormento misso ab Ecclesia, existente extra eam: nec impedit celebrationem, oculta pollutio facta in Ecclesia, sicut fieri posset, ut effusio sanguinis vel seminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedire, & non ante, nam facta tunc videntibus

bus duobus, & vsque nunc tacentibus, nunc autem publicantibus, ita vt fama gignatur, non impedit, vt ex tunc, sed ex nunc, & etiam execratur quia do in ea excommunicatus aut infidelis sepelitur, & debet reconciliari, si est consecrata, debet fieri per Episcopum cum asperione aquæ, vini, & cineris, vt in Pontificali, si non est consecrata debet reconciliari per simplicem sacerdotem cum aqua benedicta ab ipso sacerdote, vt dicit Sum. Nauarra in cap. 27. §. 2. 5. etiam quando renouantur parietes, aut maior pars eorum simul deicitur.

Calix, vt possit in eo consecrari, debet esse ex auro, vel argento, vel stanno: & non potest fieri ex alia materia propter prohibitionem canonis, vt de cons. dist. 1. cap. calix, & debet esse consecratus ab Episcopo vel Abbate habente potestatem à Summo Pontifice, sed execratur quando amittit formam, sicut quando separatur cuppa à pede, quia destructa forma non est calix aptus ad consecrandum, & si reparatur erit nouus calix, & ideo consecrandus sicut dictum est de altari portatili, & concordant Sum. Ang. Syluest. & Tabiena.

Corporalia debent esse de puro panno lineo, & non de serico vel panno intinctorio, & debent benedici vt dixi de calice. Nec post lauationem sunt iterum consecranda, quia licet amicus recedat lauando, & de alio ponatur, non propter hoc mutatur, & idem si refarciatur, dummodo non amittet formam, vt dicit Sum. Ang. & debet lauari per diaconum, & subdiaconum posse, vt ne aliquid fragmentum male tractetur, & prima, & secunda aqua projiciatur in sacrarium. Et debet haberi peluis pro ipsis lauandis tantum vt dicit cap. nemo propter ignorantiam. Et in cap. altaris palla, dicit, quod res Deo dedicate si propter verultatem fuerint consumptæ, debent comburi, & cineres aut in sacrarium, aut in fossis pavementorum iactantur. Et ligna Ecclesie dedicata non debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam Ecclesiam vel igni sunt comburenda: vt de cons. dist. 1. & 4.

DE PECCATIS, ET PRIMO DE DIFFERENTIA INTER
peccatum, delictum, & crimen.

Peccatum consistit in faciendo, quod dicitur prauus actus. Delictum dicitur desertio boni, & dicitur delictum quasi derelictum. Sed crimen est peccatum graue accusatione, & punitione dignum, vt dicit glo. c. peccatum de reg. iur. in 6.

Peccatum aliud est Originale, aliud Commissionis, aliud Omissionis, & aliud Actuale.

Peccatum originale est carentia iustitiæ originalis per inobedientiam primi parentis, ex qua nascimur sub poena peccati, quod per baptismum remittitur, vt patet per sequentem decretum supradicti concilij in sess. 5. canon. 5.

Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, Anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus, quia

PRO EXAMINANDIS.

quia nihil est damnationis, ijs, qui vere consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, qui non secundum carnem ambulant, &c. Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus sed utiliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet, quinimmo qui legitime certauerit coronabitur.

Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum, quod sit contra legem Dei. Et incurritur aut per omissionem, aut per commissionem. Peccatum omissionis vt in præceptis, & operibus misericordiarum. Peccatum commissio nis, vt infra in dictione, Saligia. Et hæc est differentia inter peccatum, & reatum. Peccatum est dictum, vel factum vel concupitum.

Reatus autem peccati est obligatio nata ex peccato ad poenam subeundam. Et duplex est peccatum, aliud mortale, aliud veniale, sic duplex est reatus, alter quoque obligatur ad poenam æternam, alter quo obligatur ad poenam temporalem, itaque peccatum est mater reatus, reatus vero filia peccati, reatus autem siue obligatio ad poenam, est triplex, quia peccatum eo quod triplicem ordinem offendit, ad triplicem poenam obligat, quatenus enim offendit ordinem propriæ rationis obligat ad poenam remorsus conscientie, quatenus autem offendit ordinem Dei, obligat ad poenam æternam vel temporalem ab eo infligendam, quatenus offendit legem humanam, obligat ad poenam illius legis per hominem statutam, quo fit vt qui peccatus, considerare debereamus quod licet effugere possimus frequenter hominis legislatoris errata nostra ignorantis punitionem, nequaquam tamen possumus vitare poenam Dei, omnia cernentis, nec nostræ conscientie omnia nostra videntis, nisi per poenitentiam legitimam, & peccato accommodam. Vt dicit Sum. Nauarr. in præiud. 7. §. 25. & 26. Et tribus modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, & consensu. Suggestio fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum. Cui enim malignus spiritus peccatum suggerit in mentem, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnino non est perpetratum. Cum vero delectari caro ceperit, tunc peccatum incipit nasci, si autem etiam ad eor sensum ex deliberatione consentit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione ergo peccati semen est, in delectatione fit nutrimentum, in consensu fit perfectio, vt habetur in decreto in 6. dist. cap. sed pensandum.

Peccatum actuale est carentia iustitiæ debite factæ per inobedientiam propriæ voluntatis, & duplex est, Mortale, & Veniale. Et mortale dicitur fieri veniale ex euentu, quia per confessionem hoc euenit secundum quod de præterita culpa veniam consequatur.

Veniale est poena dignum, non tamen ad æternam mortem obligat. Et Nauarr. in suo manuali de poenit. dist. 3. cap. de quotidianis, §. 5. dicit quod sicut mortali peccato insunt culpa, & poena, siue reatus, & obligatio ad poenam æternam, ita etiam veniali, insunt culpa, qua offenditur Deus, & poena siue reatus, seu obligatio ad poenam temporalem, & ita sicut condonata culpa peccati mortalis non semper condonatur tota poena ei debita, ita condonata culpa alicuius venialis, non censetur semper condonata tota poena ei debita, per argumentum à simili, & quaritur, an peccata dimissa redeant quantum ad reatum respondit. S. Bonau. lib. 4. sen. dist.

22. q. 1. ar. 14 sic dicit, & ideo dicendum quod reatus est obligatio ad poenam, poena autem peccati duplex est scilicet poena damni, & sensus, possimus ergo loqui de reatu peccati dupliciter, aut quantum ad poenam damni, sic, quia qui peccat in vno, factus est omnium reus, credendum est quod peccata dimissa redeunt, si autem loquamur quantum ad poenam sensus, sic distinguendum est, quia quaedam peccata sunt omnino dimissa quantum ad poenam, & culpam, & talia nullo modo redeunt, quaedam autem dimissa sunt in parte, & de talibus fienda est satisfactio, & quoniam culpa sequens tollit potentiam satisfaciendi quandiu manet, per hoc ipsum iste obligatur ad supplicium æternum, non ratione sui principaliter, sed ratione annexi, & sic intelligendum est peccata redire. Verum etiam quod aliquo modo aggravat culpam sequentem præcedens remissio, quia est ibi contemptus præstiti beneficii, non tamen ita quod faciat æquivalentiam.

Sed quæ sunt peccata Venialia, seu minuta, quæ numerantur per sacros Canones, dico quod sunt illa quæ numerantur in cap. vnum Orarium. & alia circa finem, post numerationem peccatorum capitalium dicit, vt in 25. dist.

Quoties aliquis in cibo aut potu, plus accipit quam necesse est, administata peccata nouerit pertinere.

Quoties plus loquitur quam oportet plus tacet quam expedit, quoties pauperes importunè petentes exasperat quoties cum sit sanus corpore, alijs ieiunantibus plandere voluerit aut somno deditus tardius ad Ecclesiã surgit, quoties, excepto filiorum desiderio, vxorem suam cognouerit, quoties in carcere positos tardius requisierit, & infirmos tardius visitauerit, si sacerdos ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut seruum exasperauerit quam oportet. Si vnicuique maiori personæ aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit. Si pauperibus esurientibus nimium deliciosa, vel sumptuosa conuiuia preparauerit. Si se aut in Ecclesia, aut extra Ecclesiam fabulis ociosis de quibus in die iudicij ratio reddenda est occupauerit. Et ociosum est quod sine utilitate audientis, vel loquentis profertur Et si ratio de otioso sermone exigitur pensandum valde est, quæ poena multiloquium sequatur. Si dum incaute iuratus, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vti que periuremus, & cum omni facilitate vel temeritate maledicimus, quoniam scriptum est, neque maledici Regnum Dei possidebunt Et in cap. sequente dicit quod de paruis minimisque peccatis remissionem fieri posse, credendum est, sicut est assiduus, & ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ familiaris, quod vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt quæ etiam post mortem grauant, si adhuc in vita peccatis minime in morte fuerint relaxata, & qui in aliud seculum distulit fructum pœnitentiæ prius purgabitur igne purgationis, his ignis, & si non sit æternus, miro tamen modo grauis est, superat omnem poenam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita vel pati potest vt dicit S. Aug. & in enchi. dicit peccata quamuis magna, & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parua, aut nulla esse credunt. Et ad propositum purgationis horum venialium dicit Sum. Nauar. in cap. 22. s. 13. quod cum magna cura debet recipi Sacramentum Extreme Vnctionis, nam potest esse

se ut aliquis moriens sine ipso damnaretur, & cum ipso saluaretur, fieri enim potest, ut aliquis sua peccata confiteri non possit, aut quamvis possit non censet illud necessarium ei, quia iam est confessus sine tamen contritione, vel attritione ad remissionem sufficienti, & post ea tanta attritio ei superueniat, quae licet de se non sufficiat ad remissionem, sacramenti tamen calore a sancto sufficeret.

Verum debet conuicti veniale peccatum, vel mendacium ob causam conseruationis amicitiae mundanae, ad hoc respondet S. Thom. 2. 2. q. 43. ar. 7. in fine dicit, quamuis autem per peccatum veniale gratia non tollatur, per quam est hominis salus, in quantum tamen veniale disponit ad mortale vergit in detrimentum salutis. Et in adiectionibus ad 2. par. in quae. 23. ar. 3. ad primum arg. dicit, quod sicut peccatum mortale non potest bene fieri ita nec veniale, & ideo sicut homo debet prius substinere mortem quam peccet mortaliter, ita etiam quam peccet venialiter, illo modo debiti quod debet venialia vitare, & in decreto in 22. q. 2. cap. 17. S. Aug. dicit. Si quis ad te confugerit, qui cum mendacio tuo possit a morte liberari, non es mentiturus, os enim quod mentitur occidit animam, cum ergo in mentiendo vita aeterna amittitur, nunquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est. Et in cap. 16. dicit omne genus mendacii summopere fuge, nec casu, nec studio loquaris falsum, nec ut prodis mentiri studeas nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas, caue mendacium in omnibus. Ergo non sunt facienda mala ut veniat bona.

Verum poenitentia de peccatis venialibus sit necessaria, dicit Sum. Asten. lib. 5. tit. 3. quod de peccatis venialibus poenitentiam esse necessariam, dupliciter potest intelligi, aut quod sit necessaria ad eorum remissionem. Aut quod sit necessaria ad salutem. Primo modo de lege communi poenitentia est necessaria de peccatis venialibus explicitè, vel implicitè in speciali vel in communi, quando enim voluntas in ordinatione actualiter inhæret, oportet causam in ordinatam esse, vnde ad remissionem peccati venialis necessarium est quod voluntas desinat in ordinationi inhære, nec tamen hoc sufficit de lege communi, sed etiam requiritur quod in ordinationem praeteritam actualiter desisteret explicitè, vel implicitè, ut illa desectatio sit totius emendae solutio, & radix seu fundamentum totius solutionis. Aliqua enim emenda pro quacunque voluntaria in ordinatione Deo debetur, scilicet ut sit necessaria de venialibus ad remissionem. Secundo modo non est necessaria poenitentia de venialibus peccatis per se in hac vita, quia simul stare possunt cum gratia, in cuius virtute cum ea voluntas desectatur, post mortem in Purgatorio remittuntur, per accidens tamen est necessaria poenitentia de illis in hac vita, scilicet ratione dubij probabilis, ut quando vehementer homo dubitat, verum peccatum sit veniale, vel mortale, tunc enim si de illo non poenitet, exponit se discrimini tanquam contemptor suae salutis, aut ratione periculi, scilicet quando perpendit homo aliquam affectionem deordinatam venialem, cum ita in ipso intendit quod probabiliter colecturat, quod nisi eum per poenitentiam faciat, trahat ipsum in peccatum mortale.

Verum ad poenitentiam peccatorum venialium requiratur quod non tantum de praeteritis doleat, sed etiam quod a futuris cauere proponat, re-

spondit dicta Sum. quod non, nam homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia, & singula, potest etiam vitare venialia, sed non omnia, vt exemplum huius est in Naue existente in mari perforata in pluribus locis, cuius quidem nauta potest quodlibet foramen sibi demonstratum obturare non omnia simul, & ideo licet posset prohibere introitum aquae per vnum foramen non tamen omnem aquae introitum, quia dum vnum obturat, aqua per alium intrat, & ideo poenitentia de praeteritis mortalibus requirit, quod homo proponat abstinere ab omnibus, & singulis mortalibus, sed ad poenitentiam venialium requiritur, quod homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus, quia hoc, infirmitas huius vitae non patitur, & ideo in contritione de venialibus non exigitur propositum non peccandi venialiter, sicut in contritione de mortali requiritur. Sed quod displiceat ei, & peccatum praeteritum, & infirmitas qua ad veniale inclinatur, licet ab eo omni non immunis esse non possit, debet tamen habere propositum de praeparando ad peccata venialia vitanda, alioquin esset ei periculum deficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quae sunt peccata venialia. Et concordat S. Thom. in 4. sent. dist. 16. q. 2. art. 2. c. 1. r. & in 3. par. q. 87. art. 1. & etiam facit ad propositum Concilium Tridentinum in sess. 6. cap. 11. §. licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti, & iusti in leuia saltem, & quotidiana, quae etiam venialia dicuntur peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti, & in canone 23. circa medium dicit. Si quis dixerit posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia. Anathema sit.

Vtrum confessio, quae fit ad primam, & ad completorium, & aspersio aquae benedictae, & alijs modis qui dicuntur remittere, causant remissionem venialium. ad hoc S. Thom. in 3. par. Sum. q. 87. art. 3. ad 1. arg. dicit quod omnia ista causant remissionem peccatorum venialium, in quantum inclinatur animam ad motum poenitentiae, qui est detestatio peccatorum, vel implicitae, vel explicitae.

Vtrum debeant confiteri peccata venialia, in hoc dicit concilium supra dictum in sess. 14. cap. 5. §. Nam venialia quibus a gratia Dei non excludimur, in quae frequentius labimur, quamquam recte, & vtiliter citraque omnem praesumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum vsus demonstrat: taceri tamen citra culpam multisque alijs remedijs expiari possunt, & in canon. 7. circa finem, si quis dixerit non licere confiteri peccata venialia. Anathema sit.

Et ideo illis qui tendunt ad perfectionem spiritualem, valde est vtile considerare id quod Frater Bartholomaeus Medina in sua Summa in lib. 1. cap. 12. §. 2. dicit quod si vnus vadit ad confitendum quamquam sint peccata venialia, si non vadit cum proposito emendandi, peccat mortaliter, & confessio est inualida, quia regula generalis est, quod quando forma Sacramenti applicatur, vbi non est vera materia, peccat mortaliter, & committit sacrilegium, cum materia substantialis Sacramenti poenitentiae sit dolor peccatorum cum proposito emendationis, & ideo vbi deest tale propositum, applicatur forma Sacramenti vbi non est vera materia, & sic committitur peccatum mortale, & ideo poenitens consideret, quod si bene non obligatur

tur confiteri de venialibus, nihilominus postquam de eis confitetur, debet debite confiteri.

Vtrum venialia possint equiparari mortali ad hoc dicit Nauarr. in Manuali de pœnit. dist. 1. cap. tres sunt §. 16. dicit primo nulla peccata venialia æquipollere vni mortali. Secundo nullum veniale manens idem in genere moris efficit mortale. Tertio, nullum idem etiam in genere entis esse mortale, & veniale pro eodem momento temporis, licet possit esse pro diuersis. Quarto, venialia posse disponere, causamque dispositiuam esse ad committendum mortale, parando gradum, & occasionem ad peccandum mortaliter, & assuefaciendum ad transgrediendum legem obligantem ad veniale tantum. Quinto omnes qui peccant venialiter scienter, & aduertenter eo principaliter quod renunt subdere se, vel obedire legi obligati ad veniale, vel tã affectu, quod omitterent id facere, licet esse mortale, vel sine vltimum in eo consistendo peccare mortaliter. Sexto non videri ex contemptu peccare mortaliter eo solo quod scienter, & sine iusta cau'a, vel iniusta id faciat, vel omittat aliquid quod ex se est veniale, nec etiam si principaliter alia de causa iusta, vel iniusta id faciat, vel omittat licet minus principaliter sit etiam causa quo ad legem obligantem ad veniale non faciat tanti pro vt ei conuenit quanti deberet, quæ sunt maxime quotidiana, & memoranda tam confessarijs quam pœnitentibus. Septimo, ex ijs sequitur quosdam loquaces, irrisores, subsanatores, ac murmuratores, qui facta dictoria, & parua honesta, vel alia parum nocentia dicunt causa iocandi, & placendi sibi vel alijs eo affectu, vt non absterent à suis dictorijs, & factijs etiam si id esset mortiferum peccatum, peccare mortaliter.

Peccatum mortale est præuicatio legis diuinæ, & quatuor sunt peccata clamantia in cœlum homicidium voluntarium, peccatum contra naturã oppressio pauperum, & merces operariorum defraudata. Et septem sunt peccata capitalia, quæ in hac dictione, Saligia continentur.

Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira, Gula, Inuidia, & Accidia. Quæ peccata nobis dat diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos, vt dicit glos. in ca. non est. 15. q. 1.

Superbia est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, & hi rami ab ea nascuntur.

Ambitio.	Discordia.	Hypocrisis.
Præsumptio.	Inobedientia.	Hæresis.
Arrogantia.	Irreuerentia.	Inditium temerarium.
laetantia.	Ingratitudo,	Tentare Deum.
Pertinacia.	Irrisio.	Vanagloria.
Contemptio.	Adulatio.	Curiositas, & ornatus mulierum.

Et circa hoc nota Euangelium, vbi dicit non iurabis per caput tuum, quia non potes facere capill. m album nigrum, neque nigrum album. Et ea quæ à sanctis Doctoribus dicuntur, & primo à sancto Ambrosio in 4. Tomo in 7. lib. exame. in cap. 8 in littera A. dicit deles picturam Dei mulier si vultum tuum materiali candore oblinias, sic acquisito rubore perfundas illa pictura vicij non decoris est, illa pictura temporalis est, aut pluuia aut sudore tergitur, illa pictura fallit, & decipit, vt neque illi placeas cui place re desideras, qui intelligit non tuum, sed alienum esse quod placeas, & tuo despli.

displacitas auctori, qui videt opus suum deletum esse. Et in 1. Tomo, & in 2. lib. de virg. sub. a. tit. C. & S. Aug. in 3. Tomo in lib. de Doctrina Christiana in c. 21. sub lit H. dicunt, Ac licet vilis mulier, non alteri tamen sed sibi peccat, tolerabilioraque prope modum in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicitia hic natura adulteratur. Et S. Hieronymus dicit ad Mauricij filiam crimen est post crismatis sanctificationem cuiuslibet pigmenti succo vel pulvere sordidari. Et S. Ciprianus in lib. de habitu virg. dicit. Manus Deo interunt, quando illud quod ille formavit, reformare contendunt, impugnatio est ista diuini operis, preuaricatio veritatis, Deum videre non poteris quando oculi tibi non sunt quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit, & inimico tuo tincta cum illo pariter arsura. Et S. Aug. in cap. fucare de cōf. dist. 5 dicit quod fucare figmentis, quo vel rubicundior, vel candidior appareat adulterina fallacia est, & non ad placendum hominibus, sed ad seruendum Dæmonibus adhibetur. Et Sum. Nauar. in c. 23. dicit, non est tamen de se mortale augere, & fingere pulchritudinem maiorem quam in sit ornato, & fucō, licet sit quædam species mendacij operis, nisi ob luxuriam, vel alium finem mortale id fiat, &c. quamuis sit graue veniale, & an sit committendum peccatum veniale vide supra, & omnino vide. Et in hoc est exemplum quod quædam mulier cum semel tantum in iuuentute sua secundum consuetudinem mulierum fucaret capillos suos, cum postea veniret in obliuione huius mundi propter amorem Dei, & post multos annos cum perduraret in hoc, accidit ei, quod diabolus per multos dies semper staret ante eam, & nihil dicebat, & sic mulier ex timore huius aspectus habuit cōsiliū cum suo confessore, & cum non inueniret, quod conscientiam morderet etiam de veniale, dixit ei confessor, quod diceret diabolo, quod si aliquid de suo esset super illam tolleret, & nunquam amplius videret tam pessimam visionem, & statim quod dixit, irruit diabolus super caput suum, & abstulit omnes capillos cum carne vsque ad nudum ossum, & sic statim recordata fuit, quod in iuuentute sua fucavit capillos ex vanitate, & non fecit veram pœnitentiam, & sic infra paucos dies ob dolorem obdormiuit in domino, & euasit ignem Purgatorij per talem pœnitentiam.

Auaritia est amor inordinatus bonorum temporalium, ac radix omnium malorum, & hæc ab ea.

Furtum.	Scandalum.	Sacrilegium in rebus.
Rapina.	Assassinum.	Mendacium.
Fraus.	Bellum iniustum.	Acceptio personarum.
Simoniam.	Inquietitudo.	Immisericordia.
Periurium.	Iniuria.	Fallacia.
Iniustitia.	Odiū.	Proditio.

Vicia.) hæc tria vnum
Turpe lucrū (&) post vnum de
Concussio) clarabitur.

Ista concussio valdè regnat inter officiales iustitiæ, & milites, & exequutores bellorum. & tenentur ad restitutionem, & etiam dicitur turpe lucrū & hoc est quando ex parte recipientis, qui male tulit etiam cum voluntate dantis, qui non malè dedit, sed ipse male recipit, postquam lex posuit terminum receptioni, & sic quantum excedit taxam regiam in recipiendo, tan-

tum

sum tenetur restituere danti. Et etiam tenetur restituere qui recipit ut faciat id quod de iure tenetur facere, ut tenet Summ. Nauar. cap. 17 § 33 & seq. & concordant summistæ tit. concussio, & cap. non sane. 14. q. 5. Circa turpe lucrum vide decretum in 14 q. 4. cap. quicumque tempore messis vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat anronam, vel vinum, verbi gratia de duobus nummis comparat modium vnum, & seruat vsque dum vendatur denarijs quatuor aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus, & concordat Sum. Nauar. cap. 13 § 91. & ad hoc facit id quod S. Paulus ad Tim. 1. c. 6. dicit, habentes aurem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus, nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, & secundum capitulum qui habetis in eadem causam q. 6. debet dari pauperibus id quod cum labore, & sollicitudine acquisiuit iuxta illud Euangelij, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, & summistæ dicunt in tit. turpe lucrum esse de concilio, & non de præcepto, verum est quod lucrum est in arca, & damnum in conscientia.

Circa vsuram vendendum est quantum ad immobilia in quantum ad contractum seu instrumentum vnde oportet obseruari in venditione, & emptione, circumstantias seu conditiones positas in summa conciliorum in vita Papæ Martini Quinti, & Calisti Tertij, & etiam habetur in titulo de emptione, & venditione in libro extrauag. comm. c. 1. & 2.

Prima conditio oportet quod vendens designet, & exprimat rem aliquam quam vendat, & alius emat puta domum aut agros, &c. & rei vel rerum, designatorum tantum debet fieri emptio, & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionem prædicti census, & non alia vendentis bona quia si vniuersa alia bona cum persona vendente obligatur ut sit apud nos. Iam destruitur emptio, & venditio, & est oppignoratio, & sit contractus vsurarius.

Secunda conditio quod iusto, & competenti pretio ematur annuus census, & quod tempore quo celebratur contractus integraliter numeretur pecunia.

Tertia conditio quod in eodem contractu expresse venditori detur facultas, quod ipsam annuū censum in toto, vel in parte pro eadem summā denariorum, quam ab emptore recipit, quando cumque velit, libere absque alicuius requisitione aut contradictione, possit extinguere, vel redimere, & se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare.

Quarta conditio, quod ad redimendum annuum censum venditor in viuis nullo modo obligari possit, sed liberum fuerit illi, vel soluere censum, vel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia.

Quinta quod si contingat aliquando bona ipsa domus, agros, aut possessiones alias, quæ obligata sunt ad solutionem census, & quorum facta est emptio, processu temporis omnino destrui, & penitus interire, ementes pecuniam ipsam quam dederunt pro prædictis bonis, repetere amplius nequaquam valebunt, quoniam emētis periculo debet perire res empta, alioquin non fuit vera emptio, & venditio sed contractus vsurarius.

Sexta conditio est, quod non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res, & fructuosa, & annuus census ad cuius solutionem talis

est obligata, non debet excedere valorem fructuum, quos ex re ipsa percipere solet, aut potest Dominus rei, si enim plus est in annuo censu, quam in fructibus rei venditæ iam destruitur emptio, & paliatur usura, & emens accipit rem ipsam in pignus suæ pecuniæ.

Seruatis prædictis conditionibus utcumque tolerandos iudico tales contractus, aliqua earum omissa nulla ratione puto tolerandos.

Sed quantum ad primam, & sextam conditionem ex Bulla Nicolai Pape V. quæ habetur in compendio constitutionum Regni Neap. conceditur facultas obligandi omnia ad cautionem seu defensionem ipsius rei venditæ, & hoc ad tollendam fraudem, ne res ipsa sit pluribus obligata, sed quantum ad tertiam conditionem videtur ab ipsa Bulla confirmari, & declarat quod annuus census non excedat decimam partem præcij. Et etiam ex Bulla Pij Pape V. de qua habetur mentio in titulo de relig. domib. in cap. constitutus. in noua glos. Et etiam reperitur in Sum. Nauar. in cap. 17. §. 234. ubi videtur confirmare. 3. 4. & 6. conditionem, & etiam declarat quod conditiones, directæ, vel indirectæ obligantes ad casus fortuitos, cum qui alias ex natura contractus non teneatur. Similiter, & pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent, similiter pacta solutionis, quæ vulgo anticipatas appellant omnia supradicta simpliciter sunt expresse prohibita, & dicit quod contractus sub alia forma post hac celebrandos teneraticos iudicat, & sic cessat hodie pactum de retrouendo ad tempus. Sed oportet quod sit quando cunque, & concordat Sum. Nauar. in supradicto cap. §. 247. circa post medietatem in verbo, regulariter, & noua glosa in cap. 1. de empt. & vendit. in lib. extrauag.

Similiter circa usuram videndum est circa emptionem, & venditionem, quando tenetur ad restitutionem, pro qua nota infra scripta decreta ex de secretal. in tit. de usur.

VSURA LVCRIFACERE FRUCTVS REI PIGNORATÆ, VT dicit decretum.

Quoniam non solum viris Ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet alijs periculosum est usurarum lucris intendere, autoritate præsentium, duximus iniungendum, ut eos qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem deductis expensis, receperunt, ad eadem pignora restituenda, sine usurarum exactione Ecclesiastica districtione compellas.

VSURA EST IN VENDENTE REM PLUS QUAM VALET quia differt solutionem, ut dicit decretum.

Consuluit nos tua denotio, an ille in iudicio animarum, quasi usurarius debeat iudicari, qui non alias mutuo traditurus eo proposito mutuam pecuniam eredit, ut licet omni conuentione cessante, plus tamen sorte recipiat

cipiat, & vtrum eodem reatu criminis, inuoluatur, qui vt vulgò dicitur aliter parabolam iuramenti concedit donec, quamuis sine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat, & an negociator pœna consimili debeat condemnari, qui merces suas longe maiori precio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prolongetur: quam si ei incontinenti pretium persoluatur. Verum quia quid in his tenendum sit ex Euangelio Lucæ, manifestè cognoscitur, in quo dicitur, date mutuum, nihil inde sperantes, huiusmodi homines, pro intentione lucri, quam habent, cum omnis vsura, & super abundantia prohibeatur in lege, iudicandi sunt male agere & ad ea quæ taliter sunt accepta, restituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

MARITVS RECIPIENS POSSESSIONEM IN PIGNORE
pro dote non tenetur fructus in sortem computare vt dicit decretum.

Salubriter, & infra, sanè generum ad fructus possessionum quæ sibi à socio sunt pronumerata dote pignori, obligata, computandos in sortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda.

VSURARIVS EST QUI A DEBITORE RECIPIT ALIQUID
vltra sortem, etiam si suscipiat in se periculum vt dicit decretum.

Nauiganti vel eunci ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quod suscipit in se periculum receptorus aliquid ultra sortem usurarius est censendus, ille quoque, qui dat decem solidos, vt alio tempore totidem sibi grani, vini, vel olei inensuræ reddantur, vtrum plus vel minus solutionis tempore fuerint valituræ verisimiliter dabitatur, non debet ex hoc usurarius reputari, ratione huius dubij, etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

In causa 13. q. 3. cap. vlt.

Vsura est vbi amplius requiritur quam quod datur, verbi gratia si solidos decem dederis, & amplius quæsieris, vel si dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris. Et hoc intellige nisi ratione lucri cessantis vt dicitur de fortuna in vers. vltimus. Et quando occurrerit aliqua difficultas circa materiam alicuius supradicti decreti, tunc offerua vt dicit glosa noua, quod in cap. quoniam, vide Sotum de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 2. & Sum. Syluest. tit. de vsur. 3. & in cap. consuluit vide idem Sotum, & in cap. nauiganti vide idem Sotum in q. 4. art. 2. Sum. Angel. tit. vsur. l. 5. 38. in ver. vtrum mutuans, & Sum. Syluest. vt supra.

Similiter circa vsuram videndum est, quoad emptionem quæ vulgò dicitur de fortuna, seu hospicium de fortuna, sicut exempli gratia, est quidam miles in stipendio regio, qui habet provisionem 36. aureorū, per annū, ego emi hanc exigentiam, hoc modo, do. 28. aureos, ex nunc, cum pacto, quod

H ipse

ipse miles mihi correfpondeat tres aureos menſatim per annũ, & cſi pacto, & ſi ipſe miles infra annum moritur, ego perdam capitalis ſummam, & dum infra annum viueret correfpondeat, vt ſupra, quæ emptio dicitur de fortuna, ſeu ad periculum fortunæ, videndum eſt an hoc liceat. In hoc neceſſe eſt conſiderare vt iuſta ſit emptio, an ſecundum naturam, & non ex accideſti, poſt quam tractatur de lucro ad rationem plus ex 28. per centum, & ideo oportet ſit probabilis ſecundum curſum naturæ ſit ad euentum fortunæ, ideſt quod ſit verifimile quod ipſe miles ſecundum curſum naturæ, & non ex accidenti poſſit infra ipſum annum mori, vnde illud dicitur eſſe ex euentu fortunæ recipere hanc emptionem cum homine ſenſe & debili, quod non erit cum iuvene forte, qui ſecundum curſum naturæ poſteſt diu viuere, ſimiliter erit ex euentu fortunæ dicta emptio cum milite inquiteſte viuente, & nunc rixante cum iſto, & nunc cum illo, quod non erit cum mi ite quiete viuente. Similiter erit ex euentu fortunæ dicta emptio cum milite qui manet in actu vbi præliatur, quod non erit cum milite qui manet in loco vbi non eſt prælium, & ſimiliter quando illa exigentia eſt diſſicilis haberi, vbi oportet multa diſpendia pari, quod non erit quando menſatim ſoluentur, aut ſine magno labore poſſunt haberi, ita quod debet conſiderari quod dicta exigentia. 36. aureorum vtrum in fine anni debet exiſti mari quid laboris quid diſpendij debetur vt exigatur, & hoc exiſtimatur ad iudicium boni viri ad rationem decem pro centenario per annum, plus & minus ſecundum diſpendium quod poſteſt currere. Sed exigentia quæ curri menſatim exiſtimatur ad rationem ſex pro centinario. Similiter vita hominis ſenſis, & debilis exiſtimatur ad rationem decem, & vita iuuenis ad rationem ſex pro centenario per totum vnum annum, & ſic de ſimilibus. Et Sum. Navar. in cap. 17. § 222. Et Sum. Ang. in tit. vſura. §. 42. Et Summ. Sylueſt. tit. vſura. 1. §. 36. dicunt quod mutuans alicui pecuniam vſque ad certum terminum eo pacto quod ſi interim aliter eorum moriatur, debitor ſit liber. Si verò ambo ſuperuixerint, dabit aliquid vltra fortem, dicunt eſſe vſuram. Et ſimiliter ciuiſ mutuans ſeptuaginta ducatos communitati habenti ſtatutum quod quicumque habens filiam vnius anni dederit ſeptuaginta, habeat quingentos pro ipſa maritanda ſi vixerit vſque ad viginti quintum annum. Si vero interim mortua fuerit, amittat. Dicunt Ang. & Sylueſt. eſſe vſuram, quia in mutuis veris, vel interpretatis, ſpe lucri principaliſ factis periculum vel dubium non excuſat ab vſura per ſupradictum cap. nauiganti. Ergo ſi ſupradicti ſunt vſuræ, qui ſi annuatim ponentur in emptione non redderēt ad rationem 20. pro ceterario, ergo quanto magis eſt vſura ſupradicta emptio ſolutiſ onis quæ excedit rationem 28. pro centenario & ponendo poſt ſex menſes illam quantitatem in alia ſimili emptione, in fine anni recipiet centum quadraginta duos pro cento, poſt quæ 28. reddunt. 36. & medietas. 28. quæ eſt. 14. reddet. 18.

Vltorius debet conſiderare ſi ipſe volebat illam pecuniam ponere in negotiatione licita, & iuſta, & in hoc conſiderare diſpendium, laborem, & periculum quod accidere poterat, & deductis omnibus, quid poterat lucrifacere, & cauſa complacendi militi reliquit hoc facere, & ſic poſteſt terminari ſi hoc licitum eſt Et in hoc concordat Sum. Ang. tit. vſura. §. 63. & 64. Et Sum. Sylueſt. t. c. vſura. 1. §. 14. ſed clariuſ in Sum. Ang. Et de hoc non excuſat in

fat in foro conscientiz, vt non teneatur restituere, dicendo quod tribuna-
 regium permittit talem emptionem pagarum, quod si non fuisset iustum,
 hoc non permetteret, hoc non habet locum nisi in foro fori, & litigioso, vn-
 de lex civilis permittit contrahentibus se decipere vsque ad dimidium. &
 hoc permittit, ne pro omni minimo sit lis, & in poena ementis vel venden-
 tis, qui se facit decipere, sed hoc in foro conscientiz oportet obseruare.
 præcepta naturæ, scilicet quod tibi non vis, alteri ne feceris, vnde S. Tho-
 mas 2. 2. q. 77. art. 1. ad 1. arg. dicit quod lex diuina nihil impunitum relin-
 quit quod sit virtuti contrarium, vnde secundum legem diuinam illicitum
 reputatur, si in emptione, & venditione non sit æqualitas iustè obseruata
 & teneretur ille qui plus habet. Similiter lex civilis permittit pro vita con-
 seruanda, licitum esse reum corrumpere aliquem, sed hoc lex canonica
 prohibet, vt in cap. inter cetera 2. q. 4. in glos. noua. Similiter doctores citi-
 les dicunt, q̄ qui habet ius in principali, cauillationes, & malitias aduersa-
 rij potest per alias repellere, sed non in foro conscientiz. cum fraus, & dol-
 us habeant vim mendacij, nemini licet eis, vti, cum sint illicita, nec sit ma-
 lum pro malo reddendum. vt dicit S. Thomas. 2. 2. q. 69. art. 2. & glos. noua
 in cap. cupientes de elect. in 6. Nec etiam valet dicere quod si peccarent
 tales contrahentes, executores legis, & iustitiæ prohiberent, & non darent
 occasionem, vt homines sic contrahentes peccarent, in hoc respondetur,
 quod sicut dictum est, lex civilis permittit hoc in poena illius, qui se facit
 decipere, sicut dicta lex civilis permittit hoc in poena illius, qui se facit de-
 cipere, sicut etiam dicta lex civilis permittit in poena mulierum quæ com-
 mittunt adulterium, transire sine poena earum interfectores, dum-
 modo interficiant eas simul cum adulteris in actu inhonesto iacentes, sed
 non permittit & contra, scilicet mulieribus, vt cum eorum viri reperian-
 tur in adulterio, eandem poenam contra eos exequatur, & nihilominus
 apud Deum, & Ecclesiam sic grauiter peccat homo sicut, & mulier, & pro-
 pter hoc lex canonica non solum prohibet simile homicidium, immo impo-
 nit maiorem poenam vxoricidæ quam matricidæ, propter priuationem
 temporis plenitudinis vel pænitentiam, ex quo apud Deum verè penitere
 potuerat, & ideo imponit maiorem pænitentiam vxoricidæ, quam matrici-
 dis non quod sit maius peccatum interficere vxorem quam matrem, sed so-
 lum quia homines magis proni sunt ad interficiendum eorū vxores; quam
 matres, sicut dicit S. Bonauentura in 4. sent. dist. 37. art. 2. q. 1. & 2.

Luxuria est ardor accensus ad concupiscendum illicitè Et hæc ab ea.

Sacrilegium in persona.	Incestus.	Vitium contra naturam.
Adulterium.	Fornicatio.	Mollities, &
Stuprum.	Raptus mulierum.	Bestialitas.

Ira est quædam passio appetit. sensit. qua quis vindictam desiderat,
 vel est accensus sanguinis circa cor ad vlciscendum. Et hæc ab ea.

Clamor.	Indignatio.	Bellum.
Maledictio.	Contumelia.	Lis.
Odiū.	Blasfemia.	Rixa.
Homicidium.	Incendium	Tumor mentis.

Est est quando implicatur meos in varijs modis, & vijs, quibus possit pro-
 ximum offendere. Et vindicta. Et ista vindicta multos ducit ad inferos qui

sub zelo iustitiæ faciunt vindictam, contra præcepta naturæ, idest quod tibi in tali necessitate vis ut alij faciant, fac ei, & quod non vis in tali necessitate positus ut alij facerent, nec & tu facias. Et contra præcepta Ecclesiæ scilicet cap. Si quis contristatus. 90. dist. qui dicit. Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo satisfaciendo eo qui contristavit, acerrimis mactetur inedijs vsque dum gratanti animo satisfactionem recipiat. Et in cap. ult. de penit. dist. 5. circa finem dicit. Falsa est enim penitentia, cum penitens ab officio vel curiali negotio non recedit, quod sine peccatis agi nullatenus preualeat, aut si odium in corde gesserit, aut si offensus cuilibet non satisfaciatur, aut si offendentis offensus non indulgeat, & hoc debet intelligi ad iudicium boni. Nec obstat sententia Diui Thomæ, quæ loquitur de assassinis, & per seuerantibus in peccato, & non in cotrito, & parato ad satisfactionem, ut patet in 2. 2. q. 108. cuius tenor talis est.

quod vindicatio fit per aliquod pœnale malum inflictum peccanti, est ergo in vindicatione considerandus vindicantis animus. Si enim eius intentio feratur principaliter in malum illius, de quo vindicta sumitur, & ibi quiescit, non est omnino licitum, quia delectari in malo alterius, pertinet ad odium, quod charitati repugnat, qua omnes homines debemus diligere. Nec aliquis excusatur, si malum intendat illius qui sibi iniuste intulit malum. Sicut non excusatur aliquis per hoc, quod odit, se odientem. Non enim debet homo in aliū peccare propter hoc, quod ille peccauit prius in ipsum. Hoc enim est vinci à malo, quod Apostolus prohibet ad Rom. 13. dicens, noli vinci à malo, sed vince in bono malum, si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum ad quod peruenitur per penam peccantis, puta ad emendationem peccantis, vel saltem cohibitionem eius, & quietem aliorum, & ad iustitiæ conseruationem, & Dei honorem, potest esse vindicatio licita, alijs debitis circumstantijs seruatis.

Ergo necesse est intelligere de perseverantibus in peccato, quia contritus, & paratus ad satisfactionem non includitur in dicta sententia, quia non possunt concurrere omnes supradictæ conditiones, & vna quæ definit nihil pertinet ad conclusionem postquam ipse sanctus non solum vult omnes supradictas conditiones inclusas, sed & alijs, & non dicit de quibus.

Gula est inordinatus appetitus in edendo, & potando, & hæc ab ea.

Ebrietas.	Bructatio.	Immunditia mentis.
Carnis lasciuia.	Vomitum.	Subuersationis, &
		Multiloquium.

Inuidia est de aliena foelicitate tristitia, & de aduersitate læticia, & hæc ab ea Murmuratio.

Sufurratio, idest locutio mala de proximo ad diuidendam amicitiam, & liquorum.

Derisio, est manifestatio defectus alicuius personæ in risum, vel in ludum, ut verecundetur.

Detractio, est denigratio alienæ famæ per verba occulta, & dicitur occulta, quia in eius absentia profertur malum, vel occultando veritatem, vel negando, vel similia, dicendo quæ de sui natura erant infamatoria, & debet restitui fama sed in 7. casibus restitutio famæ omititur. Primo quando sequeretur maior infamatio, ut puta quia non amplius recordantur.

Secundo quando restitutio non potest fieri sine periculo probabili alicuius mortalis peccati, vel mortis corporalis, & similium, quia tunc tale malum est proponendum famæ. Tertio quando dixit his qui poterant prodesse, & non obesse. Quarto quando talia de sui natura non erant infamatoria, ut puta quia poterant interpretari in peccatum veniale. Quinto quando dixit se audiuisse, nihil ipse addendo ex quo credulitatem faceret. Sexto quando ille cui dixerat sciuit per aliam viam postea, ut puta quia tunc erat secretum, nunc publicatum est per alios. Septimo quando ille omnino erat infamis saltem apud illos cum quibus detraxit eum, ut dicit Sum. Ang. in eodem tit.

Infamans se de malo quod non fecit propter tormenta, & sic fuit condemnatus ad mortem, tenetur se tractare ante mortem, alias esset in periculo salutis, ut tenent Panorm. & Soccin. allegati in Sum. Sylu. contra summam Ang. tit. detractio.

Infamans non tenetur restituere, quando infamatus liberaliter ei remisit omnem iniuriam, nisi in quatuor casibus. Videlicet, si sequatur damnum animæ aut vitæ infamari, siue alterius, vel damnum honoris aut bonorum alterius sequatur animæ propriæ, ut quando indigens notabiliter fama ad se honeste continentium eam prodigit. Animæ alienæ, ut qui pro iusto habitus, hæreses aut alia turpissima sua delicta detegit quod probabile est, fore causam ut alij in eadem incidaat. Vitæ propriæ, ut qui crimen aliquod detegit ob quod vitæ aut alicuius membri iacturam mereatur infamæ alienæ, ut qui monachus aut monialis seipsum infamant peccatis, quæ ipsorum ordini, aut monasterio notabilem infamiam inferunt. Bonorum alienorum, ut cum is cuius opera ad sui gubernationem resp. indiget ob illam se facit ad id ineptum, in quibus quatuor casibus nemo neget esse peccatum mortale se ipsum infamare, quia præiudicat alteri vel sibi in his quæ iure renunciare non potest, qualis est salus animæ, & ad illam necessaria, ut dicit Sum. Nau. in c. 18. §. 38. & 46. contra Gaetanum.

Item quod si accusator accusat de aliquo delicto occulto quod non potest probare, & accusatus negat veritatem, & ideo accusator remanet infamatus, non propter hoc accusatus tenetur restituere famam, quia imputatur ei qui stulte egit, & malitiose, ut dicit Summ. Sylu. tit. restit. 3. §. 3. & Sum. Nau. ut sup. §. 48. quamvis, negando peccaret.

Item qui contra aliquem falsum protulit testimonium ob quod ille est in periculo perdendæ vitæ, debet suum testimonium reuocare, & omnem suam operam adhibere ut illum eripiat, etiam si ob id oporteat eum perdere vitam, quamvis qui alium occidit ob quod alius cum periculo vitæ suæ est in carcere, non videtur obligatus se ipsum prode, seque periculo propriam vitam amittendi exponere, ut dicit Sum. Nau. c. 15. §. 17.

Item circa restitutionem famæ, debet namque persona quæ infamavit alium apud quosdam, adire illos, & dicere eis, utrum resordentur de aliquo malo quod ipse de tali dixit, & si inuenerit eos non recordari, debet eos rogare, ne ob dictum suum teneant illum in peiori existimatione, quia ipse tunc inuentus fuit, nec addat in quo, ut dicit Sum. Nau. cap. 18. §. 47. circa firmum.

Item circa restitutionem famæ faciendam de peccato vero occulto publicato

Dicato, quamuis sint diuersæ opinionones, quidam dicunt quod persona infamans debet dicere sic, ego tunc mentitus fui quando talia dixi, quidam sic, quando tale delictum de tali dixi illud verum existimabam, sed habita postea diligentia inueni me prauè locutum. Sed melius est vt dicit Summ. Nauar. in cap. 18. §. 45. quod persona quæ infamauit, studeat apud eos coram quibus infamauit, laudare infamatum de illis virtutibus quas illum habere cognoscit, nullam faciendo mentionem de infamia, quam illi imposuit, & sic procurare debet cum illis vt pro tali virtuosum illum habeant.

Accidia est tristitia aggrauans mentem tanquam nihil ei esset agendum & hæc ab eas

Ociositas.	Negligentia.	Vagatio mentis.
Pigritia.	Dilectio	Inclita malitia.
Fastidium.	Indeuotio.	Tarditas remissio.
Sonnolentia.	Desperatio.	

Tepiditas quæ consistit esse frigidus in bene agendo.

Mæstitia, & est quando quis recodit à bono propter tristitiam.

Torpor, est voluntas grauedinis, impaciens, tepida ad complendum incepta, & est generatio mali.

Nouem modis communicamus peccatis alienis vt dicit S. Thomas. 2. 2. q. 62. art. 7. scilicet. Iussio, Consilium. Consensus, palpo, idest adulatio, Recursus, Participans, Mutus, idest tacens. Non obfians. Non manifestans. Et Sum. Nauar. in cap. 11. §. 13. dicit peccare mortaliter eum qui aliquo istorum nouem modorum principali auctori delicti consentit, quamuis non semper incurrat eandem censuras, & irregularitatem, neque eandem restituendi obligationem quas ille.

Peccatum irremissibile, seu peccatum ad mortem, seu peccatum in Spiritum sanctum.

Peccatum irremissibile dicitur; non quidem quia sit vllum peccatum quod vere contrito non condonetur, sed quod hoc secundum suam naturam repellit media, & principia quibus remittuntur peccata, vt dicit Sum. Nau. in cap. 23. §. 6.

Peccatum ad mortem dicitur dupliciter, aut quia perducit ad mortem, aut quia disponit ad mortem, & primo modo accipiendo peccatum ad mortem omnino est irremissibile. Secundo modo accipiendo peccatum ad mortem cum difficultate est remissibile, vt dicit S. Bonauent. 2. sent. dist. 43. num. 1.

Peccatum in Spiritum sanctum, est obstinatio mentis in peccato, obdura ta pertinacia, quam impenitentia finalis concomitatur, vt dicit glos. in cap. si sacerdos de pæn. dist. 1. Et ad hoc peruenitur, vt Sum. Ang. tit. peccatum. §. 3. dicit, peccatum quando dicitur in Spiritum sanctum, scilicet quando quis contendit abijcere, vel remouere illud, quod electionem peccati posset impedire, vbi gratia, Instigatus quis ad peccandum, & occurrit ei diuina seueritas puniens illud peccatum, & talis istud abijcit studiose promittens sibi impunitatem vt peccet liberius, istud est peccatum in Spiritum sanctum. Et etiam secundum dictam glosam est peccatum præsumptionis, scilicet eum quis securus delinquit, tanquam Deus pro temporali flagitio non sit æternam supplicium daturus. Item fraternæ gratiæ inuidia, vt si de gratia

gratia à Deo fratri collata inuideas ne tibi præferatur, & secundum Sanctum Bonauen. in 2. sent. dist. 43. num. 15. & 22. est impugnatione veritatis agnita, & obstinatio, & desperatio.

Sed quomodo potest discerni peccatum mortale à veniali, dico quod omnia peccata quæ sunt contra præcepta diuinæ aut naturalis, aut humanæ legis, sunt peccata mortalia, nisi excusetur ex imperfectione actus, vel ratione surreptionis, vel modicitatis, vel rationabilis causæ, quo ad præcepta humana, vt dicunt Sum. Ang. & Sum. Syluestr. tit. peccatum, & hoc etiam in præceptis diuinis, sicut in furto minimo, aut defectus iudicij in semidormientibus, aut semiebrijs, vel adeo perturbatis, quod quàmuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat, tamen ad completam rationem mortalis non sufficit, vt dicit Sum. Nauar. in cap. 11. §. 4. peccatum vero veniale non est contra legem aliquam, sed est præter legem, quia non obseruat modum rationis quem lex sancta intendit, vt dicit Angel. vt supra.

D E P R Æ C E P T I S.

Præceptum, quod est iussio, vel imperium faciendi aliquid, vel non faciendi, distinguitur in affirmatiuum, & negatiuum. Affirmatiuum obligat pro semper, scilicet pro loco, & tempore debito, sed non ad semper, idest ad omne tempus, vnde filius non tenetur semper ad honorandum patrem in omni tempore, sed solum cum oportunitas occurrat, & tempus requirit. Negatiuum dicitur prohibitio, quæ obligat pro semper, & ad semper, quia tenor semper. & in omni tempore non mechari, nõ occidere, non falsum testimonium dicere, &c. vt dicit Sum. Ang.

Præceptum Dei, est iussio Dei, quæ nobis suam voluntatem manifestat, vt sciamus quid facere, quod omittere debeamus; & decem sunt, sicut licet. Vñ cole Deum. Nec iures vana per iptum. Sabbata sanctifices. Habeas in honore parentes. Non occisor eris. Non falsus testis. Non furaberis. Non mechaberis. Non concupisces rem proximi tui. Nec desiderabis vxorem proximi tui. Vnde per supradictam regulam, primum, & tertium, & quartum præceptum est affirmatiuum, reliqua sunt negatiua.

Duo sunt præcepta naturæ videlicet, quod non vis vt alij tibi faciant, nec tu facias illis; & quod vis vt alij tibi faciant, & tu fac eis. Iunt, & alia duo, idest amare Deum ex tota anima, corpore, mente, & viribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum.

Supradicta præcepta data fuerunt à Deo populo fidei in duabus tabulis. In prima tabula scripta erant tria prima præcepta, quæ ordinant hominem ad Deum. Tria debet omnis homo domino suo. Primum est fidelitas. Et quantum ad hoc datur primum præceptum. Non habebis Deos alienos enram me. Secundum quod debet homo domino suo, est reuerentia, & quantum ad hoc datur secundum præceptum. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Tertium quod debet homo domino suo, est famulatus, & quantum ad hoc datur tertium præceptum. Memento vt die. n Sabbati sanctifices.

In secunda tabula scripta erant alia 7. quæ hominem ordinant ad proximum. Homo enim ordinatur ad aliquid dupliciter, vno modo specialiter, quan-

Quantum ad illos quorum debitor est, ut eis debitum reddatur, & quantum ad hoc est quartum praeceptum. Honora patrem tuum, & matrem tuam, alio modo ordinatur homo ad alios generaliter quantum ad omnes, ut nulli nocumentum inferat, nec opere, nec ore, nec corde. Opere tripliciter, vel in persona propria, & sic habes quintum praeceptum. Non occides. Vel in persona coniuncta, & sic habes sextum praeceptum. Non mechaberis, vel in rebus coniunctis, & sic habes septimum praeceptum. Non furaberis. Ore non est proximo nocumentum inferendum, & quantum ad hoc habes octavum praeceptum. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Corde vero dupliciter, inferitur nocumentum, quantum ad duplicem concupiscentiam, quae à corde procedit. Primum quidem quantum ad concupiscentiam rei alienae, & quantum ad hoc est nonum praeceptum. Non desiderabis rem proximi tui alio modo quantum ad concupiscentiam carnis, & quantum ad hoc ponitur decimum praeceptum. Non desiderabis uxorem proximi tui.

Quae sunt praecepta Evangelica, sunt videlicet, primum, prohibet iram cum dicitur audistis quia dictum est antiquis non occides, &c. qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis.

2 Praeceptum reconciliationem, cum dicitur, si offers munus, &c. vade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum.

3 Prohibet voluntatem mechandi, cum dicitur, qui viderit mulierem, &c.

4 Praecipit declinationem occasionis mechae; si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & quod in oculo vel manu consideratur vitium, siue actus vitiosus, iste est abscondendus.

5 Prohibet separationem coniugij, qui dimiserit uxorem, & aliam dixerit, mechatur.

6 Non iurabis neque per caelum, neque per terram, neque per, &c.

7 Si quis te percusserit in maxillam, prebe ei, & alteram. Si voluerit tuum, da ei, & pallium, quicumque te angariaverit, &c. Et haec intelliguntur quo ad animi praeparationem, ut scilicet, nolite propter talia illata pacis cordis per odium amittere, aliter consilium est.

8 Praeceptum est omni petenti te, tribue.

9 Praeceptum est, diligite inimicos vestros, & bene facite his, qui oderunt vos.

10 Praeceptum est, attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.

11 Praeceptum est, ne solliciti sitis dicentes quid induamini.

12 Prohibet temerarium iudicium, scilicet, nolite iudicare, & non iudicamini, in quo iudicium iudicatis iudicabimini.

13 Attendite à falsis Prophetis.

14 Petite, & accipietis.

15 Quodcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos idem facite, ut dicat equitas naturae.

16 Praeceptum tanquam impletivum imponit conatum ad Dei amorem cum dicitur, intrate per angustam portam, scilicet charitatem. Et concordat Sum. Angel. in tit. praep.

Prae-

Præcepta humana seu Ecclesiastica, & sic vocantur, quia ab hominibus seu personis Ecclesiasticis ordinata sunt, & vulgariter dicuntur præcepta Ecclesiæ. Et sunt videlicet.

Stat utos ecclesiæ festos dies ab operibus seculibus abstinendo celebrare.

Sacrum missæ officium diebus festis reuerenter audire.

Quadragesima quatuor anni temporibus, & vigilijs secundum morem Ecclesiæ ieiunare, & feria sexta, & Sabbato à carnibus abstinere.

Peccata sacerdoti approbato confiteri, & sacrosanctam Eucharistiam circa festum Paschæ sumere, eamque saltem semel in anno.

Non contrahere matrimonium diebus prohibitis. Et solvere decimas. Et aduertendū, quod festum Paschæ, & sic tempus Paschale intelligitur à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiue, & sic satisfacit præcepto, & hoc ex declaratione Papæ Eugenij. Sed etiam notā, quod bibere non frangit ieiunium, vt in 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. arg. 5. Thomas dicit. Non autem intendit Ecclesia interdicare abstinentiam potus qui magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum esumptorum, quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat, & ideo licet pluries ieiunantibus bibere. Si autem quis immoderate potu utatur, potest peccare, & meritum ieiunij perdere, sicut etiam si immoderate cibum in vna comestione assumat. Sed etiam nota circa comestionem, quod intelligitur de comestione perfecta, & integra, & postea surgat, & postea iterum comedit, tunc frangit ieiunium. Sed si parum comedit, & postea ad mandatum faciendū surgeret, quo factō ad mensam rediret, & comestionem inceptam perficeret, nam talis ieiunans diceretur secundum Hug. Et Hostien. ex glos. noua in cap. à sacerdotibus de cons. dist. 3. Sed etiam nota circa habens discretionem, vt teneatur confiteri saltem semel in anno, in hoc Sum. Nauar. in cap. 2. §. 33. dicit. Eam autem videtur habere puer, qui ob malefactum vocatur, & bonum discernit à malo, & interrogatus, an liceat innocentem interficere, aliena inuadere, superiori maledicere, & alia huiusmodi, negatiue respondet. Et interrogatus, an bonum sic esurienti panem porrigere, adire ecclesias, affirmatiue respondet. Sed non omnes eodem tempore eam consequuntur. Quod diligenter considerare debent ij quibus illi subdantur.

DE VIRTUTIBVS.

Virtutes Theologicæ sunt tres, scilicet, Fides, Spes, & Charitas. Et dicuntur Theologicæ, quia circa illas tota Theologia versatur, & habet pro obiecto, & si ne Deum. Et ad hoc etiam tendit ius Canonicum, vt habetur in institut. in princip. vbi dicit. Est igitur ius Canonicum quoddam actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit.

Fides est credere, quod non vides. Vel est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium.

Spes est expectatio futuræ beatitudinis.

Charitas est donum super naturale infusum à Deo rationali creaturæ

quo diligit Deum super omnia, & proximum sicut re ipsum, sicut dicit Apostolus ad Romanos 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut dicit Nazar. in cap. Charitas est, de pœnit. dist. 2.

Virtutes Cardinales sunt hæc. Iustitia, Prudentia, Fortitudo, & Temperantia. Et vocantur Cardinales, quia sicut horti cardiacæ vertitur, ita his virtutibus vertitur, & regitur vita hominis & sic dicuntur principales.

Iustitia est virtus, quæ suâ unicuique conformat.

Prudentiæ est omnia facere, & dirigere secundum regulam.

Fortitudo est propriam vincere voluntatem.

Temperantia est refrenatio cupiditatis.

Fides datur in Sacramento Baptismi quando promittimus per fidem, observare vitam Christianam.

Spes datur in Sacramento extremæ unctionis, quia habemus spem attingendi ad gloriam æternam, & tribulationes mundi relinquendi.

Charitas datur in Sacramento communionis, quia generaliter sumus cum parva charitate, & contritione, sed post communionem cum magna charitate, & contritione de peccatis commissis, & charitate erga proximum stamus.

Iustitia datur in Sacramento pœnitentiæ, quia ponderat poenas inferi per peccatum, & gaudia paradisi per pœnitentiam.

Prudentia datur in Sacramento ordinis, quia dicitur sacerdos, non propter ætatem, sed propter prudentiam, & dignitatem, & sic dicitur sacerdos quasi antiquus senex.

Fortitudo datur in Sacramento confirmationis, quia confertur potestas bellandi contra inimicos Domini nostri Iesu Christi.

Temperantia datur in Sacramento Matrimonij, quia omnes coniugati possunt servire Deo, & mulieribus obtemperare.

Charitas manet in Cœlo, quia semper orant Sancti, & intercedunt pro nobis peccatoribus.

Spes manet in Purgatorio, quia qui purgantur, sperant evadere, & liberare se ab illis pœnis.

Fides manet in hoc mundo, quia habemus fidem attingendi ad veram gloriam.

An simplices teneantur credere omnes articulos, explicitè, vel implicitè in hoc S. Bonav. lib. 3. sent. dist. 25. q. 1. art. 3. dicit. Credere autem quosdam implicitè, quosdam explicitè, hoc est ad fidei salutem necessarium, potest enim fidei simplicium sufficere, ad illos autem tenentur explicitè credendos quos manifestat eis non solum prædicatio, sed etiam Ecclesiasticus usus, & consuetudo, sicut est de unitate, & Trinitate quam possunt nosse ex ipso actu signationis, signant enim se in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et sicut de Natiuitate, Passione, Resurrectione, & peccatorum remissione, quos cognoscere possunt ex ipsis solemnitatibus, quas Ecclesia celebrat, & actibus sacerdotum, ideo ab horum cognitione, & noticia nullus ratione vrens excipitur, nec ignorantia excusatur, quia non potest esse talis ignorantia sine negligentia, & contemptu. Alios etiam articulos non ita manifestos tenentur utique credere implicitè, id est, ut in genere.

Generall credant vniuersaliter omnes, quod credit Sacro sancta Mater Ecclesia, ita quod in particulari à nullo illorum dissentiant. Credere autem omnes articulos distinctè, & explicitè est fidei iam prouectæ, & illis potissimè, qui fidem alijs explicare, & manifestare tenentur, sicut sunt habentes curam animarum, & prædicatores verbi Dei, & Doctores Sacræ Scripturæ, hoc tamen non credo esse oportuū omnibus, qui saluantur, multi enim sunt boni simplices, qui quamuis sint parue cognitionis, sunt tamen magnæ deuotionis, & tales pium est credere, ad salutem peruenire.

Dona Spiritus sancti sunt septem, Sapientia, Intellectus, Consilium, Scientiam, Fortitudo, Pietas, & Timor.

Sapientia significat rectitudinem consilij de rebus diuinis conspiciendis, quo ad intellectum, & consulendum, quo ad effectum, & hoc per regulas inspiratas à Deo.

Intellectus significat quodam lumen nobis datum à Deo ad cognoscendum veritatem diuinam, ad cuius cognitionem per virtutem luminis naturalis pertingere non valemas.

Consilium consistit, vt homo dirigatur per modum consulentis in agendo, circa quæ non dirigit sufficienter inquisitio naturalis.

Scientia consistit in hoc, quo animus hominis instruitur à Deo ad discernendum credenda à non credendis.

Fortitudo consistit in hoc, quod animus hominis moueatur à Spiritu sancto ad confitendum se posse peruenire ad finem boni operis inchoati, & euadere quæcumque pericula imminentiæ, licet etiam naturæ potestatem excedat.

Pietas consistit in hoc, quod animus hominis moueatur à Spiritu sancto ad exhibendum effectum fidelem Deo.

Timor est à quo mouetur homo per Spiritum sanctum, vt semper quærat esse subiectus Deo, & refugiat se subducere ab eo. Est autem timor multiplex, scilicet mundanus, quo homo propter timorem mundi Deum offendit, humanus siue naturalis, quo homo naturaliter timet mortem, mutilationem, & similia. Seruilis, per quem quis retrahitur à peccato timore poenæ. Filialis, qui introducit charitatem. Filialis per quem homo amore iustitiæ benefacit.

OPERA MISERICORDIÆ CORPORALIA.

Pascere Esurientes, potare Sitientes, vestire Nudos, hospitare Peregrinos, visitare Infirmos, redimere Captiuos, & sepellire mortuos.

SPIRITUALIA.

Consulere errantibus, Docere indoctos, Admonere peccatores, Consolari afflictos, Patienter sufferre molestos, Remittere iniurias, & orare pro vitiis, & defunctis, & pro inimicis, vt Deus illuminet.

Virtutes contra peccata, scilicet, Humilitas contra Superbiam, Largitas contra

contra Auaritiam, Castitas contra Luxuriam, Alacritas contra Iram, Abstinentia contra Gulam, Charitas contra Inuidiam, Magnanimitas contra Accidiam.

D E B E A T I T U D I N I B U S .

Beati Pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Caelorum.

Beati Mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Beati qui legunt, quoniam ipsi consolabuntur.

Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum Caelorum.

Sensus corporis sunt quinque.

Visus, Auditus, Olfactus, Gustus, & Tactus.

Potentia animae sunt tres.

Memoria, Intelligentia, & Voluntas.

Anima est substantia spiritalis corporis, ut formatrix, & viuificatrix, & commodata, & ad æternam beatitudinem principaliter ordinata. Et pro efficientijs causarum diuersa nomina sortita est anima, nam & memoria, mens est, unde, & immemores dicuntur amentes, dum ergo viuificat corpus, anima est, dum vult, animus est dum scit, mens est, dum recollit, memoria est, dum rectum iudicat, ratio est, dum spirat, spiritus est, & sic pro varietate officiorum varijs nominibus appellatur non quidem eo, quod illas virtutes, & potet. a sint distinctæ ab ea, vel inter sese, sed eo quod effectus diuersos, & distinctos operatur per illas, sicut vnus, & idem homo propter varia officia, varia sortitur nomina, dicitur enim, pater, qui habet filium, Rex, quia habet Regnum, Comes quia habet comitatum, ut dicit Salm. Natar. in 3. prælod. 5.3.

Corpus non fecit animam peccatricem, sed peccatrix anima corruptibile carne fecit, hoc est peccauit anima primi hominis, & per peccatum corruptit carnem, postea verò caro non potest se vindicare, ex toto in ista anima, voluit vindictam sumere de qualibet anima consimili, scilicet ut quam cito infunderetur anima ex ipsa, idest ex eius corruptione innasceretur peccatum in ipsa anima.

Conscientia est naturale iudicatorium, quid faciendum, vel non faciendum sit.

Oratio est ascensus mentis in Deum, sine expressio desiderij in Deum ad bonum adipiscendum, vel malum remouendum formata per verbum, interius, & exterius.

Et quamuis in oratione statim non consequeris, consolare in recordatio de responsionis cuiusdam fratris inculatus ad Crucifixum, qui erat in Ecclesia accessit, conquerens. Quomodo ipse cum esset iustus, permitteret ipsi sic iniuste infamari, & accusari. Et Crucifixus tunc carmine eidem respondit di-

Et dicens Et ego quid demerui, pendens inter Latrones. Oraui nec obtinui carnis petitiones. Calicē mortis sorbui, patri placere studii, per carnis passionem. Ergo non murmur exeat si non fit, quod orasti. Nec orasse peniteat, quamuis non impetrasti. Dum fraudat desiderium, ad maius beneficium datorem obligasti. Ad me si leuas oculos, vides argento vendi, tradi quodque per osculum, & durè comprehendi. Ac alligari funibus, configi verberibus, veluti iam desperatus. Presentor Pontificibus, quasi sacro ligatus. Si quos amaui fortius, ab his inquam, citius sum spreus, & negatus. Ibi clamor derisio, seueritas minarum. Et capitis velatio, & ictus maxillarum. Omnes impune feriunt, & quicquid mihi faciunt, videtur esse parum saturatus opprobrijs, ducor ad Pilatum. Renquatus iniurijs ruunt in accusati. Hinc homicidam liberant, & me cruentè verberant ad mortem iudicaturū. Ibi nil valet veritas, siue ius allegando. Sed emula clamoritas, preualet insultando. Nec patescunt presidia, nec curam gerit curia, de iusto liberando. Quasi vile mancipium, dant in Nerodis manus. Mox producor in medium, deludor vt insanus. Tandem remissus Pontio, diro mortis supplicio, condodor, vt prophanus. Extra muros eijcior, & ipse crucem sero. Matre videntè spoliis, vestimentis quæ gero. Tandem clavis confodior, & in cruce morior de vita non despero. Tu ergo vermibus non turberis, si statim non consequeris quicquid a Patre queris, vt habetur in libro conformitatum Seraphici. Francisci, lib. i. fructus 11. prou. Bononiæ. f. 109.

Contemplatio est clara, & libera perspicacia ad cognoscendum diuinam sapientiam, & propriam, & naturalem possibilitatem.

DE SYMBOLIS.

Symbiola tria sunt, scilicet Apostolorum, Athanasij, & Niceni, Apostolorum est Credo in Deū, &c. & dicitur Apostolorum, quia ab ipsis Apostolis fuit compositum. Athanasij est: Quicumque vult saluus esse, &c. & dicitur Athanasij, quia ab ipso Athanasio fuit compositum. Niceni, est Credo in unum Deum, quod dicitur in Missa, & dicitur Niceni, quia ab ipso Concilio Niceno fuit compositum. Et sic tria Symbola, primum factum est ad fidei instructionem, secundum ad fidei explanationem, tertium ad fidei defensionem. Et sic nota, quod aliud est credere Deum, aliud est credere in Deum, & aliud est credere Deo, quoniam credere Deum, est credere ipsum esse. Credere autem in Deum, est credendo ipsum amare, & credendo in Deum ire, ac membris eius incorporari, Credere vero Deo, est credere verbis eius vt in compendio Theologicæ veritatis lib. 5. c. 27.

Gratia generaliter, dicitur adiutorium diuinum creaturæ liberaliter, & gratis impensum ad quemcumque actum indifferenter.

Gratia gratis data est adiutorium diuinitus datum; vt quis præparet se ad suscipiendum Spiritus sancti donum, quo perueniat ad statum meriti.

Gratia gratum faciens, est adiutorium diuinitus datum ad merendum, vt habetur in compendio theol. circa declarationem ter.

Duæ sunt partes Scripturæ sacræ, scilicet Vetus, & nouum testamentum. Et vulgariter dicitur, Ia Biblia.

Vetus

Vetus Testamentum est lex Dei extrinsecus scripta in tabulis, quæ per se terret, & condemnat. Nouum Testamentum est lex amoris, & gratiæ.

Veteris, & Novi testamenti conuenientia est, quia utrumque suas habet promissiones, & præcepta, & ut verum in legem moralem, ceremoniam, & iudicalem distinguitur, ita & nouum in his tribus continetur, scilicet doctrina, sacramentis, & disciplina.

Libri apocryphi sunt, de quorum fide dubitatur, & qui tantum ad ædificationem plebis valent, & non ad confirmanda Ecclesiastica dogmata. Sed ut scias quomodo intelligitur doctrina esse approbata per Ecclesiam, potest triplici modo intelligi. Vno modo quod talis doctrina sit per Ecclesiam tanquam utilis, & in fide probabilis acceptata, & tanquam talis inter scholasticos diuulgata. Secundo modo, quod talis doctrina sit sic approbata, quod oportet credere, quod ipsa sit in omni sui parte vera. Tertio modo se, ut ipsa sic sit approbata, ut oporteat credere, quod ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea, vel hæretica. Vnde primus modus approbationis communis est, multis doctrinis seu libris, vel tractatibus Sanctorum, & Doctorum. Sed secundus, & tertius valde paucis scriptis conueniunt, scilicet doctrinæ Scripturæ sacræ, & vniuersalis Ecclesiæ. Et sic habes, quod omnia scripta Doctorum sunt in primo modo approbata, & etiam quod sit canonicatus, potuit errare in suis scriptis, nam Ecclesia sicut canonizando aliquem sanctum, non per hoc approbat omnia eius facta, ita approbando eius doctrinam, non per hoc approbat omnia eius dicta, vel scripta, sed solum illa, quæ per authorem ipsum non sunt retracta, nec per alium sunt correctæ, aut merito tanquam veritati contraria corrigenda. Sic igitur per Ecclesiam approbatur aliqua doctrina, non tamen quo ad omnia, sed quo ad illa, quæ sunt veritati consona, sicut patet doctrina Origenis, ut habetur in 17. dist. cap. Sancta Romana, quod Origenis nonnulla opuscula, quæ vix beatus Hieronymus non repudiat legenda suscipimus, reliqua autem cum Authore suo dicimus esse reuenda, ut patet in libro sententiarum, circa errores Parisij condemnati. cap. 3. & in 6. exemp. Et sic etiam habes, quod quæ sancti viri, vel sacræ paginæ interpretes scripta reliquerunt, nam quæ sacris canonibus inserta comperiuntur parem cum eis obtinent firmitatem, cetera vero post scita Pontificum auctoritatem tenent, ut habetur in instituta iur. canon. lib. 1. tit. de Ecclesiasticis scriptis.

QUATTUOR SEMPER MEMORANDA.

Mors, extremum Iudicium, Poenæ Inferni, & Gloria Paradisi. Et nota, quod Mors, alia spiritualis, ut sistente in peccato. Alia ciuilis, ut deportatio in exilium. Alia sæcularis, ut in Monachis, quia mortui sunt mundo, & viuunt Deo, alia effectualis, ut dicit Apostolus ad Galatas 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Alia carnalis seu naturalis, ut cum anima separatur à corpore. Alia æternalis, ut humani generis hostis, vnde Osea Propheta c. 13. O mors ero mors tua.

In nouissimo die, scilicet die Iudicij quatuor ordines erunt, videlicet. Aliqui iudicabuntur, & peribunt sicut impij Christiani. Aliqui iudicabuntur, &

rum, & saluabuntur, vt morientes in pœnitentia. Alij verò tunc peribunt, sed non iudicabuntur, quia iam iudicati sunt, vt infideles. alij quoque sine iudicio tunc saluabuntur, vt perfecti in hac vita.

TRES STATUS POST MORTEM.

A Nimz piorum sunt in requiem cum Lazaro, animæ impiorum sunt in tormentis cum diuite Epulone, animæ imperfectorum sunt in Purgatorio, donec per gratiam, & subuentionem fidelium inde liberentur.

Ecclesia est congregatio fidelium, & triplex est scilicet triumphans, pœnitens, & militans, triumphans est illa beatorum congregatio, qui manet in Cœlo, pœnitens est illa congregatio fidelium, qui sunt in Purgatorio militans est ista congregatio fidelium, qui semper militant aduersus carnem, mundum, & dæmonem. Et in ista Ecclesia quatuor sunt genera qui manent scilicet, quidam sunt nomine, & re, vt sicut boni, & catholici, quidam nec nomine nec re, vt præcisi, & hæretici, quidam nomine tantum, vt mali, & non obseruantes fidem Christianam, quidam re tantum sicut facientes bona opera, sed nolunt recipere Sacramentum Baptismi, & concordat gloss. in cap. Ecclesia Christi, de pœnit. dist. 1.

CENSURÆ ECCLESIASTICÆ SUNT VIDELICET.

Anathema, seu excommunicatio.

Interdictio publica vsus Sacramentorum:

Suspensio à sacris. Degradatio, & Irregularitas.

Sed aliqui volunt, quod degradatio, & irregularitas, non sint censura, sed poenæ, sicut si suspensus, vel interdictus, vel excommunicatus si celebrat incurrit in poenam irregularitatis, & aliquando poenam degradationis.

Anathematizatio, seu excommunicatio, est censura Ecclesiastica à canone, vel à iudice Ecclesiastico prolata, priuans à communione, & quandoque hominum. Et ista est differentia inter Anathematizationem, & excommunicationem, nam pro anathematizatione intelligitur maior excommunicatio, & pro excommunicatione intelligitur minor excommunicatio, vt in 3. q. 4. cap. engeltradan, & in glo. & sic dicitur maior, & minor, & sic semper, quod fit mentio de excommunicatione simpliciter, & sine limitatione communis vsus habet, quod accipitur pro maiori, vnde excommunicatus minori, non dicitur simpliciter, & communiter excommunicatus, vt dicit Sum. Ang. tit. excom. 2. §. 9. & Sum. Sylu. in excom. 1. §. 18. & cap. penult. de sent. excom.

Minor excommunicatio solum separat à participatione passiuæ Sacramentorum, & ideo potest eligere, sed non eligi potest ministrare Sacramenta si dando non recipiat sicut celebrans ad communicandum alios, non peccat qua parte dat, sed qui a sumit, & ideo non peccat audiendo missam, nec absoluen-
do à

do à peccatis, quia id est dare, & non recipere Sacramentum, nec dando Sacramentum infirmo sine Missæ celebratione, & incurritur in istam poenam solum per participationem cum excommunicato maiore excommunicatione in casibus prohibitis, & postquam est incursum, nullum Sacramentum potest recipere antequam absoluat ab eâ, non quia & pœnet peccato mortali, si quidem in multis excedit, & in multis exceditur ab illo, sed quilibet sacerdos simplex, etiam si non sit parochus sicut potest absoluerè à peccatis venialibus non habente mortalia, ita potest eundem absoluerè ab excommunicatione minori, vt potenter tenet Sum. Nauar. in cap. 27. §. 24. & seq. & in lib. 4. inst. iur. canon. in tit. excom. in princ. in glos. sub littera f. dicit hæc minor excommunicatio non semper est peccatum mortale.

Maior excommunicatio priuat à Sacramentis, & consortio fidelium, & ab ingressu Ecclesiæ, & à nonnullis alijs, vt dicit Sum. Ang. vel. excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio, vt dicit S. Tho. in additionibus ad 3. par. q. 21. art. 1. Et duplex est fidelium communio, prior spiritualis, & interna, bonorum scilicet spiritus, quæ à capite Christi in omnia membra fluunt qualia sunt, quæ Paulus enumerat, vnum Corpus & vnus Spiritus, vna spes vocationis, vnus Dominus, vna fides, vnus Deus, vnus Mediator, &c. Hæc enim omnibus fidelibus bonis communia sunt, illa non amittimus nisi peccato mortali, altera est communio corporalis, & externa quæ consistit in externo vsu Sacramentorum, & cohabitatione fidelium, & suffragijs Ecclesiæ, & hæc tolli potest à pastoribus, & sic duplex excommunicatio, vna qua quis priuatur spiritualibus bonis, quæ à capite Christi fluunt, & sit per peccatum, altera quæ iudicio Ecclesiæ, quis non admittitur ad Ecclesiæ consuetudinem, vel commercium externum, & Ecclesiæ suffragium non participat, vt dicit Ioannes Ferus circa medietatem Euangelij S. Matt. & vt incurrat in excommunicationem oportet actum esse consummatum, quia si actus non sit consummatus non incurrit, vt si proicio lapidem erga te, & tu fugis, & sic lapis non te percussit, non sum excommunicatus, quia licet intentio fuit vt percuterem te, sed quia actu non te percussit, ideo non incurro in capitulum si quis suadente diabolo percussit, quia actus non est consummatus, concordat archid. in cap. fin. de pœnis in 6. in §. 10. & 11. & Sum. Gaet. & Sum. Armil. tit. excom. §. 12. Et incidens in supradictam poenam debet absolui à Summo Pontifice, quando percussio est enormis, sed quando est leuis conceditur facultas Episcopo, vt possit absoluerè per eap. perueni de sent. excom. & concordat Sum. Nauar. vt infra, & tunc illa dicitur esse leuis percussio scilicet, pugno, vel manu, vel pedibus, aut baculo, aut petra, quæ non relinquit signum in carne, neque abscindit membrum, sine extractione dentium, sine atulsiõne multorum capillorum, sine effusione multo sanguinis. Et etiam clerici, qui se dederunt simul cum manibus in medio plateæ est leuis, & Episcopus potest absoluerè, & ipse debet indicare, quæ est leuis, aut enormis, vt Summa Nauar. in cap. 27. §. 91. & concordat Sum. Syluest. tit. absol. in princ. & quæ sit percussio enormis, vide ibidem. Et vt cognoscatur quando est excommunicatus, & non excommunicatus, scilicet, si canon dicit excommunicetur, vel priuetur, & similia, tunc non est excommunicatus, sed excommunicandus per sententiam iudicis, similiter quando dicit Anathema sit, scilicet per sententiam

sententiam ferendam, ut notatur in cap. 2. de foro comp. in vers. sequentibus in glo. si vero dicitur excommunicatus, vel interdictus, vel decernitur excommunicationi subiacere, & similia tunc ipso facto est excommunicatus, ut tenet Summa Angel. in tit. excomm. 2. §. 7. Exemplum patet in libro clementinarum in titulo de privileg. cap. rene. c. si, ubi dicitur, quod religiosi prefontes ministrare Sacramento extremæ Viæ, vel Eucharistiæ, vel solemnizare matrimonium sine licentia specialis parochi, vel si prædicti fratres absoluant excommunicatos à iure præter, quam in casibus à iure expressis, vel per privilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem, vel si absoluant à sententijs promulgatis per statuta synodalia, vel prouincialia, vel si absoluant à culpa, & pœna, ipso facto ipsi fratres sunt excommunicati, & solum à Sede Apostolica possunt absolui, & in hoc non indigent alia declaratione, ut incurrant in excommunicationem, sed nota quod dicit, si præsumserit, unde Cardinal. in dicto cap. in §. 38. dicit, quod religiosus qui ministravit Eucharistiam sine licentia parochi, non tamen in contemptum ipsius præbyteri parochialis, & ignorans supradictam pœnam, non incidit in pœnam, & Sum. Nauar. in cap. 27. §. 101. & in 74. dicit, quod necesse est, ut faciat aliquid ex quinque hic expressis, per præsumptionem, & non sufficit facere id per ignorantiam, vel credulitatem, & quod Parochus id æquo animo feret saltem quo ad forum conscientie. Sed nota, quod fratres minores, & etiam communicantes eorum privilegia possunt quo vis anni die Sacrosanctum Domini Corpus secularibus ministrare, excepto solo die Paschalis, & in casu infirmitatis, ut in compendio privilegiorum, tit. communicare §. 9. & 10. & Sum. Nauar. in cap. 21. §. 52. dicit, quod quamuis ob aliquam quibuscumque videri possit hanc exceptionem dici Paschalis Resurrectionis intelligendam esse de omni communione, quia huic præcepto satisficit, nobis tamen intelligenda videtur de sola communione diei Paschalis siue fiat ad satisfaciendum præcepto siue non. Et etiam nota, quod quamuis glo. in cap. omnis utriusque sexus, & similiter aliqui doctores volunt, quod confessi, & absoluti in foro conscientie à fratribus prædictis, etiam teneantur eadem peccata confiteri proprio parochi, tamen est error condemnatus per cap. vas electionis de hæret. in lib. extrauag. com. & concordat glo. noua in cap. dudum de sepul. in clem. in verbo, imperrari, & cap. 1. de privileg. in dicto lib. extrauag. ubi tam in clem. quam in dicto c. i. fratribus confessorijs conceditur eadem autoritas, quam habent parochiales Sacerdotes.

In his oportet vitare excommunicatum scilicet. Os, orare, vale, communicatio, & mensa, Os, idest locutio, Orare, idest omnis participatio in diuinis tam in ecclesia, quam extra eam, etiam in orationibus. Vale, idest omnis salutatio, sed loco eius dicitur Deus emendet vos, aut simile. Communicatio idest omnis cooperatio, vel exercitium, vel habitando in domo cum excommunicato, vel aliquid aliud faciendo. Mensa, idest cômestio, & potatio cum excommunicato, & in Concilio Trid. sess. 25. cap. 3. de reform. dicitur sed si obdurato animo censuris annexis in illis per annum inforderit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit. Et in his potest communicare cum excommunicato, scilicet vile, lex, humile, res ignorata, & accessit. Vale, idest eam, quis participet pro sua utilitate, ut puta petenda

do ab eo debitum, vel elemosinam, vel recipiendo ab eo censuram, quando querere ab alijs non possumus, & pro salute excommunicati cum exhortando ad penitentiam. Lex, id est maximus, & sic vix potest habitare cum viro, nisi excommunicatio sit infusa propter tale matrimonium Humile, id est serui, ancillae, & rustici. Resignata id est quando ignorandum excommunicatum participat. Necessaria id est propter necessitatem, vel violentiam, & concordant omnes Summi.

Sed nota, quod non tenet evitare excommunicatum nisi secundum sequens decretum.

Ad evitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis, constitutum, ut nemo post has teneatur abstinere, & separe se, neque evitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo Sacramenta, aut in alijs divinis officijs, aut extra illa, ratione alicuius sententiae, aut censurae Ecclesiasticae, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatae, neque servare interdictionem Ecclesiasticam, si illa talis sententia prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata, & denunciata specialiter, & expresse à iudice contra certam aliquam personam, collegium, universitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam, salvo si quem pro sacrilega manu iniectione in clerikum sententiam latam à canone adeo notorie constitit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere, iuxta canonicas constitutiones, per hoc tamen non intendimus relevare neque iurare sic excommunicatos, suspensos, & interdictos, aut prohibitos. Et quamvis doctores moderni negant illam exceptionem ob percussionem clerici, & volunt intelligere de omni publica excommunicatione, tamen Randum est ut Sum. Navar. in cap. 27. §. 5. vbi dicit. Nota 3. quod hæc extra vagans nihil prodest quoad excommunicatos manifestos, qui nullo modo possunt occultari, quod consequi peccare omnes catholicos Galliae, & Germaniae, qui Lutheranis manifestis imò & palam confiteentibus se tales, communicant, tunc quia sunt manifesti excommunicati propter hæresim notoriam per Bullam Coenae Domini, tum quia non videtur prodesse dicere, quod finis restringendus ad excommunicatum ob percussionem clerici notorie iniustam, ut habet tenor relatus à Felxo. Anton. & à nonnullis alijs, quia vel illa restrictio non fuit posita, vel postea fuit sublata in dicto Concilio Lateranense, & in dictis concordatis. Sed quia durum est damnare gentem, in qua sunt tot viri eruditissimi, sapientissimi, & Academiae celeberrimae, praesertim Parisiensi, Tolosana, & Lovanion. probabiliter dici potest praedictam extravagantem esse vbi receptam, cum sola illa limitatio de excommunicatione manifesti percussoris et non iuxta tenorem antiquae, vel quod multitudo haereticorum, & necessitas communicationis, & negotiorum, facit licitum, quod alias non esset, iuxta regulam, quod non est licitum, de reg. iur. & idem videtur videri in cap. 1. §. 6.

Et quia confessor tenetur scire excommunicationes quales sunt, & primo quales sunt in Coena Domini, quae leguntur Romae, ideo vide d. 1. m. Bullam supra, ut in Cathedra fol. 95. ut quomodo in Bulla Coenae Domini excommunicentur fautores turcarum, Sum. Navar. in d. 27. cap. 27. in §. 6. dicit

Alia, quod Christiani non moris, aut verberum, remigentes in tironibus, pro maiore etiam contra Christianos, non videntur excommunicati, quoniam a mortali peccato nefcio elatenus excusari, quod aegerrimo animo fero, cum hoc consequatur non possit eos unquam absolui, neque iuxta communicari, antequam firmiter proponant se nunquam ita remigatos, et iam si ob id oportet, oppetere mortem. Alias vero censuras Papales ultra praedictam Bullam Coena vide in Catechesi f. 110. vlt. que ad f. 160. Alias etiam excom. quas Episcopi solent sibi in suis Dioecibus referua re, tenetur confessor scire, vide in dicta Catechesi fol. 174. 225. 227. & 229.

D E I N T E R D I C T O.

Interdictum est censura Ecclesiastica, qua interdicitur administratio aliorum Sacramentorum, & celebratio divinorum, & sepultura. Et haec est differentia inter excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Nam excommunicatio directe privat communicationem quatenus est communicatio humana. Suspendo prius directe vsu facultatis Ecclesiasticae. Interdictum vero prius directe Sacramentis, & diuinis officijs. Et excommunicatio quaerit certam formam verborum in absolutione, sed interdictum & suspensio aliquando ponitur vsque ad talem terminum, quia eo elapso non est amplius interdictum: et duae sunt species, vna hominum, altera locorum. Et hoc aut est generale, aut speciale, aut singulare, quandoque profertur ab homine quandoque a iure.

Generale est cum interdicitur populus Regnum, vel Provincia, speciale est cum interdicitur Civitas Castrum, vel Villa.

Singulare est cum interdicitur certa Ecclesia, vel Cappella, sed quando occurrerit esse interdictum aliquem locum, oportet videre sententiam, & hoc iuxta notata supra fo. 74. vt possit recurrere ad aliquam Summam nam per Sum. Ang. ponuntur 107. dubbia, & ego causa breuitatis pertransisco.

Suspensio est censura Ecclesiastica, qua alicui personae Ecclesiasticae prohibetur exercitium sui officij, vel beneficij Ecclesiastici in totum, vel in partem, aliquando a iure, aliquando ab homine, & sic aliquando suspenditur ab officio, aliquando a beneficio, aliquando a iurisdictione, taliter quod solum in illo officio seu ordine est suspensus, & non in alijs, & per Sum. Nam narram enumerantur infra scripti casus per quos ipso facto est suspensus scilicet. Clericus fornicarius notorius est suspensus donec peniteat. 2. Suspendit eos, qui sine legitima facultate, vel aetate, vel extra tempus legitimum, ordinem sacrum accipere praesumpserit, & facit irregularem ordine venerationem. 3. Suspendit clericum, qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem. 4. Suspendit vno mense ab ingressu Ecclesiae, eum qui excommunicat absque monitione per cap. sacro. de sens. excomm. sed si prelatus dubitat, vel credit, quod subditus, meretur subiacere excommunicationi, non debet dicere excommunico, N. Sed debet dicere declaro. N. incidisse in poenam excommunicationis, & sic non se exponit periculo incidere in poenam supradicti cap. sacro. Dicendo excommunico: N. propter talem causam sine debita monitione. 5. Suspendit ab ingressu Ecclesiae, & diuinis officijs.

per

per anathematum, qui excommunicatur, interdicitur, aut suspenditur aliquem solo verbo, sine scripto, & sine expressa causa, vel non dat copiam requiritur, si interim sit suspectus divina officia exequitur sicut prius, efficitur irregularis & solum a Summo Pontifice potest dispensari per cap. 1. de sent. excom. in 6. 6. Suspendit a quolibet officio, & beneficio, capitula, & singulares personas, quae vacante Sede Episcopali, vel collegiata, vel regulari, usurpant sibi aliqua bona, quae reliquit vici functos, aut collecta fuerunt tempore vacationis 7. Suspendit vno anno ab officio conferuntorem Sedis Apostolicae, qui scienter cognoscit causas, quae non sunt notoriae. 8. Suspendit vno anno a suo officio iudicem Ecclesiasticum, qui contra ius, & suam conscientiam agruat partem, gratia vel sordibus, & sunt alij casus per quos incurritur in dictam poenam, sed vide Summam Angelicam in tit. Suspendio, & inuenies 57. Dubia circa suspensionem, & etiam nota, quod quamuis cap. 1. de secun. nup. demonstrat, quod benedicens secundis nuptijs est suspensus, & ut dicit glosa, quia Sacramentum iterari non debet, tamen S. Thomas in 4. sent. dist. 42. q. 3. art. 2. dicit, quod quando secundae nuptiae sunt ex parte viri, & mulieris, vel ex parte mulieris tantum, tunc non sunt benedictae, sed si virgo contrahat cum illo, qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptiae benedictur, & concordat glosa noua in dicto cap. ubi dicit, quod neque benedictio illa est Sacramentum, aut pars Sacramenti, neque matrimonium est ex ijs Sacramentis, qui nequeunt iterari, & hoc cum auctoritate supradicti S. Thomae. & in dicto titulo per nouam glosam habetur, quod de secundis nuptijs, videat Theolog. in supradicta dist. & id quod dicit S. Thomas, dicit S. Bonavent. in dicta dist. q. vi. art. 2. in fine, & circa finem cap. 40. decretorum Concilij, Provinciae Neap. dicit virgo tamen vel non dum benedicta benedictur.

Degradatio est, quando clericus indutus vestibus, sicut in officio esse, despoliatur ab Episcopo, cum verbis ad hoc congruis, ut habetur in Pontificali, nihilominus si celebrat conficit Sacramentum, & solus Papa restituet degradatum vt Sum. Ang.

Irregularitas est impedimentum seu repulsio executionis diuini officij seu Sacramenti a iure canonico, seu constitutione, & sic non potest ministrare in susceptis ordinibus, nec ascendere ad maiores sine dispensatione, & incurritur ipso iure aliquando ex defectu Sacramenti, aliquando ex defectu corporis, aliquando ex delicto, & potest esse irregularis etiam sine peccato, vt puta, quia est bigamus, illegitimus, corpore vitiosus, & caetera, vt Summa Angelica, vel est seruus, vt dixi supra vel est mulier, quam non potest ordinari, quamuis glosa in cap. diaconissam, dicit, quod si monialis de facto ordinatur, recipit characterem, vt habetur 27. q. 1. sed haec opinio reprobatu rursus per glosam nouam in dicto c. diaconissam 27. q. 1. per sententiam S. Thom. in 4. sent. dist. 25. q. 2. art. 1. & 2. vt est hermofroditus, qui est utroque sexu praeditus non est capax characteris, si sexu femineo magis, quam virili praestet, & licet sit eius capax si magis virili, quam femineo pollet, non debet tamen ordinari, vt dicit Sum. Nauim c. 27. § 203.

Irregularis tunc est ex defectu Sacramenti scilicet ex indubita celebratione, scilicet tunc, quis excommunicatus, suspensus, interdicitus recipit benedictionem, vel in susceptis ministrat, vt Summa Angel. 3. 40. & Summa

Nauit.

Statut. cap. 27. §. 241. & 244.

Irregularitas est ex defectu corporis, scilicet illegitimi nati, sed ista irregularitas tollitur per ingressum corporis post professionem, & hoc de lege communi habilitatur ad omnes, ut dicit Sum. Navar. in cap. 27. §. 69. per cap. 1. de filijs presbyter. & etiam habilitantur ad dignitates per concessionem fel. rec. Papæ Sixti, ut habetur in compendio Privilegiorum. titul. dispensatio. §. 12 & 13. Irregularis est corpore vitiatas, & dicitur ille, qui habet membrum debilitatum, vel mutilatum, quod inducit deformitatem. Sed si per accidens amputavit partem membri, veluti digitum, qui non est membrum, sed pars membri non est irregularis, ut dicit Summ. Tabiena titul. irregularitas. 3. §. 17. & hoc intellige de digito, qui non facit impotentem ad frangendum hostiam, & hoc evenit ex accidente, quia dabat operam rei licite, sed si dabat operam rei illicitæ, & sic amisit digitum, tunc indiget dispensatione, ut dicit Summ. Sylvestr. titul. corpore vitiat. §. 3. & Summ. Navar. in cap. 27. §. 200. ponit exemplum clerici, qui habet membrum truncum non potest celebrare, sed bene potest audire confessionem, & exercere alia officia, si hoc fuit sine sua culpa, & peccato post susceptos ordines, tunc potest ministrare ut dixi, sed non promoveri ad ordines, & concordat supradict. Sylvestr. in supradicto §. 3. Est etiam irregularis cadens morbo caduco, scilicet lunaticus, demoniacus, leprosus, & ceteri prohibentur promoveri ad ordines, sed ordinati administrare possunt secundum discretionem Episcopi, qui debet etiam iudicare, circa deformitatem corporis, ut possint promoveri, ut dicit dicta Sum. Sylve. ut supra, & etiam dicit, quod lunaticus, qui semel tantum cecidit non potest promoveri, & concordat Sum. Navar. c. 27. §. 203. & Sum. Ang. corpore vitiat. §. 7. & in eodem tit. Summ. est. Et ex defectu corporis etiam venit bigamia.

Bigamia triplex est, scilicet vera, similitudinaria, & interpretativa. Bigamia vera est quando habuit plures legitimas uxores, & eas cognovit. Bigamia similitudinaria tribus modis contrahitur. Primo cum, quis contrahit cum Deo per votum locumne, & postea contrahit matrimonium de facto. Secundo, quando habuit plures uxores viam de iure, & alteram de facto, & cognovit ambas. Tertio cum quis existens in sacris contrahit de facto matrimonium. Bigamia interpretativa duobus modis contrahitur, scilicet quando contrahit cum corrupta, & quando reddit debitum vxori adultera. ut dicitur omnes Summista in dicto tit. & Sum. Navar. in c. 27. §. 195. & quando Summas Pontifex, vel Episcopus dispensat vide per Sum. tit. de Bigam.

Ex delicto inducente irregularitatem scilicet homicidio, vel mutilatione memori. Et hoc committitur facto præcepto, consilio, defensione, permissione, cooperatione, iaminatione, & auxiliactione, ut Sum. Ang. infra. Et quamvis Sum. Ang. in tit. homic. 7. §. 1. & Sum. Tabiena in titatreg §. 3. dicant, quod quando homicidium est omnino occultum non indiget dispensatione. Tamen oppositum tenendum est cum Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 7. ubi dicit cum etiam, qui per industriam occiderit proximum suum etiam si crimen ad nec ordine iudicario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia conferantur, licet et si cura non habeat aiatum, sed omni ordine ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat. Et est nota

quod

quod si est causa propinqua homicidij est irregularis, ut Sum. Notum in cap. 27. §. 209. dicit, quod solus ille est irregularis, qui rem baptizatus hominem deformat aut dat causam propinquam deformati aliquem aut saltem, ut citius deformeur, quam alias fuisse deformatur, quam alias fuisse deformatas, & in §. 200. dicit causa generaliter ad comprehendendum quatuor causas, quae sunt efficiens, materialis, formalis, & finalis causa. Efficiens, deformatio, est qui ea facit, ubi, mandas, ratificas, vel iuratur, causa materialis, est qui dat arma, aut deducit aliquem ad locum ubi sunt inimici parati ad deformatum eum, causa formalis est, qui instruit, docet aut consulit. Causa finalis est, qui premium aut receptionem deformati perlicetur. Et in §. 211. dicit causam propinquam esse dictum, vel factum licitum directum sufficienter in deformationem inde sequentem. Et in §. 212. dicit, quod huius speciei est irregularis iudex iuste procedens, accusator, aut procurator Fiscalis testis, notarius qui sententiam scribit, aut pronuntiat, aut testimonia testium scribit, aut legit quando publicatur, aut procurat contra reum, & quilibet alius officialis, Summa Astense lib. 6. tit. 14. art. 4. dicit, quod supradicti non possunt dispensari ab Episcopo, & Sum. Tabiena tit. 12. irreg. §. 1. dicit, quod homicidium factum sine peccato non dispensatur nisi a Summo Pontifice, sed hodie, vido novam glossam in illud etiam. 23. §. 4. & dicit, quod non sunt irreg.

Nota regulam quando per homicidium casuale incurrit irregularitas. Prima est si dabit operam rei licite, & adhibuit diligentiam, quam debet habere, sicut volens deponere campanam de campanili, facit omnem diligentiam, ne esset aliquis circa campanilem, & dum auferit campanam, cadit lignum, & interficit aliquem, iste non est irregularis, ut in cap. ex litteris de homicidio.

Secunda regula est, quia dabit operam rei licite, sed non adhibuit debitam diligentiam, sicut magister volens corrigere discipulum, percutit eum in capite, sed quo vulnere post paucos dies expiravit, tenetur de culpa, & est irregularis, ut in c. presbyterum de homicidio.

Tertia regula est, quia dabit operam rei illicitam, quantumcumque adhibeat diligentiam, persequens homicidium, vel mutilationem est irregularis, sicut pro defensione rerum temporalium capit latronem, & dum ligatus esset, reliquit eum in domum sub custodia, & dum latro solvere se auteretur custos ob timorem ne occideretur a latrone eum interfecit. Tunc clericus, qui eum cepit, & reliquit in custodia tenetur de homicidio, & est irregularis, quia pro conseruandis transitorijs fuit causa homicidij. Vel si eum mandans verberare aliquem, cum expresso ordine, ne eum occidat, aut mutilet, si sit contrarium, tenetur de homicidio, & est irregularis per cap. suscepimus de homicidio, & c. si. in eadem titulo §. 6.

Notavi hanc dubia de irregularitate ex angelica, quia faciunt ad multa. Qui de eo, qui non patitur fame morienti cum possit, dicit, quod non est irregularis, nisi scierit, & voluntarie permittit eum mori. Ut in tit. irreg. §. 8. vel laetatur de homicidio, vel rancum habet post factum, dicit quod non est irregularis, licet peccet ut in tit. homic. §. 7. sed Sum. Nau. tenet oppositum de morienti ut in c. 27 §. 231.

Quid de illis, qui simul proieciunt lapides, & lapis rancum aliquem interfecit,

est, dicitur notio eorum repellenda est, nisi repellat, & ideo relinquendi sunt conscientia sua, & ideo si aliquibus ex eis videtur, quod ipsi neminem in-
 censecerunt, non erunt irregulares, si vero conscientia eis dicitur, quod sic,
 obdineant, ut in §. 11. & in §. 20. dicit, quod iudex seu doctor in dubio non
 debet aliquem iudicare irregularem, & quod in dubio quilibet se debet re-
 putare irregularem.

Quid de custodiendis infirmos, qui ad eorum petitionem dederunt vi-
 num, vel vendendum infirmum, unde frangitura postima, vel anhelitus ob-
 surator, vel simile, in huiusmodi non debet, quis de facti habere consci-
 entiam scrupulosam, si bona fide fecit, nisi sit evidens culpa aut negligentia,
 dissoluta, vel nisi daret operam rei filieitæ, puta contra medici præcepta, &
 si eam habet, deponere debet ad consilium boni viri, & concordant Summi
 Summa Navarra in cap. 27. §. 549. dicit quod Fel. rec. Pius V ordinavit se
 constituit penam contra omnes, & quoscumque presbyteros, & alios cle-
 ricos seculares, & regulares cuiuscunque gradus, & dignitatis tam dicunt
 nefas (puta Sodomitæ) exercentes omni privilegio clericali, omnique offi-
 cio, dignitate eos, & beneficiis Ecclesiastico sui canonis autoritate privan-
 do, ita quod per iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari
 tradantur, & quamvis prima facie respiciat forum fori, nihilominus S.
 D. N. Gregorius XIII. declaravit comprehendi illos etiam in foro conscien-
 tiæ. Scilicet Nantz dicit non comprehendi illar, qui tantum cadit aliquo-
 ties, & punitur, sed tantum comprehendi eum, qui sic labitur in prædictum
 crimina, ut boni viri arbitrio dici possit emendator eius, unde dicit an in
 foro exteriori recepta, ita & ea in foro interiori sit recepta? dicit quæstio-
 nem esse facti, ad quam respondere non est iuris consulti, sed hoc in præ-
 dictum decretum confirmatum est per gloriam novam in cap. Clerici de ex-
 cess. prælatorum.

Si lechor. vult scire, quor sunt dubia circa irregularitatem, videat Sum-
 Angelicam in ut. homic. & irreg. per totum, & inveniet 120. dubia. Num-
 ego causa breviciter pertranseo.

Si lechor. vult scire, quor sunt dubia circa irregularitatem, videat Sum-
 Angelicam in ut. homic. & irreg. per totum, & inveniet 120. dubia. Num-
 ego causa breviciter pertranseo.

Simoniz a. S. mone Mago dicta est, qui potestatem dandi Spiritum San-
 ctum emere voluit pecunia, ut postea vendendo signa lucraretur, & com-
 mitteretur ore, manus, & obsequio, Ore, id est favore humano, Manus, id est mu-
 nere. Obsequio, id est servitute incedit impensa, ut dicit cap. sunt non
 nulli. 1. q. 1.

Simoniz est spirituum, vel spiritualibus annexorum, aut a spirituali-
 bus dependentium, vel consequentium, vel ad spiritualia antecedenter or-
 dinantium, procedente pacto omissionis, promissionis, conditionis, modi,
 firmi, pecunia, vel cuiuslibet temporaria receptio sine donatione. Et est
 Simoniz peccatum cuiusmodi scripta eius, qui per Simoniam beneficium
 acquirit, qui perit etiam agere non potest beneficium recepto, & incurrit
 turpe factum in peccatum excommunicationis cum reservatione Summi Pæ-
 nis. Sed per Sum. Ang. in eod. tit. numeratur. 120. dubia circa istam mat-
 eriam nam, quædam sunt articuli pertranseo: Et quamvis dare pecuniam
 pro spiritualibus beneficiis est, sed dare pro manibus quatenus est 32. raris-
 timum licitum est, licitum autem quatenus est naturæ officium, ut S. Thom.

22. q. 120. art. 2. ad 6. arg. & concordat glosa noua in cap. quicquid inuolubilis gratis. 1. q. 1.

Sed circa dispensationem nota Concilium Tridentinum in sess. 24. de refor. cap. 6. dicit licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto pronementibus, excepta eis, quæ oriuntur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & à quibuscumque casibus occultis etiã Sedi Apostolicæ reuocatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolue re imposita penitentia salutari. Idem in heresis crimine in eodem foro conscientie eis tantum, non eorum vicarijs sit permiffum, quod Bulla in Cœna Domini contrarium postea statuit, vt ibi est videre.

In religiosis vero dispensat suus provincialis per legem communem, vt colligitur ex cap. monachi. Et cap. cum illorum de sent. excom. & etiam colligitur ex 4. regula indicis Concilij Trid. vbi ea potestas, quæ permittitur Episcopis, permittitur prælatis regularibus, & etiam habetur in eorum privilegiorum fratrum minorum vt in tit. absolu. 6. vbi Papa Clemens 4. concessit vt generalis, & singuli Provinciales, Ministri, & eorum Vicarij, ac etiam custodes possint absolue ab excommunicatione tam a iure, quam ab homine generaliter promulgata, omnes fratres sui ordinis, & dispensare in irregularitatibus. Sed vt limitauit Papa Sixtus 4. scilicet dispensare in irregularitate, extra homicidium, & mutilationem membrorum, & bigamiam, quæ Priuilegia fuerunt confirmata etiam à Papa Pio Quinto Et ideo Summa Nauarra in cap. 26. §. 13. dicit, quod aduertant religiosi, quod se faciant absolue à censuris, & dispensare in irregularitate à suis superioribus in visitatione, nam esto tunc non meminerint illas sublata censentur, nec tenentur aliam absolutionem, & dispensationem querere ab eis, sed satisfaciunt confitendo simpliciter peccata ob quæ illas incurrerunt. Nec in hoc obstat Concilium Tridentinum in sess. 15. tit. de reg. cap. 22. ubi præcipit, obsequari omnia eius decreta, non obstante priuilegio, & etiam Mare magno, quia tunc esset contra, si dispensaret cum fratribus ordinis ante legitimam ætatem, vt celebrare possint, quia tunc esset contra determinationem concilij sed postquam peruenerunt ad ætatem determinatam, per dictum concilium, tunc possunt dispensare in irregularitate contracta ob celebrationem factam ante ætatem.

Nota, quod quando veniunt iubilæa, & datur potestas absolue, non propter hoc ad dispensationem irregularitatis extenditur, vt Summa Nauarra in cap. 27. §. 194. & in cap. 22. §. 72. dicit, quod peccat mortaliter, qui carens potestate ad dispensandum, commutandum, redimendum, vel irritandum votum, aliquid horum facit, & quod qui habens potestatem ad redimendum, vel commutandum virtute bullarum, aut iubilæorum electi, dispensat super voto, vel ipsum irritat, nullum facit, & actus ab eo factus non valet, & quod vt iurisdictione, quam quis non habet, scilicet lethale est, & in eodem cap. §. 63. dicit esse differentiam inter dispensationem, commutationem, seu redemptionem, & irritationem, nam irritatio non aliam causam ex postulat, quam voluntatem illius, qui ad irritandum habet potestatem.

Etiam dispensatio vero causam iustam, & rationalem requirit, commutatio autem, vel redemptio voti exigit, ut id in quod verum est commutatum, seu redimendum, æquè bonum sit, aut melius, quam id quod vouit, tunc autem æquè bonum exigitur, quando ex aliqua causa rationabili commutatur, tunc vero melius requiritur, quando sine aliqua causa, sed solum ex mera voluntate est facienda commutatio.

Et similiter quando in supradictis Bullis Iubilei conceditur facultas absolvendi à quibuscunque peccatis, & censuris, non propter hoc datur facultas dispensandi super irregularitate, ut dicta Sum. Nau. in dicto cap. 27. §. 250. dicit, quod cum nullo irregulari dispensare potest confessorius electus per Bullas Papæ, quæ solum habent clausulam absolvendi à quacunque censura, &c. Neque etiam si habent clausulam commutandi quacunque vota, & absolvendi à quibuscunque censuris, & pœnis, tum quia stilus Curie Romanæ habet, quod per eam non intelligatur data facultas dispensandi super irregularitate, nisi exprimat, quod colligitur ex eo, quod aliquoties eam exprimit, tum quia quoties id exprimit, dando facultatem expressam dispensandi super irregularitate, solet excipere illam, quæ ex bigamia, & homicidio nascitur, &c. tum quia facultas illa absoluedi à censuris, & pœnis, quæ ponitur in dictis Iubileis, & Bullis, solum videtur respicere illas censure, & pœnas, quæ impediunt absolutionem à peccatis, quæ in illum finem datur, ut colligitur ex illis verbis. Et cum absolutio peccatorum recte fieri possit sine sublacione irregularitatis, non videtur eius sublacio concessa, nisi exprimat, quia ex fine, sumenda est intentio auctoris, & concordat Soto in lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 4. col. vi. ubi dicit, quod quando in Bullis conferitur facultas absoluedi à quibuscunque peccatis, & censuris, censure nomine, non venit irregularitas, & ipsemet in 4. sent. dist. 22. q. 3. art. 1. videtur se contradicere. Et Ioan. Gerson in 2. par. in tit. de potestate ligandi, & soluedi concordat cum Soto in 4. sen. ut supra ut ipse tenet in 8. propositione Et ita nota, quod sicut irregularitas contrahitur cù peccato, & sine peccato, sicut Bigami, & illegitimi, & alij, quæ sùnt irregularitates, & sine peccato, & tamen nunquam fuit in practica, quod virtute Iubilei concedendo absolutionem à censure potuerunt se habilitare à dicta irregul & sic factum esse in foro, conscientie in determinatis per dictam Sum. Nau. qui Nau. fuit penitentiarius in foro conscientie sacre penitentiarie Romanæ Curie.

Et, quia superius in fol. 33. diximus, quod animæ defunctorum possunt querere vindictam apud diuinam iusticiam contra suos conf. flores, & hoc fuisse, quia leniter cum eis processerunt, & referuerunt penitentiam in illis terribilibus pœnis, ut supra in dicto fol. 33. apparet, & hoc, ex eo, quod non significauerunt eis veram penitentiam sacrorum canonum, ut dixi in dicto fol. 5 enim habuissent veram penitentiam, obtempauissent canonis posito in decreto, tit. de pen. d. 7. c. Qui egerit penitentiam veraciter, & solutus fuerit ligamento, quod erat adstrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post penitentiam viuerit sicut ante penitentiam viuere debuit, post reconciliationem, quando cum que defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, Regno Dei non priuabitur, à populo Diaboli separabitur. Similiter conati fuerint fugere dubitationem, quam facit S. August. postquam in supradicto decreto in eod. tit. 7. Si quis poctus in vltima necessitate sua agridudinis voluerit accipere

re penitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, feror vobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumimus quod bonum, hinc exeat, sed si securus hinc exierit, ego nescio. Penitentiam dare possumus, & curitate dare non possumus, nunquid dico dānabitur? sed non dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? vis quod est incertum euadere? age penitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quod securus es, quia penitentiam egisti, eo tempore, quo peccare potuisti, si autem vis agere penitentiam, quādo iam peccare non potes, peccata te demiserunt, non tu illa.

Hinc est, quod multoties habet iudicium humanum siue mundanum circa morientes, qui secundum iustum iudicium Dei vadunt in infernum, sicut exempli gratia de Diuite epulone, & de Lazaro mendico,

Et etiam habes illud quod notatur in Vita, & in Libro edito à S. Brunone in fol. 499: qui fuit inventor, & institutor sanctæ Religionis Cartusienſis, & etiam adhuc in pariete depincta notatur ante ianuam sancti Martini de Neapoli Cartusienſium, de illo Leſſore Parisienſis, qui secundum iudicium humanum siue mundanum sanctus videbatur, & ideo omnes exiſtabant, vt corpus eius coram omni populo, ibi congregato miraculis corruſcaceret. Sed è contrariò accidit. Nam ipse ex feretro surgens, ore proprio, omnibus videntibus, & audientibus, confessus est, dicens, se condemnatum fuisse in ignem æternum, iusto Dei iudicio et hoc videns S. Brunonius, qui tunc discipulus illius Leſſoris, dixit discipulis suis, quid erit de nobis miseris? & sic se dedit verè penitentem. Et vt penitentes possint assueſcere in verè penitentia, sicut supra diximus, debent eis significari canones, qui penitentiales vocantur, statuti, & ordinati à sanctis Patribus, qui considerauerunt, qualiter Deus punitit populum, vt supra fol. 15 & concordat Concil. Trid. supra fol. 3. & fol. 10. Et etiam forſan considerauerunt id quod Sacra Biblia de lamentatione Esdræ Prophetæ, vbi in quarto libro ipſius in cap. 7. lamentatus de populi Hæbrei oppressione, vbi sic habetur, Et factum est, cum finissem loqui verba hæc, Missus est ad me Angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones, quos veni loqui ad te, & dixi loquere Deus meus, qui respondens dixit ad me, Mare positum est in spaciolo loco, vt esset altum, & immenſum, erit autem ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus. Quis enim volens, voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari eius? non transferit angustum, in latitudinem, quomodo venire poterit? Item aliud. Ciuitas est edificata, & posita in loco campeſtri, est autem plena omnium bonorum, introitus eius angustus, & in precipitio positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta, & sic auctum est vna sola, inter eos posita, hoc est inter ignem, & aquam vt capiat se mita nisi solummodo vestigium hominis. Si autem dabitur ciuitas hæc in hereditatem, si nunquam, antepositum periculum pertranſerit, quomodo accipiet hereditatem suam. Et dixi, sic Domine, & dixit ad me, sic est, & Israel pars, propter eos enim feci seculum, & quando transgressus est Adam constitutiones meas, indicatum est, quod factum est introitus huius seculi angustus, & dolentes, & laboriosi. Item & in cap. 8. dicit, hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdræ. Quomodo autem interrogatis, terram.

divitem, & dicit illi, quomodo dabit tertiam multam, magis vnde fiat scilicet, parvam autem pulverem vnde aurum fit, &c. & status presentis seculi. Multi quidem erecti sunt, pauci autem saluabuntur, &c.

Et hoc videtur confirmari ab Evangelio, vnde dicit Matth. in cap. 7. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, quam angusta porta est, quam arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam, Et in Euang. Luc. c. 13. habetur, ait autem illi quidam, Domine si pauci sunt, qui saluantur ipse autem dixit ad illos, contendens, intrare per angustam portam, quia multi dico vobis, quærent intrare, & non poterunt, & in Euang. Mat. in c. 20 & 22 dicit multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Et experientiam habes ex vita Sanctorum, quanta tormenta passi sunt, ut pervenirent ad Regna Cælorum, & ad Civitatem supradictam. Et ideo non sine causa Dominus dixit in Matth. cap. 19. Quia dives difficile intrabit in Regnum Cælorum, & quia facilis est Camelum per foramen acus trahere, quam dicitur intrare in Regnum Cælorum, &c. Et sic dicti Sancti Patres, ut evaderent illam horribilem pœnam. Staterunt canones Pœnitentiales prout poteris videre supra in catechesi fol. 6.

Nota, quod quando pœnitens petit fidem suæ absolutionis, potest fieri hoc modo. Vniuersis presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Nos N. religiosus Sanctissimi D. N. Papæ, in Basilica Priacris Apostolorum de Urbe Pœnitentiarius. N. de tali, Diocesis N. latorem presentium, limina Beatorum Petri, & Pauli, ac sedem Apostolicam personaliter visitantem, & ad pœnitentiæ Sacramentum humiliter recurrentem, in sacramentali confessione, audivimus, & à peccatis suis Apostolica Autoritate, iniuncta, ei pœnitentia saluati, absolimus. In cuius rei fidem, presentes literas, signo Collegij pœnitentiariorum signatas, propria manu subscriptas, ad ipsius humilem supplicationem gratis concedi mandavimus. Datum Rome apud S. Petrum, Anno Domini, &c. Die, &c. Mensis, & c. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri N. Divina Providentia Papæ, &c. anno, &c.

Ego N. me subscripsi.

Vel

Fidem facio ego N. Canonicus, & Pœnitentiarius deputatus ab Illustriss. & Reverendiss. Domino Archiepiscopo Neapolitano, in Cathedrali Ecclesia Neapolitana, qualiter die, &c. Mensis, &c. anni, &c. N. de tali N. casualis suæ parochiæ N. fuit à me me absolutus à vinculo excommunicationis, in foro conscientie tantum, & à me sibi fuit imposta pœnitentia salutaris.

Idem N. qui supra manu propria.

Vel

Ego Frater N. ordinaris N. confessarius in Diocesi Neapolitana, fidem facio qualiter N. de tali N. in sacramentali confessione audivi, & à peccatis suis absolui, iniuncta ei saluati pœnitentia, in cuius fidem me subscripsi die, &c. Mensis, &c. anni, &c.

Ego Frater N. qui supra manu propria.

P R E P A R A T I O, ET O R A T I O P E R C O N F E S S I O N E M
antequam confessionem audiat.

- V. Cor mundum crea in me Deus.
 R. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis.
 V. Ne proiecias me a facie tua.
 R. Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
 V. Redde mihi lætitiã salutaris tui.
 R. Et Spiritu principali confirma me.
 V. Docebo ini quos vias tuas.
 R. Et impij ad te conuertentur.
 V. Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ.
 R. Et exultabit lingua mea iustitiã tuã.

O R A T I O

Domine Deus omnipotens, propicius esto mihi peccatori, vt dignus
 possim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam magnam
 misericordiam Ministrum fecisti officij sacerdotalis, & me exiguum humi-
 lemque mediatorem constituisti ad orandum, & intercedendum ad Domi-
 num Nostrum Iesum Christum filium tuum pro peccatoribus, & ad pœni-
 tentiam reuertentibus, ideoque dominator, qui omnes homines vis saluos
 fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum,
 sed vt conuertantur, & viuant, suscipe orationem meam, quam fundo pro
 famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritus
 compunctiõnis, respiciant a diaboli laqueis quibus astricti tenentur, vt ad
 te per dignam satisfactionem reuertantur. Per eundem, &c. Et similiter de-
 precor te pater, vt pro mea perseverantia vsque in in finem vitæ meæ, in
 veram obseruantiam promissæ regulæ Seraphici Francisci, dignetur Domi-
 nus concedere.

I N T E L L E C T V S C A P. L I C E T. ET C A P. V I A M A M B I T I O
se. De Reg. trans. ad Relig.

Confessor quomodo potest cognoscere si frater Capuccinus retroces-
 sit a sua professione, dico, quod per sequentem discussionem scilicet
 Et quia per cap. licet de regul. trans. ad relig. mentionem factam transi-
 tui fieri posse ex religione in religionem strictiorem, majorisque essentia, &
 cum ignotum sit, quæ religio sit magis stricta, & cap. viam Ambitiosam
 in eodem tit. in lib. extrauag. com. Extrauag. com. Excommunicat. Fratres meos
 dicentes transiunt ad Religionem non Mendicantium, nisi transierint ad
 Religionem Ordinis Cartusiensum. Et ex hoc prædictum Capitulum vide-
 tur ex prima facie asserere, atque declarare Religionem Cartusien-
 sissimam esse omnium aliarum: Sed desides, quis dilucidare lumina cum
 bre-

Religione que nam Religio sit strictior, nisi aliter per Sedem Apostolicam
 fuerit determinatum, & meliori iudicio vocum subdens, tali pacto incipiam
 scilicet, Quod Patres Cartusienfes non possunt recipere aliquem Fratrem
 Cappucinum iam professum ad suam Religionem tanquam strictiorem,
 bene quidem tanquam laxiorem, & Capitulum Viam Ambrosiense, in supra-
 dicto tit. in lib. extraag. com. aff. cum a fel. rec. Martini quarti, seu quinti,
 reuocatum est circa illud quod predicti Patres poterant recipere Fratres
 Minores de obseruantia a fel. rec. Innocentij 8. vt in Compendio Priuile-
 giorum in forma probante, qui rexit Ecclesiam transactis iam 100. annis
 post predictum Martinum; nam predictus Innocentius sancit, ne religio
 aliqua, vel aliquis locus possit recipere Fratres Ordinis Minorum de Ob-
 seruancia, aliter incurreret in excommunicationem ipso facto, nec possent
 absolui, nisi a Sede Apostolica, non obstantibus quibuscunque Priuilegijs
 iam concessis, vel concedendis a Sede Apostolica, in quibus quidem non
 sit mentio prohibitionis predicti Innocentij, vt in tit. Apostata 5. 19. & qui-
 dem non sine ratione. Nam D. Bonaventura in 1. Tomo suorum Opusculo-
 rum, in questionibus ab ipso determinatis, in 12. questione, differens de
 Religione Cartusienfium, & de Religione Fratrum Minorum de obserua-
 tia, sic concludit, Fratres cuiuscunque Religionis transire posse in Sacram
 Religionem S. Francisci, & in eodem Tomo in expositione Regulæ S. Fran-
 cisci in secundo capitulo ipsius Regulæ ait, Fratrem Minorem non effugere
 Apostasiam, si professione iam facta, se contulerit ad quacunque aliam
 Religionem. Et si Patres predicti assererent, Sanctam Ecclesiam declarasse
 suam Religionem strictiorem esse, maxime tempore fel. rec. Iulij 2. ex eo,
 quod vita hæc contemplatiua est atque solitaria, ipsis sic respondimus,
 quod declaratio predicti fel. rec. Iul. 2. fuerat quando Religio S. Francisci
 non obseruabat arctam paupertatem, quia vsque ad regimentum fel. rec.
 Papæ Leonis X. non floruit perfecta, & vniuersalis reformatio obseruantie
 regulæ Diui Francisci, quæ post mortem fel. rec. supradicti Innocentij se-
 dederat relaxationi, qui Leo Pontifex Maximus rante dicta obseruantia
 assignauit, seu ordinauit, vt electio Generalis Ministri Religionis Seraphi-
 ci Francisci, fieret a Fratribus Minoribus Reformatis tantum, & eligeretur
 Frater Reformatus, & quod pro Fratre, qui ducat vitam reformatam a cõ-
 munitate Reformatorum habeatur, vt in supradicto Compendio Priuile-
 giorum tit. electio 5. 9. Ita, quod tempore illo ante predictum Papam Eo-
 nem strictior tenebatur regula ipsorum, quia vnaquaque Religio cum pro-
 prietate viuere, & tamdiu viget predicta declaratio, quamdiu perseuera-
 uerit predicta proprietate. Sed postquam egressa fuit stricta reformatio re-
 gula Seraphici Francisci, declaratio predicti Iulij 2. locum dedit determi-
 nationi, seu declarationi Alexandri Pontificis, vt in dicto Compendio Priuile-
 giorum in tit. Apostata 5. 6. qui quidem Alexander ibi sic dicit, quod quando
 frater aliquis, Ordinis Minorum assereret se non posse obseruantias ipsius
 ordinis sustinere, tunc concedo dari posse licentiam transferendi ad Ordinem
 S. Benedicti, vel Carthusienfium, ex hoc predictus Summus Pontifex
 aperte indicat strictiorem esse regulam S. Francisci. Et Summa Syluestri in
 tit. religio. 4. 5. 6. dicit in studio Parisiensi disputatum fuisse atque conclu-
 sum, Patres Cartusienfes, rura ac securi conscientia transire posse ad Reli-
 gionem

gionem Fratrum Minorum, dummodo vivunt in observantia regulæ suæ, sicut Panormitanus ait in capite sanè de regulæ legem permittere. ut sit in a religione laxiori, in religionem strictiorem, licet religio in qua sit transitus respectu suis melior sit, atque fructuosior religione à qua sit transitus, non tamen in ipsa vivatur strictius, transitus erit illicitus. Hinc est, quod non licet Fratri Capuccino, transire ad religionem prædicatorum patrum, quia cum vouerit Deo, vivere mendicando, vilia vestiendo, non equitando, neque aliquid propriè retinendo: siue in particulari siue in communi, non litigando, etiam neque pecunia. vilo. modo contrahendo, & desiderans potest transire ad prædictam Religionem Cartusianam, cogetur è conuersione vivere, scilicet nulla. observare prædicatorum, quæ Deo per votum promiserat, & maxime si laicus sit, vel quando promotus fuerit in officium prælati, vel procuratoris. Et circa illud quod prædicta religio est contemplationi dedita, dicimus etiam regulam Seraphici Francisci hoc præcipere, quando in decimo capite sic ait, sed attendant Fratres, quod super omnia desiderant habere spiritum Domini, & suam sanctam operationem ipsamque toto corde deprecare, & in capite quinto ait, si acres non extinguant spiritum sanctæ orationis, & deuotionis, cui reliqua temporalia seruire debeant. Et si forte à prædictis patribus dubitatur, an Religio Fratrum Capuccinorum sit vera religio Seraphici Francisci, ad hoc respondetur per sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. tit. de regul. cap. 3. Vbi tractando de concessione bonorum immobilium, dicit, Concedit sancta Synodus omnibus Monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capuccinorum, & eorum qui Minorum de Observantia vocantur. Et si prædicti patros vellet dicere sua Priuilegia confirmata fuisse à sel. rec. Pij V. eadem & nos dicemus scilicet, prædictæ concessiones cum reliquis priuilegijs, non solum confirmatas esse à Pio Quinto, verum etiam à sanctissimo D. Gregorio XIII. Vnde clarè apparet quod arch. ori. via, quam requirit dictam cap. licet percipitur, & in declaratione ipsius regulæ in cap. exij. de verb. sig. in 6. dicit, vt semper in ipsis fratribus, & eorum actibus fulgeat sancta paupertas.

Et hoc non solum in temporalibus, sed etiam in ecclesiasticis, sicut dicit sancta Mater Ecclesia in dicta declaratione sic dicit, Quamuis etiam prædicta, & vasa Ecclesiastica ad honorem diuini nominis ordinentur, & nec per illas sibi vult seruire, quæ suorum seruitorum conditioni, & statui dissonarent, vt in cap. exini. de verb. sig. in element.

Et eo magis manifestum est, quo regulæ alterius religionis, vel dependet ex voluntate eius generalis seu aliorum superiorum, vel eius generalis Capituli, in declarando, aut tradendo præcepta circa regularem vitam eorum regulæ sint in potestate dispositionis suorum superiorum, vel Capitulorum generalium, qui arctant, vel dilatant præcepta ipsius regulæ, vt magis eis expedire videtur, eademmet authoritate possunt aperire, & declarare dubia, quæ in eorum regulari vita iusta eorum professione, & occurrere possunt. Quod arctitudo regulæ D. Francisci nullo modo perij

autem

quod, nam inbet omnes ipsius regulam observare debere, & ipse illam
 præcipit omnibus prælati ipsius, ne precipiant rem alienam ab anima,
 aut ab ipsius regula, pariterque præcipit omnibus suis fratribus subditis,
 ne pareant quando aliquid ipsis mandatur, aut alienam ab eorum anima,
 aut à sua regula. Et ideo cum dicta regula sit arctior cunctis alijs, cum
 primum aliquod dubium evenit, nimia sua rectitudine, ad Romanam Curiam
 confugere oportere præsumitur, ut illud determinaret, ut videri potest
 in titulo de verb. sign. tam in lib. 6. decretalium, quam etiam in clementinis
 & in libro extrauag. comm. in dicto tit. Et ideo aperte relinquatur dictam
 vitam arctiorem esse, propter dictam arctam professionem observantiam
 paupertatis Seraphici Francisci, veluti exemplo arctitudinis vitam in re ap-
 paret, nam quando dicti partes Cartusienfes, ac alij religiosi mittunt duos
 ex patribus suis, Neapoli Romam iuxta eorum professionem, prouident eis
 de equis ac nummis pro eorum impensibus, ut eant certi, & securi sub hu-
 mana prouidentia, ac quando Religio fratrum Capuccinorum iuxta eius
 professionem mittit suos fratres non solum Romam, sed etiam in Hispania,
 nihil aliud eis prouidet, quam meritum sanctæ obedientiæ, & quod Deus
 protector eorum erit in itinere, & hoc modo conclusum remanet, quo ad
 arctitudinem, conclusum quoque remanet dictum cap. viam ambitiose,
 quicumque Pontificem Iulium 2. nunquam voluisse Capuccinos taliter
 transfugare tanquam ad arctiores religiosos, sed solum in ista determina-
 tionis supradictæ, Pontificis Alexandri. Et hoc intelligitur permanente ob-
 seruantia paupertatis, talisque transfugatio intelligitur ad illos religio-
 sos tantum, qui sub nomine mendicantis, & proprio viuunt, & ideo merito
 Patres Capuccini omnes Capuccinos, qui retrocedunt ab eorum profes-
 sione, tam eundo ad dictos Cartusienfes, quam ad quatuor aliam religionem
 redentes, tanquam Apostasie reos recipit, nam licet dictus Pontifex Alexan-
 der permittat Prouincijs talem licentiam retrocedendi transeundo in
 dictam religionem, hoc tamen est cum conditione in illa perseverandi, &
 ideo quando Prouincialis veller concedere talem licentiam, debet ab illa
 religione sub obligationis vinculo sibi promitti, se illum perpetuo retenta-
 ram, qualiscunque euaderet, vel bonus, vel malus, cum sponte se offerat il-
 lum recipere, At illo nolente se obligare perpetuo illam retenturum, nullo
 modo potest illi licentiam concedere, occasione tradendo ex vtraque reli-
 gione apostasie, ut decreuit Conc. Trid. sess. 14. c. 11. de refor.

**INTELLECTVS SUPER PRAG. DE TAXATIONE SALA-
 rij Vaxall. cum obiect.**

Debet Confessor ad more re penitentes, qui subditos vel vassallos reti-
 nent, etiam quod ipsi de hoc non constentur, quod inter quatuor
 peccata, quæ semper ad Deum exclamant, sunt oppressio pauperum, & mer-
 ces operariorum defraudata. Et quia ipsi quando volunt mittere nuncium
 non subditum ped. ser, dant ipsi carolinos tres pro quolibet die, cum ve-
 ro mittunt equeser dant carolinos sex pro mercede sua, & equi in quoli-
 bet die, & si mittas currum non subdit, dant ad minus carolinos quode-
 cum.

cum pro qualibet die, mittendo subditum, vel vassallum, præbet ipsi quatuor denarios pro qualibet milionario, & mittendo ipsum cum suo proprio animali, præbet granum unum pro milionario, cum autem ipsum mittit cum suo curru præbet granos quinque pro milionario, quapropter cum vadit sine animali, vix, pro mercede multoties minus dant granis quindecim quolibet die, pro suis impensis; & cum animali, vix dant granos 27. & cum curru, vix carolenos sex, hæc occasione, & causa, quod est eius vassallus, & hæc est illa merces defraudata, quæ apud Deum vindictam petit; vt infra dicit Sacra Scriptura,

Vnde ipse confessor debet admonere, atque ipsis significare, qualiter dominus vel Baro tenetur in foro conscientie ad restituendum omne illud quod minus dedit ipso vassallo, quod quidem dedisset alteri non subdito, vel ipse vassallus habuisset à non domino pro mercede dicti sui laboris, quæ quidem miliaria debet computare tam in eundo, quam in redeundo; prout talis est intentio ipsius Pragmaticæ dicentis, quod pro quolibet milionario deberetur tale salarium, verum in iumentis tantum debet fieri recompensatio ipsius salarii, quando datur casus redeundi vacua, & tale salarium solui debet ab ipsis Baronibus dictis vassallis sicet inter ciues. Nec possunt dicti domini se excusare, & dicentes non teneri in foro conscientie ad restituendam dictam mercedem defraudatam, ex eo, quod dant illud, quod taxatur per Regiam Constitutionem. Et ideo non excusantur, quia tempore quo facta fuit dicta taxatio, scilicet anno 1483. in Ciuitate Foggie, in qua Constitutione Rex Ferdinandus considerans parum timorem, quem de Deo homines habebant, angariando etiam pro seruitio Regio, pauperes vassallos contra intentionem eiusdem Regis, & ideo prædictus Rex volens liberare dictos vassallos à tali angariatione, & quod bene remunerarentur pro eorum laboribus, dum tale taxaret salarium mature considerauit quantum sufficeret ipsi vassallo pro expensis pro se, & pro eius animali, etiam si esset minus, existente victu quotidiano abundantissimo, postquam modicum frumenti valebat octo granis, & ordei modium etiam valebat quinque granis, & vini barile valebat sex granis, pro vt apparet in Regia Camera Summarie in conferuatione relieuationum terrarum Baronum in Provincia Apuleæ, siue Terræ Campi Bassi, in relieuatione anni 1492. Et etiam in anno 1524. valebat octo granis modium frumenti, & ordei quinque granis, & vinum 7 granis, & dimidio, vt supra, vt videre potest in dicta Regia Camera Summarie in relieuatione Ciuitatis Ariani. At vbi venit tempus belli Gallici, fuerunt maximæ penuriæ, eo quod fuerunt vastate segetes, & commensibilia maximè valuerunt, & pretio vnus carolens cum dimidio valebat modicum tritici, hordei vero septem granis, & vinum duo decim granis, vt supra, vt apparet in supradicta Regia Camera Summarie in liquidatione reddituum Illustrissimi Ducis Ariani in anno 1533.

Et considerans dicta Sacra Corona, quod vassallus cum suo animali, ad minus ambulasset viginti quinque miliaria singulis diebus, & quod impossibile fore pro expensis vnus diei expendere quinque granos, & residuum remaneret pro suo salario, & ideo taxauit sibi dari pro singulo milionario granum unum, & vt ostenderet ipsa sacra Corona, quod talem taxationem faciebat in præmium, fauorem, & sublationem angariarum, quæ faciebant

ipse

obiect.

Resol.

ipsis pauperibus vassallis. Primo prohibuit talem angariationem missionis vassallorum, absque competenti salario, & postea dicit fidelibus vassallis, in subleuationem, & salarium eorum laborum, & hoc clarum est postquam quantum ad vindemiam, & fossionem, & arationem, & similia, dicta sacra Corona determinat soluendum esse secundum consuetudinem Terrarum, vt apparet in libro Pragmaticarum Regni Neap. impressione 1581. & fol. 387. seu in titulo de salario eorum qui mittuntur. Et propterea illud salarium constitutum erat sufficiens merces pro labore, & lucro vassalli, nec considerauit tempore futuro euenturam esse penuriam ac multiplicationem pretij erum committibilem, & euenturum tempus ita continuum, quod vassallo non sufficerent tres caroleni in die pro expensis, tam pro se, quam pro animali, quia si huiusmodi tempus considerasset, nullo modo talem taxationem fecisset, & propterea in foro conscientiae aut debet Baro facere, vt commensurabilia, tanti valeant, quanti tunc temporis, cum facta fuit dicta taxatio valebat, aut debet dare illud iustum pretium, quod quidem sibi non subdito daret. Ad illud quod forte ex parte Baronum obijci posset, dicentium, eis vti hac Pragmatica, donec per Sacram Regiam Maiestatem non aliter reuocata fuerit Respondetur, dictam Pragmaticam tacite intelligi posse, & haberi debere pro reuocata, & ratio est, quod eo ipso expresse non apparet reuocata, quod vassallorum paupertas nunquam valet, nec valet sua iura coram tanta Regia Maiestate proponere, haec & ad sensum enim patet, & probatur ex communi omnium consensu, Regem statim reuocaturum esse eam, si de hac iniqua, & impia huius temporis miserum agrauatione, aliqua noticia ad eius aures perueniret, nec dubitandum est, tam Catholicum, benignum Regem, non solum ad exemplum Regis Ferdinandandi, subleuantis pauperum miserias, etiam multo magis illum in benignitate superaturum Si forte per dictos Barones allegatur praescriptio ius constitutionis Regiae, ex longa consuetudine exigendi dictas angarias. Resp. hoc expresse reprobatur per decretum Romanae Ecclesiae, vt in cap. vlt. de praescripto vbi sic dicit, vt nulla valeat absque bona fide praescriptio, tam canonica, quam civilis, cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest obseruari, id est non potest absque defraudatione iustae mercedis salarii obseruari. Nec admittitur eorum excusatio, quod propterea expensam fecerunt eam magnam pro emptione castri, seu Terrae ex causa huiusmodi angariae seu iniustitiae, alioquin non emissent. Nam ista excusatio non valet, & est contra praecipua naturae, & est angaria usurpata, & non iuridica, quae nunquam transfertur in dominium in foro conscientiae, vt videri potest in glossa noua in cap. quid dicam. 14 q. 4. Etiam facit ad propositum id, quod notatur supra fol. 59. lin. 1. & seq. & omnino vide. Et quod sit angaria usurpata, apparet per determinationem Sacrae Maiestatis Imperatoris Caroli V. in anno 1536. vt in dicto libro Pragmaticarum Regni Neapolis impressione Neap. 1581. in tit. de Baronibus, cap. 16. vbi declarat concessio ab ipso facta cum potestate angariae, & perangariae dicit non esse, nec fuisse, nunquam intentionem concedendi, & imponendi noua onera vassallis, nisi illas angarias, & perangarias, quas antiquitus mos erat imponere in hoc Regno. Et quoniam dicta angaria, non dandi iustum salarium in hoc Re-

2. Obiectio

Responsio

3. Obiectio

Responsio

4. Obiectio

Responsio

s. Obiect.

Resol.

gno non erat, vt apparet in supradicta Regia taxatione, & ideo non valet
 Et si fortè per dictos Barones opponeretur exceptio Pragmaticæ per Re-
 gem Carolum, in qua asseritur ex parte Regis, quod non intendit innova-
 re, & inducere angarias, & per angarias, &c. Sed eas tantum, quæ tempore
 dictorum Priuilegiarum, & concessionum erant in Ciuitatibus, & quia ta-
 lis exactio salarij reperiebatur eo tempore, ob id, vt intendunt ea conces-
 sione. Dicitur, quod dicta taxa. io non potest, nec debet intelligi sub hoc no-
 mine angariarum, maxime cum dictus Rex Ferdinandus, quo tempore taxauit
 dictum salarium, illud fecit, ad tollendum vsurpata angariam Baronum,
 & subleuationem vassallorum ad recipiendum iustum pretium, quod appa-
 ret ex verbis dictæ taxationis, vt supra. Et quod baro teneatur in foro con-
 scientiæ dare dictum salarium, quod daret non subdito, & quamuis dicta
 taxatio ob multiplicationem pretij rerum sit hodie iniusta, & quod licet te-
 neat ipsa taxatio in foro fori, ob paupertatem inopum subditorum, quo-
 rum rationes non facile audiuntur, tamen in foro conscientiæ non valet, &
 tenetur ad restitutionem, sicut in similibus habentur determinationes San-
 ctæ Romanæ Ecclesiæ, nam Cum Imperatores, ac Reges permisissent con-
 trahentes se inuicem decipere, vsque ad medietatem iusti pretij, nec tene-
 ri ad vllam restitutionem, & quamuis ipsi decipientes, adhuc tenerentur in
 foro conscientiæ, tunc temporis ad restitutionem, tamen occasione, præter-
 ito dictæ permissionis, non faciebant huiusmodi restitutionem, & ideo ip-
 sa Romana Ecclesia declarauit hanc fraudem habere locum tantum in
 foro fori, non autem in foro conscientiæ, sic etiam dictæ leges permittebãt
 posse vti cauationibus, & calumnijs, & quia istud est contra præceptum
 naturæ, scilicet, quod tibi non vis, alteri ne feceris, propterea ex Apostolo
 Paulo, qui prohibet malum, pro malo reddi, ipsa Ecclesia innoxia sententiæ
 D. Thomæ, prohibuit hoc faciendum, vt patet in proemio huius operis, &
 propterea sicut dispositiones dictarum legum, quæ sunt contra præceptum
 naturæ, quamuis in foro fori, aliquo fine, & causa admittantur, & in foro
 conscientiæ prohibeantur, sic etiam dicta taxatio mercedis non valet in
 foro conscientiæ, nec possunt confessores absque detrimento propriæ salu-
 tis permittere, vt dicti barones dent vassallis minus ea iuxta mercede, &
 salario, quod quidem ipsi reciperent ab alijs, cum pro ipsis eundem labo-
 rem sumerent, & sic tenentur dicti confessores cum effectu constringere
 ad dandum tale iustum salarium, quia in foro conscientiæ, vt dixi, non ex-
 cusantur sub pretextu dictæ taxationis, alias lucrum in arca, & damnum
 in conscientia.

Ad quod iustum salarium soluendum subditis, & vassallis, non solum
 tenentur ipsi Barones pro rationibus iam dictis, sed etiam tenentur Prore-
 ges, & Regnorum rectores, Regum, & Principum vicem gerentes, tanquam
 ad eos spectantes, aggrauiata, & oppressiones pauperum subleuare, ita vt in
 excusabiles Baronum excusationes penitus excludant, qui omnia eorum
 iura super dicta Regia Pragmatica fundant. Attendant igitur diligenter
 ipsi confessores, tales regnorum gubernatores non absoluerit, prout absol-
 ui nullatenus possunt, donec cum effectu, debitam provisionem fieri curent
 & ipsi rectores, & proreges, taliter se gerant in taxatione dicti salarii, quod

pro.

proclui semper sint magis in ampliacionem, & releuacionem pauperum, quam in indebitam Baronis vilitatem, iniquum enim est, vt hij, qui minus habent, semper aliquid ditioribus adant, hoc enim suadet lex Evangelica, vt diuites pauperibus tribuant, non autem e contrario, aggrauari enim magis debent Barones ipsi dicta taxa salarij, quam vassalli, hoc enim faciendum erit cum matura, & charitativa consideratione, considerandum enim est minatum, & non alta grossa, in damnum pauperum, vt fieri solet, & quantumue pro vita sustentanda sit necessarium vni homini pro vno die, & similiter euntes cum iumentis, ita vt talibus consideratis expensis, debite, & publicè expediantur promissiones, ad quas pauperes ipsi recursum habere possint. Quod verò dixi de mercedis restitutione defraudata, idem quoque dico de danni allati reilitutione ex procuracione, puta si aliquis dominus habens sub se subditos, vel vassallos, vult aliquid sibi ex ipsis dari, quod quidem iure non ipsi conuenit siue competit, aut aliqua vniuersitas, aliqua gabellam, aut pascum, aut nemus, aut aliam libertatem, a domino defraudata, voluerit sibi recuperare, ac deo vniuersitas, ac dominus continuo sunt in lito, dominus vero agitandi siue assigendi causa, suam vniuersitatem, a Regia Curia, aut alijs, vt aliqua militum multitudo ibi ad morandum eat, procurat. Præter id quod dominus, & consultores pro pœna de omnibus peccatis, quæ tali sua procuracione, & consultatione commissuri erit, & hoc ratione infallibilis regulæ communicationis aliorum peccatorum, vt apparet supra in fol. 62. Et satisfaciens ipsi quoque ad totius damni, ac detrimenti, quæ dicta vniuersitas, aut particulares personæ ratione huius vexationis, siue agitationis procuratæ passi sunt, tenentur. Ratio autem est, quia si talis procuratio non adfuisset, tale detrimentum non eueniret, nec excusationem haberet, quod ratione ingratitudinis ipse tali via non impunitos reliquit. Nam hoc, vt superius dictum est, Ecclesia Sancta supradicta Pauli sententia indixit, seu prohibuit, ne pro malo, malum quisque rederet, ratio autem est, quia naturæ legi contrariatur, cum ad restitutionem tenetur. Idem quoque dicitur de non voluntarijs donationibus, puta si aliquis dominus voluerit ex suis subditis, siue vassallis, donatum, nempe pro infantis nati fascia, aut pro connubio, siue maritaggio facto, & similia, aliquod determinatum, siue indeterminatum pretium, aut vt ipsi subditi, siue vassalli ad suos agros coltiuandum gratis laborent, dicentes hoc semper fuisse veterem consuetudinem. Hæc exactio restitutionem requirit, tum quia prohibetur per determinationem Romanæ Ecclesiæ annullantem, & derogantem dictam consuetudinem, vt in cap. vii. de præscript. vbi sic dicitur. Vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica, quam civilis, cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque peccato mortali peccato non potest obseruari, id est non potest absque exactione laboris, vel donationis inuoluntaria pauperum obseruari, cum etiam quia cessante causa, cessat etiam & effectus. Et quia effectus ipsius donationis erat commodum, quod ipsa vniuersitas percipiebat a suo domino, quia beneuolus, maximeque utilis erat, qui semper ipsos abesse fecit a militum hospitacione, aliasque utilitates procurabat, adeoque erat sollicitus super boni communis augmento, ita quod ita vniuersitatem fulgiebat, siue sustentabat, quod non solum bona administratione, aliquo debito

6. Propos.

Resol.

7. Propos.

Resol.

adstricti non erant, verum etiam facultates tenebat, ut ipsius vniuersitatis
